



0-12 ~~D. 39. 18.~~



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

JO. ALBERTI FABRICII
SS. THEOL. D. ET PROFESSORIS PUBL.

DELECTUS ARGUMENTORUM ET SYLLABUS
SCRIPTORUM
QUI

VERITATEM RELIGIONIS CHRISTIANÆ

ADVERSUS

ATHEOS, EPICUREOS, DEISTAS SEU NATURALISTAS, IDOLOLATRAS, JUDÆOS ET MUHAMMEDANOS

LUCUBRATIONIBUS SUIS ASSERUERUNT.

PRÆMISSA SUNT

EUSEBII CÆSARIENSIS

PROOEMIUM ET CAPITA PRIORA

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ,

QUÆ IN EDITIONIBUS HACTENUS DESIDERANTUR,

DEPROMPTA EX BIBLIOTHECA CELSISSIMI ET SAPIENTISSIMI WALACHIÆ PRINCIPIS

JOANNIS NICOLAI, ALEXANDRI F. MAUROCORDATI,

ET LATINE REDDITA.



HAMBURGI,
Sumtu THEODORI CHRISTOPHORI FELGINER, M DCC XXV.

Digitized by Google

VA1. 1507000

ANTONIUS FUSSALENSIS

Carmine adverſus Gentes :

Diſcuſſi, fateor, ſectas Antonius omnes,
, per ſingula quæque cucurri,
i melius, quam credere CHRISTO.

Digitized by Google

MAGNIFICO
NOBILISSIMO AC JURISCONSULTISSIMO
VIRO
DN. HENRICO DIETERICO WIESE, J. U. L.
REIP. HAMBURGENSIS
CONSULI
CUM MAXIME PRÆSIDI,

S. D.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.



t præsens volumen, asserendæ Veritati Religionis Christianæ destinatum, confidam Magnifico Nomini Tuo consecrare,

Digitized by Google

animum addit Religio, & Veneranda mihi inprimis quam cum auctoritate maxima ac laude geris persona summi in hac Rep. Magistratus, cui salus publica commissa est Divinitus, & quem ut felicitatis communis, ita (sine qua consistere illa nequit) Religionis cura præcipua tenet constanter & exposcit. Igitur cum argumentum displicere Tibi non possit, quod necessarium etiam facit temporum præsentium nequitia, certe & ipsum nulli à me fas erat prius offerri quam Ei, cujus est Justitiam ac Religionem tueri, injuriasque & scelera, quorum maxime detestabile & caput est irreligiositas, omnibus modis reprimere ac retundere. Norunt omnes quam sollicite & quam sapienter hoc facias non consilio tantum & cura & imperio, sed exemplo etiam: nam justissimus usquequaq; & servantissimus æqui, sine metu, sine corruptione rectus & con-

stans,

ſtans, antiquius habes nihil, quam ut dentur DEO quæ DEI ſunt, atque in rebus humanis etiam ſuum cuique tribuatur: ita nulli parcis labori ac moleſtiæ ut Legibus ſua conſtet auctoritas, Divinis maxime, tum Patriæ quoq; cujus amor & ſalus ſanctiſſimæ Tibi Legis inſtar eſſe ſolet. Jam pridem igitur deſideravi atque debere hoc me etiam ratus ſum, ut qui tam multis commodis in hac Urbe, Divino beneficio fruor peregrinus, quanquam a triginta fere annis Civis hujus Reip. ad ejus clavum feliciter ſedenti Tibi, MAGNIFICE DOMINE, ſingulari quadam ratione devotum obſequium nuncuparem meum, otiique mei & negotii rationes publico aliquo teſtimonio redderem. Nullam autem majorem digniorem ve materiam potui reperire quam Divinam ſanctiſſimæ Religionis noſtræ Veritatem, cui confirmandæ commendandæque compara-

tum præſens Volumen Magnifico Nomini Tuo quam obſervantiſſime obſequentiſſimeque dico & dedico, atque ut hanc ſinceram debiti obſequii mei teſſeram ne aſperneris, ſed ſerena fronte à me recipias, unice à Te peto. DEus ter Opt. Max. jubeat & faxit ut in quam plurimos annos auſpiciis ac moderamine Tuo Religio & Pietas in Sione noſtrâ, conſtanter vigeat, exulent peſtes publicæ: floreant litteræ & artes, negotia terra marique proſpere ferveant, paxque & abundantia perennes felicitatis publicæ nectant corollas. Scripſi Hamburgi prid. Cal. April. CIↃ IↃ CC XX V.

AD LE-

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Gaudeo cum maxime hoc mihi contigisse, ut Ecclesiæ usibus restituere possim quæ in demonstratione Evangelica Eusebii hactenus deerant, atque præclarissimum illud Episcopi Cæsariensis opus insigni ab ipso limine, & nonnullo etiam sub finem integrare supplemento. Contigit autem id mihi beneficio Celsissimi Principis Walachiæ MAUROCORDATI, Principis longe supra simplex & inconditum carmen laudum mearum positi, ex cujus splendida Bibliotheca clementi ejus jussione, sacra hæc λείψανα ad me transmissa sunt ab illustrissimo Ejusdem propinquo & archicamerario, Dn. *Johanne Scarlati*, cum primus ut illud auderem ex eo petere, rem mihi amice aperuisset & de benigna Principis voluntate testatus fuisset Vir eruditissimus *Stephanus Berglerus*: quibus ut pro hac singulari benevolentia gratias ago conceptissimas, ita pro sapientissimi Principis salute ac felicitate vota nuncupare mecum non desinet, qui Græcæ nationi, qui Virtuti, qui bonis litteris bene cupit.

Ansam inde cepi, institutum, cujus primas lineas in volumine septimo Bibl. Græcæ duxeram, paullo diligentius persequendi, Eusebioque subjiciendi uberiorem notitiam scriptorum veterum recentiumque, qui Veritatem Religionis nostræ contra non Christianos tueri scriptis conati sunt, notato per capita quinquaginta delectu argumentorum, quibus illa inprimis nititur. Nihil magis opto quam ut, quod unice intendi, usum aliquem præbere possit hæc lucubratio studiosis, & confirmare Christianos, non Christianis autem & empæctis præbere descendendi in se materiem, ut erubescant blasphemare quæ non intelligunt, sed orent DEum ut det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & ut à Diaboli laqueis resipiscant. In recensendis veterum pro Religione apologiis, earumque editionibus ita usus sum observatis quæ in Bibliotheca Græca Latinaque pridem à me publicata sunt, ut alia emendaverim, addiderim alia: neque enim aliter hæ litteræ constant, quam ut dies quod dicitur diem doceat, & varia jam nos fugiant, quæ cum tempore promuntur. Itaque

b etiam,

etiam Te, Lector, atque etiam rogo, & ab æquitate Tua promitto mihi, ut quæ omissa à me sunt vel perperam posita (in scriptorum recentiorum syllabo præsertim) condones mihi, quantam potui industriam afferenti, sed homini tamen, quem multa fugere semper, & cui aliquando etiam longo in opere obrepere somnum non fas sed est ut puto necesse. Quamquam vero incredibilis est inter scriptores qui pro Religione stylum strinxerunt gradus & varietas, sive quod ad ingenium & eloquentiam, sive quod ad eruditionem & pondus ac solidam argumentorum vim, Spiritusque Divini gratiam attinet: tamen non consultum visum est mediocres vel etiam inferioris subsellii aut omittere, vel contemtus & ignominiosæ censuræ carbone notare; cum studium ipsum & conatus & testimonium quod veritati dederunt, laudem mereatur, & diversitas captus & indolis lectorum faciat, ut ab uno legatur libenter ac cum non contemnendo fructu, quod ab altero fortiter negligitur & respuitur. Nusquam quoque quam in hac causa magis valet illud tritum, sæpe etiam olitorem locutum esse non inopportuna: atque in scripto quod multis videatur contemnendum esse, latet sæpe aliquid, & ab hoc vel illo legente deprehenditur, de quo audienda vox Divina, * *ne disperdas illud, quoniam benedictio in eo est.* Præstantiores porro, & communi famæ celebratione notissimi, plerique etiam debitis à me elogiorum asteriscis signati sunt. Denique huic libro tantum fuit propositum illos scriptores referre, qui Religionem Christianam adversus non Christianos defensitarunt; itaque nolis mirari quod non hic occurrent tibi adeo multa de SS. Trinitate, de persona & naturis θεανθρώπου CHristi, de ejus Satisfactione & de Sacramentis: nam licet hæc quoque negantur vel oppugnantur ab iis qui Christiani non sunt, tamen etiam simul ac CHristo manus dant, eumque tanquam Salvatorem ac Doctorem suum recipiunt, pariter necesse est pro veris ac divinis hæc ab illis agnosci, nisi quatenus inter ipsos Christianos de genuinis horum rationibus adhuc disceptatur, quas controversias excutere, notitiamque illarum literariam tradere alterius consilii operisque fuerit. Vale.

* Esaiæ LXV. 8.

EUSE-

Digitized by Google

EUSEBII
CÆSARIENSIS EPISCOPI
QUÆ
IN EDITIONIBUS VULGATIS
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
HACTENUS DESIDERANTUR
PROOEMIUM ET CAPITA LIBRI PRIMI PRIORA
LIBRIQUE ULTIMI CLAUSULA,
GRÆCE ET LATINE.

Digitized by Google

Digitized by Google



ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως βιβλίον πρῶτον.

EUSEBII PAMPHILI
CÆSARIENSIS EPISCOPI
Demonſtrationis Evangelicæ
LIBER I.

Προοίμιον.

Ἰδοὺ δή σοι, θεῖον Ἐπισκόπων χρῆμα Θεόδοτε a) ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε σὺν Θεῷ καὶ σὺν αὐτῷ γε τῷ Σωτῆρι ἡμῶν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, μετὰ τὴν πρώτην προπαρασκευὴν τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως, ἐν ὅλοις πεντεκαί-

Proœmium.

ECce tibi, ſacer homo DEI ac divina res inter Epiſcopos, Theodote, poſt prius opus de præparatione Evangelica, quod totis quindecim libris elaboravimus, Dei atque ipſius Salvatoris noſtri Deique Verbi auxilio

a) Theodotum Epiſcopum Laodicenum intellige, cui libros de Præparatione Evangelica dicaverat Euſebius his verbis: Τὸν Χριστιανισμὸν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἡγούμενος τοῖς οὐκ εἰδόσι παραστήσασθαι διὰ τῆς προκειμένης πραγματείας τὴν Εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν παρέξειν ἐπαγγελλομένης, τήνδε σοι, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, ΘΕΟΔΟΤΕ, φίλε Θεοῦ καὶ ἱερὰ κεφαλή, σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα. Verba θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα potuiſſem cum Georgio Trapezuntio reddere *ſacrorum Epiſcoporum decus & ornamentum*, ſed verbis preſſius inhærenti placuit, quod poſui. Inſigne hujus Theodoti elogium habes apud Euſebium lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 32. p. 288. πράγμασιν αὐτοῖς ἀνὴρ καὶ τὸ κύριον ὄνομα καὶ τὸ Ἐπίσκοπον ἐπαληθεύσας &c. *qui nominis ſui & epiſcopa-*

Digitized by Google

τεκαίδεκα συγγράμμασι διαπεπονημένοις ἡμῖν, μέγα τοῦτο πρὸς ἡμῶν ἐξανύεται. Δέχου δῆτα, ὦ φίλη κεφαλή, τὴν αἴτησιν, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἡμῖν συμπόνει. Τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν ἤδη λοιπὸν ἐκ τῶν ἀνέκαθεν παρ' Ἑβραίοις ἀνακειμένων προρρήσεων παραστήσασθαι πειρωμένοις. Πῶς δὴ, καὶ τίνα τρόπον τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους, οἶσθα δήπου τοὺς βοωμένους παρὰ τοῖς ἀνδράσι, Μωσέα δὴ λέγω, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκλάμψαντας θεοπρεπεῖς· καὶ τοὺς μακαρίους Προφήτας τε καὶ ἱεροφάντας, μάρτυσιν ἀποχρώμενοι· ἐξ αὐτῶν τ' ἐπιδεικνύναι προῃρημένοι, τὰ μακροῖς ὕστερον αἰῶσιν εἰς φῶς ἐλθόντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, πραγματευθέντα· τά τε καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς εἰσέτι νῦν πρὸ ὀφθαλμῶν συντελούμενα θείῳ Πνεύματι περιειληφότας· ὡς ἂν παρόντα τὰ μὴ παρόντα, καὶ τὰ μηδέπω μηδαμῶς ὄντα, ὡς ἐναργῶς ὄντα κατωπτευκότας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέπειτα διὰ γραφῆς τὰ μέλλοντα ποτε ἔσεσθαι προμεμηνυκότας· ὥστε ἤδη καὶ ἑτέρους ἐξ αὐτῶν εἰδέναι τε καὶ γνωρίζειν καὶ μέλλον δύνασθαι,

xilio etiam præſens magnum hoc à nobis perficiendum ſuſcipitur. Petitioni igitur noſtræ, charum caput, locum concedito, precibusq; tuis laborem noſtrum adjuva, quo deinceps demonſtrationem Evangelicam ex prædictionibus, quæ à prima origine apud Hebræos promulgatæ exſtant, exponere inſtituimus. Quomodo autem & qua ratione? ut nempe illis DEO chariſſimis quos noſti omnium decantatos vocibus, Moſe inquam & qui poſt hunc exſplenduerunt divinis beatisque Prophetis ac ſacris ſcriptoribus teſtibus utamur, atque ab illis prænunciata oſtendamus, quæ multis poſt demum ſeculis in lucem prodita, atque per Salvatoris Evangelicam demonſtrationem in rem deducta ſunt, quæque adhuc præſenti ætate in conſpectu noſtro perficiuntur, longe prius ab iisdem, Divino Spiritu docente, percepta, ita ut abſentia tanquam præſentia, & quæ nondum usquam erant, tanquam evidenter jam exiſtentia intuerentur, nec hoc ſolum, ſed etiam poſteris ſcripto quæ olim eſſent futura præſignarent, ut jam alii quoque ex illis ſcirent futura cogno-

lis officii veritatem rebus ipſis exhibuit. Ac medicinæ quidem quæ in corporibus curandis conſiſtit, omnium ſine controverſia peritiſſimus fuit: in animarum autem curatione nullum ſibi parem habuit, tanta erat hominis humanitas, ſinceritas animi, miſeratio & ſtudium in adjuvandis iis, qui ope ipſius indigerent. Idem in Divinis diſciplinis admodum exercitatus erat.

Digitized by Google

ϑαι, ὁσημέραι τε προσδοκᾶν τῶν λογίων τὰ ἀποτελέσματα. Ποῖα δὲ ταῦτα; μυρία μὲν ἂν εἴη, καὶ ἄλλα παντοῖά τε, καὶ περὶ πάντων, κοινῶν, τε καὶ τῶν ἀνὰ μέρος. καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα, καὶ περὶ τῶν καθόλου. ἰδίως τε ἀμφὶ τῶν καθ' Ἑβραίους πραγμάτων, καὶ αὖ πάλιν περὶ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν· οἷον δὴ πόλεων ἀναστάσεις, καιρῶν τε ἀλλαγὰς, καὶ πραγμάτων μεταβολὰς, μελλόντων τε ἀγαθῶν παρουσίας, καὶ τῶν ἐναντίων ἐπιφορὰς, ἀνδραποδισμοὺς ἐθνῶν, πόλεων πολιορκίας, τῶν καθόλου βασιλειῶν μεταστάσεις τε καὶ καταστάσεις, καὶ ἄλλα μυρία περὶ τῶν ἔσεσθαι μακροῖς ὕστερον χρόνοις μελλόντων, προεκήρυττον. Ἀλλ' οὐ τούτων ὅγε παρὼν καιρὸς τὸν ἔλεγχον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ παραστήσασθαι. τὰ πολλὰ δὲ εἰσαῦθις ὑπερθεμένους, ἐκ τῆς τῶν παρατεθησομένων ἀληθείας, ἠρέμα καὶ τῶν ἀποσεσιωπημένων τὴν ἀπόδειξιν πιστώσεται.

ΚΕΦ. Α.

Τίνα καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.

Τίνα τοίνυν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ τῶν προφητικῶν προρρήσεων εἰς τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν, εὖ ἂν ἔχοι συντελεῖν, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. Χριστὸν ὀνομαστὶ καὶ Θεοῦ Λόγον, αὐτόν τε Θεὸν καὶ Κύριον, καί τινα μεγάλης

cognoſcerentque, & quotidie oraculorum illorum eventus & effectus præſtolarentur. Qualia vero illa? infinita ſane, aliaque omnivaria & de omnibus communibus pariter & particularibus, quæque jam ſingulos ſpectarent homines, jam integras univerſitates, proprieque de rebus Hebræorum atque ſimiliter de externis gentibus, ut ſunt everſiones urbium, temporum mutationes, rerum viciſſitudines, adfuturorumque bonorum præſentiam & contraria immittenda mala, ut gentium ſubjugationes ac ſervitutem, urbium obſidiones, integrorum regnorum everſiones vel inſtaurationes atque alia infinita longis poſt temporibus eventura prænunciavere. Verum hæc ſingula enumerari à nobis, præſentis inſtituti ratio neutiquam poſtulat, itaque quampluri mis interim in aliud tempus dilatis, facile vel ex horum, quæ afferemus veritate, etiam illorum, quæ ſilentio præterimus, fides demonſtrabitur.

CAPUT. I.

Quanam & quanta in hacce tractatione promittantur.

QUæ igitur nobis in præſenti ex propheticis vaticiniis ad Evangelicam demonſtrationem perſequi è re videatur, cummaxime opportunum eſt exponere. Edixerunt nimium Prophetæ fore, ut nominatim CHRISTUS, idemque Verbum DEI,

Digitized by Google

γάλης βουλῆς ἄγγελον ἐπιδημήσειν ποτὲ εἰς ἀνθρώπους ἔφασαν, πάντων τε τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων διδάσκαλον ἀληθοῦς θεογνωσίας, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας καταστήσεσθαι, ἣ τὸ εὐαγγελικὸν περιέχει κήρυγμα· καὶ τοῦτον αὐτὸν παιδίον ἔσεσθαι, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κληθήσεσθαι γένος τε ὅθεν κατάξει· καί τινα ξένον ἐκ παρθένου τρόπον αὐτοῦ τῆς ἀποτέξεως· καὶ τόγε παραδοξότατον, ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἐκ περάτων γῆς εἰσέτι σήμερον ἐπὶ θέαν σπεύδουσι βοώμενον, τὸ ἐν Βηθλεὲμ γενέσεως αὐτοῦ χωρίον, σιωπῇ δόντες παρῆλθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο λευκοῖς ὀνόμασιν ἐξεβόησαν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καθ' οὓς ἀκριβῶς οὗτος ἐπεδήμει τῷ βίῳ, ὥσπερ φθάσαντες οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐθέσπισαν. Πάρεστι δέ σοι μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὴν σπουδὴν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ἐν ταῖς δηλουμέναις προφητικαῖς προῤῥήσεσι, πάσας ὁμοῦ περιεχομένας τὰς ὑπὸ τῶν θεσπεσίων εὐαγγελιστῶν μαρτυρουμένας, αὐτοῦ δὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παραδόξους θαυματουργίας, καὶ τὰς ἐνθέους αὐτοῦ τε παναρέτους περὶ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας διδασκαλίας. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν ὅτε καὶ τὸν νέον τῆς εὐσεβείας τρόπον τοῦ πρὸς αὐτοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις κατηγγελμένον, διαῤῥήδην ἀνακηρύττουσι, κλῆσιν

DEI, ipseque DEUS ac Dominus & magnus quidam Angelus Consilii inter homines versaturus esset universo orbi, gentium Græcarum pariter & Barbararum futurus Doctor veræ cognitionis DEI & pietatis in DEUM, universi opificem, sicut Evangelicum profitetur præconium: illumque ipsum futurum puerum, filiumque hominis vocatum iri, ut qui genus ab hominibus ducturus sit, nasciturumque ex virgine, nova quadam atque inusitata generationis ratione. Et quod maxime dignum est admiratione, ne quidem locum nativitatis ejus Bethlehem, omnibus etiamnum hodie qui ad illum spectandum extremis ab terræ finibus accurrunt decantatum, silentio involventes præterierunt, sed & hunc claris verbis proclamaverunt. Sicut etiam tempus adventus & apparitionis ejus, quo præcise ille inter homines versatus est, iidem veluti rebus prævertentes divino ore nunciavere. Licebit etiam tibi studiose admoventi operam, videre ad oculum in propheticis, quæ proditæ sunt prædictionibus universa simul comprehendi testata divinis Evangelistis ipsius Salvatoris nostri JEsu Christi stupenda miracula, divinasque ejus & plenas omnis virtutis de vera pietate doctrinas. Et quid mirum hoc, cum & novam rationem pietatis omnibus hominibus ab eo commendandam perspicue prædicent,

Digitized by Google

σίν τε μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ καινῆς διαθήκης διδασκαλίαν. Ναὶ μὴν ἐπὶ τούτοις καὶ τὰς Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν ἀπιστίας καὶ ἀντιλογίας, ἀρχόντων τε ἐπαναστάσεις, διδασκάλων φθόνους, ἑνὸς μαθητοῦ προδοσίαν, ἐχθρῶν διαβολάς, συκοφαντῶν κατηγορίας, δικαστῶν κατακρίσεις, ὕβρεις ἀτίμους, μάστιγας ἐκτόπους, δυσφήμους λοιδορίας, ἐπὶ πᾶσι τὸν ἐπονείδιστον θάνατον· αὐτοῦ τε ἐπὶ τούτοις σιωπὴν θαυμάσιον, πραότητά τε καὶ καρτερίαν, ἀμήχανον τι ὅσην ὑπομονὴν καὶ ἀνεξικακίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἄντικρυς περὶ ἑνὸς ἐν ὑστάτοις ποτὲ χρόνοις ἥξοντος, καὶ τοιαῦτα ἐν ἀνθρώποις πεισομένου, σαφῶς δ᾽ ὧν περιειλήφασι, τὰ παλαίτατα Ἑβραίων παρίστησι λόγια, ἐπιμαρτυρούμενα τὴν μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν τοῦ δηλουμένου, τὴν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς φανέρωσιν, τὴν τοῦ θείου Πνεύματος εἰς αὐτοὺς μετάδοσιν. Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, τὴν Πατρὸς ἐν θρόνον βασιλείας ἵδρυσιν, τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ βίου δευτέραν αὖθις ἐσομένην ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις, θρήνους ἀκούσῃ καὶ ὀλοφυρμοὺς ἑκάστου τῶν προφητῶν διαφόρως ὀλοφυρομένου, καὶ ἀποκλαιομένου, ὅσα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τῆς εἰς τὸν προκηρυχθέντα δυσσεβείας ἕνεκα μετελεύσεσθαι κακὰ ἔμελλεν, ὡς τὸ βασίλειον αὐτῶν ἄνωθεν ἐκ πατέρων

εἰς

cent, vocationemque diſcipulorum ejus ac novi doctrinam Teſtamenti. Nec minus certe præterea Judæorum in ipſum incredulitatem & contradictiones, principum inſurrectiones, doctorum invidiam, unius diſcipuli proditionem, calumnias hoſtium, ſycophantarum accuſationes, judicum condemnationes, turpes ignominias, flagella graviſſima, infamia probra, & ſuper omnibus hiſce mortem contumelioſam. Ipſius ad hæc admirandum ſilentium, lenitatem & conſtantiam, incredibilemque quantam patientiam malorumque tolerantiam. Hæc omnia diſerte de uno quodam in poſtremis olim venturo temporibus atque inter homines talia exantlaturo perſpicue prænunciant, traduntque antiquiſſima Hebræorum oracula, ſimulque teſtantur eundem poſt mortem iterum reverſurum in vitam, diſcipulis ſuis appariturum, divinumque Spiritum in illos emiſſurum. Reditum item ejus memorant in cœlos, firmamque in throno regni Patris ſedem, atque in conſummatione ſæculi futurum iterum alterum ejus adventum glorioſum. Super omnibus hiſce threnos percipies atque ejulatus ſingulorum prophetarum multifariam quiritantium atque deplorantium quanta populo Judaico ob impietatem in hunc patratam ſuſtinenda eſſent mala, quod regnum ipſorum à Patrum

tem.

εἰς ἐκείνους διαρκέσαν τοὺς καιρούς, παντελῆ καθαίρεσιν μετὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ τόλμαν αὐτῶν ὑπομενεῖ, ὡς οἱ πάτριοι αὐτῶν νόμοι καταλυθήσονται, ὡς τῆς παλαιᾶς θρησκείας αὐτῶν ἀποστερήσονται, ὡς τῆς ἐκ προγόνων αὐτονομίας ἐκπεσοῦνται· ὡς ἀντ' ἐλευθέρων, δοῦλοι τῶν ἐχθρῶν καταστήσονται, ὡς ἡ βασιλικὴ μητρόπολις αὐτῶν, πυρίκαυστος γενήσεται, ὡς τὸ σεμνὸν αὐτῶν καὶ ἁγνὸν ἱερὸν, ἐμπρησμὸν, καὶ ἐσχάτην ἐρημίαν ὑπομενεῖ, ὡς ἀντὶ τῶν πάλαι οἰκητόρων, ὑπὸ ὁμοφύλων * ἐθνῶν ἡ πόλις αὐτῶν κατοικισθήσεται, ὡς, εἰς πάντα τὰ ἔθνη καθ' ὅλης οἰκουμένης, διασπαρήσονται; ὡς οὐκέτι αὐτοῖς ἡ τῶν κακῶν παῦλα, οὐδέ τις ἀνάνευσις τῶν συμφορῶν ἐλπισθήσεται, ἃ καὶ τυφλῷ φασι δῆλα, εἰσέτι νῦν τὴν τῶν λόγων ὄψιν αὐτοῖς ἔργοις ἐνδείκνυται, ἐκ πρώτης αὐτῆς ἡμέρας, ἐξ ἧς ἀθέους ἤραντο κατὰ Χριστοῦ χεῖρας, τὴν τῶν κακῶν ἀρχὴν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι. οὐκ ἦν δ' ἄρα τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν, ἐπὶ σκυθρωποῖς τὰ τῶν προρρήσεων ἱστάναι· οὐδὲ μέχρι τῶν λυπηρῶν ἐπιτείνεσθαι τὴν πρόγνωσιν· ἀλλὰ γὰρ εἰς τὸ φαιδρὸν μεταβάλλοντες, αὖθις ἀγαθῶν ἀγγελίας ἀθρόως ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ προεκήρυττον, ἀντὶ τῆς ἑνὸς ἔθνους ἀποβολῆς, πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων, θεογνωσίαν εὐαγγελιζόμενοι, καὶ δαιμόνων ἀποφυγὴν, ἀγνωσίας τε καὶ

* Leg. ἀλλοφύλων.

temporibus usque ad illorum ætatem continuatum, funditus esset evertendum post ea, quæ in Christum ausi fuissent: quod patriæ ipsorum leges dissolvendæ, quod ipsi veteri cultu suo religioso privandi, atque libertate avita exuendi, quod pro liberis servi hostium futuri essent: quod regia ipsorum metropolis tradenda flammis, & religiosum illorum & sanctum templum conflagraturum atque extremam experturum solitudinem: quod pro avitis incolis urbs eorum alienis inhabitanda nationibus, quod in omnes gentes per totum orbem terrarum dispergendi, quod nulla amplius à malis requies neque à calamitatibus respiratio speranda illis foret, quæ cœco quod ajunt manifesta, etiam nunc verborum vim rebus ipsis demonstrant, cum à prima illa die qua impias manus Judæi in Christum tulerunt, maiorum initium in se contraxerint. Non libuit autem divinis Prophetis prædictiones suas in mœstis finire neque ultra tristia extendere vaticinandi facultatem, sed ad pulchrum conversi iidem vicissim bonorum significationes magno numero omnibus hominibus Christi adventu impertiendorum prænunciaverunt, fore scilicet, ut pro unius gentis rejectione, omnes populi & nationes hominum per Evangelium edoceantur veri DEI cognitionem, dæmonas deserant igno-

καὶ πλάνης ἀπαλλαγήν, φωτὸς τε καὶ εὐσεβείας ἀνάλαμψιν. Καὶ ὡς οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τὸν πάντα κόσμον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐμπλήσουσιν, ὅπως τε εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ εὐαγγέλιον αὐτῶν κηρυχθήσεται, καινόν τινα καὶ ξενίζοντα τρόπον εὐσεβείας περιέχον. Καὶ ὡς, ἐκκλησίαι Χριστοῦ δι' αὐτῶν ἐν ὅλοις τοῖς ἔθνεσι συστήσονται, καὶ ὡς, ἑνὸς ὁ Χριστιανῶν λαὸς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀνομασθήσεται. Καὶ ὡς, αἱ τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐπαναστάσεις, οὐδὲν εἰς τὸ καθελεῖν αὐτήν, ὡς ἂν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κραταιουμένην, ἰσχύσουσι. Τούτων διὰ τῶν καθ' Ἑβραίους θεολόγων ἀναπεφωνημένων, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσιν εἰς φανερὸν τὰς ἐκβάσεις ἐπιδεικνυμένων, τίς οὐκ ἂν τὸ ἔνθεον ἀποθαυμάσειε τῶν ἀνδρῶν; τίς δ' οὐχὶ τῆς κατ' αὐτοὺς θεοσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ μαθήματά τε καὶ τὰ δόγματα, κύρια καὶ ἀληθῆ εἶναι ὁμολογήσει; τὴν ἀπόδειξιν παρεχόμενα οὐκ ἐν λέξεσι κεκομψευμέναις, οὐδ' ἐν δεινότητι λόγων, ἢ κακοτέχνοις ἀπάταις συλλογισμῶν· ἐν ἁπλῇ δὲ καὶ ἀπανούργῳ διδασκαλίᾳ, ἧς τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς ἀληθείας ἡ τῶν θεσπεσίων αὐτῶν ἐκείνων ἀνδρῶν ἀρετή τε καὶ θεογνωσία παρίστησιν. Οἱ γοῦν τὰ μακροῖς αἰῶσιν ὕστερον εἰς φῶς ἐλθόντα, πόρρωθεν μυρίοις ἄνωθεν χρόνοις, οὐκ ἀνθρωπίνῳ, θείῳ δὲ

Πνεύ-

ignorantiamque exuant & errores, lux autem ac pietas longe lateque resplendeat. Ut à CHristi discipulis universus orbis repleatur ejus dogmate, ut Evangelium ab illis doceantur omnes homines novam miramque complectens pietatis rationem: atque ut Ecclesiæ CHristi per eosdem in omnibus gentibus constituantur, & unus populus Christianus nominetur per universum qua patet incolis orbem terrarum. Futurum esse etiam, ut quæ subinde à Principibus Regibusque contra Ecclesiam CHristi excitandæ sint persecutiones, nihil ad evertendam illam valeant, utpote quæ DEI robore firmatur. Hæc & tanta cum ab Hebræorum Theologis proclamata fuerint, atque etiamnum omnibus palam illarum rerum eventus se ostendat, quis non divinum illorum virorum spiritum admiretur, quis non disciplinam & dogmata religionis ipsorum & philosophiæ fateatur genuina ac verissima esse, siquidem demonstrationem præ se ferunt non quidem comtis atque ornatis verbis neque vi dicendi, aut perversi artificii argumentationibus ad decipiendum comparatis, sed simplici & remoto à fraude doctrinæ genere, cujus genuinæ sinceræque veritati fidem facit virtus & cognitio Numinis, quæ in divinis illis viris fuit. Qui igitur potuerunt res, quæ longis sæculis post evenerunt, tot millenis

ante

πνεύματι κατωπτεῦσθαι δεδυνημένοι, πῶς οὐκ ἄξιοι ἂν εἶεν, καὶ περὶ ὧν τοὺς φοιτητὰς ἐξεπαίδευον δογμάτων πιστεύεσθαι; εἰ μὲν οὖν οἶδα ἀκριβῶς, ὅτι πρόχειρον ἅπασι, τοῖς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ὡς ἂν αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ γνησίως παραδεδεγμένοις, πρῶτον μὲν πείθειν αὐτοὺς δοκεῖν ἔτι μὴ ἄλλως εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασιν, ἢ τοῖς περὶ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις ἀκολούθως· ἔπειτα τοῦτ' αὐτὸ καὶ πᾶσιν, οἷς ἂν εἰς λόγους καταβαίνοιεν προβάλλεσθαι· μὴ μὴν ῥᾳδίως τὸ ἐπάγγελμα πιστοῦσθαι ταῖς ἀποδείξεσι δύνασθαι. Ὅθεν ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸς παρελθὼν, σὺν Θεῷ βοηθῷ, κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα τὴν ἐντελῆ πάσης τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματείαν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων, παραστήσασθαι πειράσομαι. Σπουδαιολογεῖται δέ μοι ἡ γραφὴ, οὐχ ὡς ἄν τις φαίη κατὰ Ἰουδαίων, ἄπαγε, πολλοῦγε καὶ δεῖ· πρὸς αὐτῶν μὲν οὖν, εἰ εὐγνωμονοῖεν τυγχάνει. συνίστησι γὰρ τὰ μὲν Χριστιανῶν διὰ τῆς ἀνέκαθεν προῤῥήσεως ἐπιμαρτυρίας, τὰ δ' ἐκείνων, διὰ τῆς τῶν παρ' αὐτοῖς προφητειῶν ἀποτελεσματικῆς συμπληρώσεως. Ἁρμόσειε δ' ἂν καὶ παισὶν Ἑλλήνων εἰ εὐγνωμονοῖεν, διὰ τῆς παραδόξου τῶν μελλόντων προγνώσεως, τῆς τε τῶν πραγμάτων κατὰ τὰς προῤῥήσεις ἐκβάσεως· ὁμοῦ μὲν τὸ

ante annis non humano ſed divino videre ſpiritu, quidni digni fide ſint ut dogmata, quæ diſcipulos ſuos edocuerunt, vera eſſe credantur? Probe etiam novi uſitatum eſſe omnibus, qui Salvatorem ac Dominum noſtrum JEſum eundem vere Chriſtum DEI eſſe, ita ut par eſt, inſtituunt demonſtrare, ante omnia facere fidem; quod non aliter in eum quam Propheticis teſtimoniis de eo editis congruenter credant: deinde & hoc ipſum coram omnibus, cum quibus in ſermonem deſcendunt, haud diffiteri, quod ſingularis ſtudii ac laboris ſit, ſingula capita Evangelii poſſe demonſtrationibus ſuis firmare. Unde neceſſario ad hoc ipſum delatus, DEI auxilio tentabo ſecundum prænunciata ex ipſis illis Hebræorum Theologis integram univerſæ Evangelicæ demonſtrationis tractationem tradere. Quod vero ſtudium præſenti opere à me impenditur, non Judæis oppugnandis, ut putet aliquis, eſt deſtinatum, apage, tantum enim ab hoc abeſt, ut potius pro illis, ſi ſanam mentem afferant, faciat, firmat ſiquidem Chriſtianam rem petito à longis abhinc prædictionibus teſtimonio: rem Judæorum autem, ex perfecta prophetiarum quas illi habent impletione. Juvabit quoque Græcorum filios ſive Ethnicos, qui animis bene conſtitutis acceſſerint, per admirandam futurorum praenotionem, rerum-

τὸ ἔνθεον καὶ ἀψευδὲς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀληθείας ἐπιδεικνυμένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰς τῶν ψευδηγόρων γλώττας ἐπιστομίζουσα διὰ τῆς λογικωτέρας ἀποδείξεως, ἧς οὐδαμῶς ἡμῖν οἱ συκοφάνται μετεῖναι διατείνονται, εὖ μάλα ὁσημέραι ταῖς καθ' ἡμῶν διατριβαῖς κατακράτος ἐπεντριβόμενοι, οὐδὲν γοῦν ἡμᾶς δύνασθαί φασι δι' ἀποδείξεως παρέχειν, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας. Καὶ πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην διαβολὴν, οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἄλογος ἡ παροῦσα πραγματεία. Ναὶ μὴν καὶ τῶν ἀθέων αἱρέσεων, τὰς κατὰ τῶν θείων Προφητῶν ψευδοδοξίας τε καὶ βλασφημίας ἀπελέγξει, διὰ τῆς πρὸς τὰ νέα τῶν παλαιῶν συμφωνίας. Τὴν μὲν οὖν μακροτέραν καὶ διεξοδικὴν τῶν προφητικῶν φωνῶν ἑρμηνείαν τανῦν ὁ λόγος ὑπερθήσεται, τοῖς βουλομένοις τούτων ἐξετάζειν καταλιπὼν, οἳ οἷοί τ' ἂν εἰπεῖν τὸν τρόπον. Διδασκάλῳ δὲ χρώμενος παραγγέλματι θείῳ φάσκοντι b) κεφαλαίωσον ἐν ὀλίγοις πολλὰ, τοῦτο ζηλῶσαι φιλοτιμήσεται· αὐτὸ μόνον ἀφορμὰς τῆς εἰς τοὺς τόπους θεωρίας, καὶ τῶν εἰς τὸ προκείμενον κατεπειγόντων, τὴν εἰς τὸ σαφὲς ἑρμηνείαν παραθησόμενος. Ἅλις μὲν δὴ προοιμίων· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀποδείξεων ἄρξομαι. Ἐπειδὴ πολὺς ἦν

b) Sir, XXXII, 9.

* Manichæorum.

que secundum prædictiones eventum simul ostendendo Divinam atque certissimam dogmatum nostrorum veritatem, simulque solidiore demonstratione obturando linguas patronorum mendacii, quam nusquam nobis suppetere contendunt sycophantæ, etiam atque etiam quotidie omnibus viribus quando adversus nos disputant, huicce insistentes causationi, ut dicant, nihil nos posse demonstratione firmare, sed tantum ab iis, qui ad nos accedunt fidem habendam exigere. Cui calumniæ retundendæ non inopportuna præsens tractatio futura est, sed & ostensa novorum cum veteribus concordia impiarum hæresium * falsas opiniones & blasphemias adversus divinos Prophetas profecto revincet. Longiorem autem & uberiorem propheticarum vocum explicationem præsenti opere prætermittam illisque reliquam, qui has altius scrutari voluerint, atque ad hoc perficiendum fuerint idonei. Ego autem divino præcepto, Magistro usurus sum, quod *paucis multa comprehendere* jubet, idque sectari omni studio annitar, tantummodo additurus, quæ ansam præbeant considerandis & intelligendis locis, perspicuamque eorum, quæ ad propositum faciunt interpretationem exhibere queant. Sed procemiorum quidem satis: jam demonstrationes ordiri juvat. Cum enim frequens nobis insul-

ἣν ἐπιῤῥέων καθ' ἡμῶν ὁ τῶν συκοφαντῶν ὄχλος, μηδὲν δύνασθαι φάσκων δι' ἀποδείξεων ἐναργὲς ἀληθείας παρέχειν δεῖγμα, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας, τούτους δὲ καὶ πείθειν οὐδὲν πλέον, ἢ σφᾶς αὐτοὺς θρεμμάτων ἀλόγων δίκην μύσαντας, καὶ εὖ ἀνδρείως ἕπεσθαι δεῖν ἀνεξετάστως, ἅπασι τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις, παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν τῆς ἀλόγου χάριν πίστεως, εἰκότως διελὼν τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς ἐν τῇ προπαρασκευῇ τοῦ παντὸς λόγου, πρώτην μὲν τὴν τῶν πολυθέων ἐξεθέμην ἐθνῶν, ἐπεγκαλούντων ἡμῖν, ὅτι δὴ τῶν πατρίων θεῶν ἀποστάται καθέστημεν· ἐπιμέγα φαμένων τι, ὅτι τὰ βάρβαρα τῶν Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν, τὰ παρ' Ἑβραίοις ἀσπασάμενοι λόγια. Δευτέραν δὲ τὴν αὐτῶν Ἰουδαίων κατηγορίαν, δι' ἧς καὶ αὐτοὶ δόξαιεν ἂν ἡμῖν ἐνδίκως ἐπιμέμφεσθαι, ὅτι δὴ ταῖς αὐτῶν γραφαῖς καταχρώμενοι, οὐ τὸν ὅμοιον αὐτοῖς μέτιμεν τοῦ βίου τρόπον. Τούτων δ' οὕτως ἡμῖν διευκρινημένων, πρὸς μὲν τὴν πρώτην ὡς οἷόν τε ἦν, διὰ τῆς εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς ἀπηντήσαμεν, Ἕλληνες μὲν εἶναι πρότερον ὁμολογήσαντες, καὶ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν τὰ Ἑλλήνων πεφρονηκότες, ἐκ πατέρων τῇ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένοι. οὐ μὴν μέντοι ἀλόγῳ καὶ ἀνεξε-

insultaverit sycophantarum multitudo, affirmantium nihil nos posse evidenti veritatis ostensione demonstrare, sed tantum velle, ut credant, qui ad nos veniunt, atque ita attendant: neque aliud quicquam illis persvasum ire, quam ut brutorum pecorum more cœco impetu nihilque examinantes strenue obsequantur omnibus, quæcunque à nobis dicuntur, unde etiam fideles sive credulos ab bruta credulitate appellari contingat. Hinc non ab re dividendas quæ nobis objiciuntur calumnias existimavi, atque in præparatione universi operis primo quidem loco illam gentium multos colentium Deos exposui, qui nobis vertunt vitio, quod patriorum Deorum desertores facti sumus, & tanquam magnum aliquid objectant, quod Barbara Græcis prætulimus & Hebræorum oracula fuimus amplexi. Alteram vero criminationem illatam à Judæis, qua & ipsi videntur nos haud injuria reprehendere, quod ipsorummet sacris usi literis, non tamen eandem vitæ rationem sectamur. Cum hæc igitur ita distincte exposita à nobis fuerint, priori quidem criminationi, ut res tulit, in præparatione Evangelica occurrimus, confessi Ethnicos initio nos fuisse, atque ex cæteris gentibus, Græcos eorumque opiniones prætulisse, atque à parentibus errori multos colenti Deos serviisse. Neu-

ἀνεξετάστῳ ὁρμῇ, κρίσει δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ μεταθέμενοι, τήν τε περὶ τὰ Ἑβραίων λόγια σπουδὴν, κεκριμένως ἡμῖν καὶ εὐλόγως γεγενημένην παραστήσαντες. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν, ὥρα νῦν φράξασθαι, καὶ τὸ λεῖπον ἐπελθεῖν σκέμμα· τοῦτο δ' ἦν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὔπω καὶ νῦν ἐξητασμένον· ἐνταῦθα δέ που κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς σπουδαζομένοις τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως ἀναπληρωθησόμενον. Φέρε οὖν τὸν ἁπάντων Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων Θεὸν, δι' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπικαλεσάμενοι, πρῶτον ἐκεῖνο διασκεψώμεθα, τίς ὁ τρόπος τυγχάνει τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς θεοσεβείας· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἁπάντων ἐπιθήσομεν τὰς λύσεις.

Neutiquam autem inſano impetu & ſine examine nos mutaſſe ſententiam, ſed judicio ſobriaque ratione ſtudium Hebraicorum oraculorum amplexos prudenti cognitione & ſano conſilio id nos feciſſe docuimus. Adverſus alteram porro criminationem jam nos armare tempus eſt, & quod ſupereſt, certaminis obire, eſt autem hoc cum iis qui ex circumciſione ſunt, nondum adhuc à nobis exantlatum, præſenti autem tractatione oportune in his, quæ præ manibus ſunt, demonſtrationis Evangelicæ libris abſolvendum. Age igitur communi illo omnium Judæorum pariter ac Gentium DEO per ipſummet Salvatorem noſtrum invocato, primum illud inquiremus, quinam modus & quæ ratio cultus noſtri ſit quo DEUM proſequimur, cum hoc ipſo enim & ſingulorum, quæ poſſunt in quæſtionem venire, ſolutionem adjungemus.

ΚΕΦ. Β.

Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν Εὐσεβείας τρόπος.

Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῇ προπαρασκευῇ, ὡς ὁ Χριστιανισμὸς, οὔτε Ἑλληνισμός τις ἐστιν, οὔτε Ἰουδαϊσμός· οἰκεῖον δέ τινα φέρων χαρακτῆρα θεοσεβείας, καὶ τοῦτον οὐ νέον, οὐδὲ ἐκτετοπισμένον, ἀλλ' εὖ μάλα παλαιότατον, καὶ τοῖς πρὸ τῶν Μωυσέως χρόνων

CAPUT. II.

Quinam ſit modus colendi DEI ex Chriſtianiſmi præſcripto.

JAm prius quidem à me in Præparatione Evangelica dictum eſt, quod Chriſtianiſmus nec Ethniciſmus ſit nec Judaiſmus, ſed propriam quandam gerat in ſe notam propriumque characterem pietatis, neque novum illum aut abſurdum, ſed longe antiquiſſimum, Deoque charis & pietatis ac juſtitiæ laude illu-

Digitized by Google

νων θεοφιλέσιν ἐπ' εὐσεβείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένοις, συνήθη καὶ γνώριμον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπιθεωρήσαντες τί ποτ' ἐστὶν ὅ,τε Ἑλληνισμὸς, καὶ Ἰουδαϊσμὸς, σκεψώμεθα, ποτέρῳ τούτων ὑπηγμένους τοὺς πρὸ Μωυσέως θεοφιλεῖς ἄνδρας πρὸς αὐτοῦ Μωυσέως θεοφιλεῖς, καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένους εὕροιμεν ἄν. Τὸν μὲν Ἰουδαϊσμὸν εὐλόγως ἄν τις ὀνομάσειε, τὴν κατὰ τὸν Μωυσέως νόμον διατεταγμένην πολιτείαν, ἑνὸς ἐξημμένην τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Τὸν δὲ Ἑλληνισμὸν ὡς ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τὴν κατὰ τὰ πάτρια τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, εἰς πλείονας Θεοὺς δεισιδαιμονίαν. Τί οὖν φήσαιμεν περὶ τῶν πρὸ Μωυσέως καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὧν ὁ Μωυσῆς ἐμνημόνευσεν, οἷον περὶ Ἐνὼχ, ᾧ μαρτυρεῖ λέγων c), „Εὐηρέστησε δὲ Ἐνὼχ τῷ Θεῷ. Καὶ περὶ „τοῦ Νῶε, περὶ οὗ πάλιν φησί. d) Νῶε „δὲ ἦν ἄνθρωπος δίκαιος ἐν τῇ γε„νεᾷ αὐτοῦ. Περί τε τοῦ Σὴθ καὶ τοῦ Ἰά„φεθ, περὶ ὧν ταῦτα ἀναγράφει· e) „Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σὴθ. „καὶ πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ. Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ· οἷς καὶ τὸν Ἰὼβ συναριθμεῖν εὔλογον, καὶ εἴτινες ἄλλοι τὸν ἐμφερῆ τούτοις ἐζήλωσαν βίον. ἆρα γὰρ Ἰουδαίους αὐτοὺς χρῆναι γεγονέναι, ἢ Ἕλληνας. Ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν οὐκ ἂν εὐλόγως λεχθεῖεν, μήπω τοῦ Μωυσέως παρεισαχθείσης τῷ βίῳ νομο-

illuſtribus viris ante Moſis tempora uſitatum perſpectumque. Verum juvat etiam nunc breviter videre ac conſiderare quid ſit Ethnicismus, quid Judaiſmus, atque utrum alterutri horum addictos invenire liceat charos DEO viros, quibus Moſes ipſe Divini amoris atque pietatis perhibet teſtimonium. Judaiſmum non ſine ratione dixerit aliquis Rempublicam ſecundum Legem Moſis conſtitutam, ab uno ſummo dependentem DEO. Ethnicismum vero ſummatim dixeris eſſe ſuperſtitionem ex patriis gentium quarumlibet ritibus plures colentem Deos. Ecquid igitur dicturi ſumus de viris illis DEO chariſſimis, qui ante Judaiſmum exſtitere, quorum Moſes mentionem facit, ut de Henocho, cui his verbis præbet teſtimonium: *Enoch placuit DEO.* Atque de Noë, de quo rurſus ait: *Noë homo juſtus in generatione ſua.* De Setho itidem ac Japheto, de quibus ita ſcribit: *Benedictus Dominus DEUS Sem, & dilatet DEUS Japhet.* Ac præterea de Abraamo, Iſaaco & Jacobo, quibus etiam Jobum annumerare conſentaneum eſt, & ſi qui alii ſimilem hiſce vitam fuere ſectati. Oportet enim hoſce vel Judæos extitiſſe vel Ethnicos. At enim Judæi quidem dici jure non poſſunt, cum eorum temporibus Lex Moſis nondum in hominum vitam fuerit introducta.

c) Geneſ. V. 22. 24. d) Geneſ. VI. 9. e) Gen. IX. 26. 27.

Digitized by Google

νομοθεσίας. Εἰ γὰρ Ἰουδαϊσμὸς οὐδὲν ἦν ἕτερον, ἢ ἡ κατὰ Μωυσέα πολιτεία, Μωυσῆς δὲ μακροῖς ὕστερον χρόνοις τῶν εἰρημένων πέφηνε, δῆλον, ὡς οὐκ ἂν εἶεν Ἰουδαῖοι οἱ πρὸ τῶν αὐτοῦ χρόνων, ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένοι· Ἀλλ' οὐδὲ Ἕλληνας προσήκει νομίζειν αὐτοὺς, μὴ τῇ πολυθέῳ δεισιδαιμονίᾳ κεκρατημένους. Ὅ,τι γὰρ Ἀβραὰμ f) καταλεῖψαι, πλέως λέγεται οἶκον πατρῷον καὶ συγγένειαν, καὶ ἑνὶ μόνῳ προσεσχηκέναι Θεῷ, ὃν καὶ ὁμολογεῖ φάσκων, g) ἐκτενῶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ὅ,τι Ἰακὼβ ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Μωυσεῖ, φήσας τῷ οἴκῳ, καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ. h) „Ἄρατε τοὺς Θεοὺς τοὺς ἀλ„λοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν, καὶ ἀναστάν„τες, ἀναβῶμεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ποιή„σωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ τῷ „ἐπακούσαντί μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, „ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ καὶ ἔσωσέ με ἐν τῇ „ὁδῷ ᾗ ἐπορεύθην. Καὶ ἔδωκαν τῷ „Ἰακὼβ τοὺς Θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ „ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ „ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ „ἔκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβιν„θον τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπώλεσεν αὐ„τὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Εἰ δὴ οὖν καὶ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης ἀλλότριοι καθεστήκεσαν, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ δὲ ἐκτὸς γεγονότες ἀπεδείχθησαν, ὅμως γε μὴν, οὔτε Ἕλληνες, οὔτε Ἰουδαῖοι φῦντες θεοφιλεῖς γεγονέναι μεμαρτύρηνται, καὶ δίκαιοι καὶ εὐσεβεῖς, εἰ καί τινες ἄλλοι· ὥρα τρίτον ἐπινοεῖν θεοσεβείας τρόπον, δι' οὗ κατωρ-

ducta. Si enim Judaismus nihil extitit aliud quam Mosis legum observatio, Moses autem longo post illos, de quibus dixi, tempore claruit, evidens est, quod Judæi haud fuerint, qui ante Mosis tempora testimonium pietatis tulerunt. Sed neque Ethnicos eosdem existimare convenit. Namque de Abrahamo dicitur, quod domum patriam & cognationem reliquerit, unique soli DEO adhæserit, quem etiam profitetur, cum ait: *Extendam* (manum meam) *ad DEUM altissimum, qui creavit cœlum & terram.* De Jacobo autem apud Mosen scriptum est, quod domui suæ & omnibus suis præcepit: *Tollite Deos alienos de medio vestri, & surgentes ascendamus in Bethel, & faciamus ibi aram Domino, qui exaudivit me in die tribulationis, qui fuit mecum & salvavit me in via, qua ivi. Et dederunt Jacobo Deos alienos, qui erant in manibus eorum, & inaures, quæ erant in auribus eorum. Et abscondidit ea Jacobus sub terebintho, quæ erat in Secimis, & perdidit ea usque in hodiernum diem.* Si igitur & ab idololatrarum errore alieni fuerunt, & sicut demonstratum est, extra Judaismum constituti: tamen quanquam nec Ethnici essent nec Judæi, DEO charos nihilominus justosque si ulli unquam alii, & pios exstitisse, testimonium habuerunt. Convenit igitur tertium quendam mente con-

f) Gen. XII. g) Gen. XIV, 22. h) Gen. XXXV, 2.

κατορθῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτούς. Σκόπει τοιγαροῦν, εἰ μὴ τοῦτ' αὐτὸ ἦν, τὸ μεταξὺ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Ἑλληνισμοῦ, τρίτον ἡμῖν ἀποδεδειγμένον τάγμα, παλαίτατον μὲν, καὶ πάντων τυγχάνον πρεσβύτατον, νεωστὶ δὲ διὰ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένον. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ὁ Χριστιανισμός, οὔτε Ἑλληνισμός τις ὤν, οὔτε Ἰουδαϊσμός, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ τούτων, παλαιότατον εὐσεβείας πολίτευμα, καὶ ἀρχαιοτάτη μέν τις φιλοσοφία, πλὴν ἀλλὰ νεωστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νενομοθετημένη· ὥστε τὸν ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἐπὶ τὸν Χριστιανισμὸν μεταθέμενον, οὐκ ἐπὶ Ἰουδαϊσμὸν ἐκπίπτειν· οὐδ' αὖ πάλιν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐθελοθρησκείας ἀναχωροῦντα, εὐθὺς Ἕλληνα γίνεσθαι· Τὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου τάγματος, ἔκ τε Ἑλληνισμοῦ, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ μεθιστάμενον, ἐπὶ τὸν μέσον παριέναι νόμον τε καὶ βίον τὸν τῶν πάλαι θεοφιλῶν, καὶ δικαίων ἀνδρῶν, ὃν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, μακρὸν ἐφησυχάσαντα χρόνον, αὖθις ἀνενεώσατο ἀκολούθως τοῖς αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, περὶ τούτων αὐτῶν θεσπίσμασιν. Ἐν γοῦν τοῖς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμοῖς αὐτὸς ὁ Μωυσῆς ἀναγράφει θεσπίζων, ὡς ὅτι μελλήσουσιν ἐν ὑστέροις ποτὲ χρόνοις, οὐχ οἱ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονοι, οὐδ' οἱ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ γὰρ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ

τῷ

concipere cultus Divini modum, ſecundum quem recte vivere poterant. Vide igitur ſit ne hæc illa ipſa tertia demonſtrata nobis inter Judaiſmum & Ethniciſmum media ratio, antiquiſſima quidem omneſque alias ætate antecellens, ſed quam recenter omnibus gentibus Salvator noſter annunciavit. Atque hæc Chriſtianiſmus utique fuerit, utpote qui nec Ethniciſmus eſt nec Judaiſmus, inter utrumque media antiquiſſima quædam cultus Divini adminſtratio ac ſtatus, genusque philoſophiæ vetuſtiſſimum, ſed recens omnibus hominibus per univerſum terrarum orbem ſancitum, ita ut qui ab Ethniciſmo ad Chriſtianiſmum tranſit, non in Judaiſmum excidat, neque rurſus, qui recedit ab Judaico voluntario cultu, ſtatim fiat Ethnicus: ſed qui utroque ordine relicto, Ethniciſmum deſerit atque Judaiſmum, is mediam ſubit legem vitamque priſcorum chariſſimorum Deo & juſtorum virorum, quam Salvator ac Dominus noſter, cum per longum illa tempus conſopita jacuiſſet, excitavit iterum inſtauravitque, ita uti Moſis & cæterorum Prophetarum vocibus hoc ipſum prædictum fuerat. Nam & in oraculis, quæ Abraamo edita divinitus Moſes teſtatur, ſcribit quod futuris olim temporibus non Abraami poſteri & ex ſemine ejus prognati Judæi, ſed omnes tribus terræ, & omnes gentes

per

Digitized by Google

τῆς τοῦ Ἀβραὰμ θεοσεβείας, εὐλογίας παρὰ Θεοῦ καταξιωθήσεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως· i) „Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἀβραάμ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ „ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς „γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, καὶ ποιήσω σε „εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, „καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ „εὐλογημένος, καὶ εὐλογήσω τοὺς „εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους „σε καταράσομαι, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς „γῆς. Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς εἶπε· k) „Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ „παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; Ἀβραὰμ „δὲ γενόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα „καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· πῶς δ' ἂν ἔμελλον τῷ Ἀβραὰμ ἐνευλογηθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, εἰ μηδέν τι προσήκοντες ὑπῆρχον αὐτῷ, μή τε κατὰ ψυχῆς τρόπον, μή τε κατὰ σώματος συγγένειαν; Τῆς τε γὰρ κατὰ σάρκα συγγενείας, τίς ἦν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ συγγένεια; Σκύθαις φέρε εἰπεῖν, ἢ Αἰγυπτίοις, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Βρεττανοῖς, ἢ Ἰσπανοῖς; ἢ πῶς ἂν ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀπῳκισμένα τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα συγγενείας χάριν ἔμελλον εὐλογηθήσεσθαι; Ἀλλ' οὐδὲ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐλογίας εἰκὸς ἦν, κοινωνήσειν τῷ Ἀβραὰμ πάντα τὰ ἔθνη. Πῶς γὰρ, ὅτε τὰ μὲν αὐτῶν

per similem cultus DEI rationem, quo Abraamus, benedictionem Divinam essent obtenturi. Ita enim ait: *Et dixit Dominus ad Abraam: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & ex domo patris tui, & vade in terram, quam tibi demonstravero. Et faciam te in gentem magnam: & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus. Et benedicam, benedicentes te, & maledicam, maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Atque iterum dixit DEUS: *Numquid abscondam ego ab Abraamo servo meo, quæ ego facio? Abraam autem fiet in gentem magnam & multam. Et benedicentur in eo omnes gentes terræ.* Quomodo autem in Abraamo benedicendæ essent omnes gentes & omnes tribus terræ, siquidem nulla ratione cum contingerent, neque animi ratione, neque cognatione corporis. Nam quod ad corporis cognationem attinet, quænam quæso cum Abraamo intercedit propinquitas Scythis verbi gratia vel Ægyptiis, aut Æthiopibus, Indis, Britannis vel Hispanis? aut quomodo hæ gentes vel ab his etiam remotiores, benedicendæ fuerunt propter cognationem cum Abraamo, quod ad carnem pertinet? Sed neque quod ad animorum cognationem erat congruens gentes omnes de benedictione communi cum Abraamo participare. Quî enim, cum aliæ nefandas matrum

i) Gen. XII, 1. k) Gen. XVIII, 17.

αὐτῶν ἐκθέσμοις μητρογαμίαις, καὶ θυγατρομιξίαις, τὰ δ' ἀκολάστοις ὁμιλίαις ἀρρένων πρὸς ἄρρενας ἀνεφύρετο, τὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ἐν ἀνθρωποθυσίαις, καὶ ζώων ἀλόγων θεοποιΐαις, ἀψύχου τε ὕλης ἱδρύμασι, καὶ πνευμάτων πολυπλανῶν δεισιδαιμονίαις ἀνετίθετο· τὰ δὲ ζῶντας κατακαίειν τοὺς γεγηρακότας· τὰ δὲ πυρὶ τοὺς φιλτάτους παραδιδόναι· τὰ δὲ καὶ νεκρῶν ἀπογεύεσθαι, καλὸν εἶναι καὶ εὐσεβὲς ἡγεῖτο. Πῶς οὖν τοὺς ἐν τῷ τοιούτῳ θηριώδει βίῳ προηγμένους τῆς τοῦ θεοφιλοῦς μετασχεῖν οἷόν τε ἦν εὐλογίας, εἰ μή ποτ' ἄρα τῆς θηριωδίας μεταβαλόντες, τοῦ ὁμοίου τρόπου τῆς τοῦ Ἀβραὰμ θεοσεβείας, ἤμελλόν ποτε μεταλήψεσθαι; Ἐπεὶ κἀκεῖνος ἀλλοεθνής τις ὢν καὶ ἀλλότριος, ἧς ὕστερον μετῆλθεν εὐσεβείας λέγεται μετατεθεῖσθαι, καὶ τῆς πατρικῆς δεισιδαιμονίας μεταβεβλῆσθαι, οἶκόν τε καὶ συγγένειαν, καὶ ἔθη πάτρια, βίου τε ἀγωγὴν ἐν ᾗ γεγέννητό τε, καὶ ἐτέθραπτο, καταλελοιπέναι· ἠκολουθηκέναι δὲ Θεῷ, τῷ καὶ τοὺς χρησμοὺς αὐτῷ τοὺς ἀναγράπτους δεδωκότι. Εἰ μὲν οὖν Μωυσῆς μετὰ τὸν Ἀβραὰμ γενόμενος, καὶ πολιτείαν τινὰ διὰ τῆς ἐκδοθείσης ὑπ' αὐτοῦ νομοθεσίας τῷ Ἰουδαίων ἔθνει καταβεβλημένος τοιαῦτα ἐνομοθέτησεν, οἷα καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ θεοφιλέσι κατώρθωτο, καὶ οἷα δυνατὸν ἦν πᾶσι τοῖς ἔθνε-

trum nuptias vel filiarum concubitus probarent, aliæ polluerent ſeſe inceſta mares cum maribus libidine: alii cultum Numinis in hominibus immolandis, vel divina veneratione brutis animantibus aut idolis ex inanima materia fabricatis exhibita ponerent, vel in ſpirituum multiplicis erroris autorum ſuperſtitionibus collocarent: aliæ vivos exurerent ætate provectiores, aliæ etiam chariſſimos non dubitarent flammis tradere, aliæ vita ſpoliatorum veſci carnibus pulchrum & pium eſſe exiſtimarent. Quomodo igitur eos, qui tam belluinam ducerent vitam, conſentaneum erat benedictionis viri DEO chariſſimi fieri conſortes, niſi utique belluina illa vita abjecta & relicta conſimilem Abrahamo pietatem aliquando eſſent amplexuri. Nam & ille alienigena & alienus perhibetur ad eam quam deinde profeſſus eſt tranſiiſſe pietatem, avitamque ſuperſtitionem deſeruiſſe, domum, cognationem, mores patrios & vitæ, in qua genitus erat, rationem miſſam feciſſe, DEO autem eſſe obſecutus, qui etiam oracula ſcriptis prodita illi edidit. Si igitur Moſes, qui poſt Abraamum extitit, & Rempublicam per promulgatas à ſe leges Judæorum genti condidit ac fundavit, ejuſcemodi leges ſanxiſſet, quas viri DEO chari ante eum recte agendo obſervaſſent, & quæ omnibus gentibus congruerent,

ἔθνεσιν ἐφαρμόττειν, ὡς δύνασθαι κατὰ τὴν Μωυσέως διαταγὴν πάσας τὰς φυλὰς τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη θεοσεβεῖν, ἦν εἰπεῖν, ὅτι διὰ τῆς Μωυσέως νομοθεσίας τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν θεοσεβήσαντας, καὶ τὸν Ἰουδαϊσμὸν ζηλώσαντας· πρὸς αὐτούς τε γενησομένους κατὰ τὸν νόμον, εὐλογηθήσεσθαι τῇ τοῦ Ἀβραὰμ εὐλογίᾳ προηγόρευε τὰ λόγια. Ἐχρῆν δὲ καὶ ἡμᾶς, τὰ παρὰ Μωυσεῖ διατεταγμένα φυλάττειν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν ἡ κατὰ Μωυσέα πολιτεία κατάλληλος τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ἀλλ᾽ ἢ μόνοις Ἰουδαίοις· καὶ τούτοις, οὐχὶ τοῖς πᾶσιν· ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας γῆς τὰς διατριβὰς ποιουμένοις, ἕτερον ἐχρῆν ἐξάπαντος ὑποστῆναι τρόπον, παρὰ τὸν Μωυσέως νόμον, καθ᾽ ὃν ἔμελλον βιοῦντα ὁμοίως τῷ Ἀβραὰμ τὰ καθ᾽ ὅλης οἰκουμένης ἔθνη, τῆς ἴσης αὐτῷ κοινωνήσειν εὐλογίας.

gruere, ut omnes tribus terræ & omnes gentes ſecundum Moſis conſtitutionem DEUM colerent: fas erat affirmare, quod omnes ex omnibus gentibus DEUM ex Lege Moſaica pie colentes & Judaiſmum ſectantes, Judæisque ſecundum Legem conjunctos Abrami benedictione benedicendos eſſe Divina oracula prænunciaverint. Oportebat etiam nos leges á Moſe ſancitas obſervare. Cum autem conditio Reipubl. Moſaicæ non fuerit cæteris congruens gentibus, ſed tantummodo Judæis neque hiſce univerſis ſed ſolum verſantibus in terra Judaica, neceſſarium omnino erat aliam conſtitui rationem, qua præter Legem Moſaicam poſſent gentes ubique terrarum incolentes, quæ conſimilem Abraamo vitam ducerent, eandem cum illo benedictionem obtinere.

ΚΕΦ. Γ.

Ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατάλληλος ἦν ἡ κατὰ Μωυσέα πολιτεία.

Ὅτι δὲ ἡ κατὰ Μωυσέα διαταγὴ Ἰουδαίοις, ὡς ἔφην, καὶ τούτοις οὐχὶ πᾶσιν· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἐν διασπορᾷ τυγχάνουσιν, ἀλλ᾽ ἢ μόνοις τοῖς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσιν ἐφήρμοζεν, ὧδέ σοι συλ-

CAPUT III.

Quod conditio Reipublicæ Moſaicæ non fuerit omnibus gentibus conveniens.

QUod autem conſtitutiones Moſaicæ Judæis tantummodo, ut dixi, neque hiſce omnibus (non enim iis, qui in diſperſione victitabant, ſed ſolis in Palæſtina verſantibus) accommodatæ fuerint, evi-

Digitized by Google

συλλογιζομένῳ, φανερὸν ἔσαι. φησὶ πȣ Μωυσῆς νομοθετῶν· l) „Τρεῖς τοῦ „ἐνιαυτοῦ ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικόν „σου ἐνώπιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. Καὶ „ἔτι σαφέστερον ὅπου ἐχρῆν ἀπαντᾶν τοὺς πάντας, τρίτον τοῦ ἔτους ἀφορίζειν, λέγων. m) „Τρεῖς καιροὺς τοῦ „ἐνιαυτοῦ ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικόν „σου ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἐν τῷ „τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται Κύριος. Θεωρεῖς, ὡς οὐκ ἐν πάσῃ πόλει, οὐδ' ὅποι ἔτυχεν ἀπαντᾶν προστάττει, ἀλλ' ἐν τόπῳ· ᾧ ἐὰν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου. Ἔνθα τρισὶν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καιροῖς ἐπὶ ταὐτὸ συνιέναι νομοθετεῖ, καὶ τοὺς καιροὺς ἀφορίζει, καθ' οὓς ἀπαντᾶν ἐχρῆν ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ τὰ τῆς κατ' αὐτὸν λατρείας ἐπετελεῖτο· ἕνα μὲν τοῦ πάσχα, δεύτερον, τὸν μετὰ πεντήκοντα ἡμέρας ἐπὶ τῆς ὀνομαζομένης Πεντηκοστῆς ἑορτῆς· καὶ τρίτον, τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ μετὰ τὸ πάσχα κατὰ τὴν τοῦ ἱλασμοῦ ἡμέραν, καθ' ἣν εἰσέτι νῦν Ἰουδαῖοι πάντες, τὴν νηστείαν ἐπιτελοῦσιν. Ἐπαρᾶταί τε, n) τοῖς μὴ ἐμμένουσι τοῖς νομοθετουμένοις. Οὐκοῦν τοὺς μέλλοντας ἅπαντας ἀπαντᾶν τρίτον τοῦ ἔτους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰ νόμιμα πληροῦν οὐ πόρρω που τῆς Ἰουδαίας ἐχρῆν δήπου οἰκεῖν. Ἀλλ' εἰσὶν ἀμφὶ τοὺς ὅρους· εἰ δὲ δὴ τοῖς πορρωτάτω τῆς Παλαιστίνης οἰκοῦσιν Ἰουδαίοις ἀδύνατα ἦν πλεῖν τὰ

evidens tibi erit ita colligenti. Ait alicubi Moses legeque præcipit: *Ter quovis anno apparebit omne masculum tuum coram Domino DEO tuo.* Atque adhuc magis perspicue, ubinam triplici per annum tempore universos convenire oporteret, determinat cum ait: *Tribus temporibus anni apparebit omne masculum tuum coram Domino DEO tuo, in loco, quem delegerit Dominus.* Vides, quod non in civitate quacunque, nec quovis ubi fors tulerit loco convenire jubet, sed *in loco, quem delegerit Dominus DEUS tuus.* Ibi tribus per annum temporibus congregari in unum jubet temporaque determinat, quibus convenire oporteat in loco, quo Divini cultus officia obibantur, unum quidem Paschatis, alterum post dies quinquaginta, festo quod Pentecostes inde venit nomine, & tertium mense septimo post pascha die expiationis, quo etiamnum Judæi hodie omnes jejunium celebrant. Diris autem Moses eos devovet, qui legibus suis sancita non observaverint. Atqui hos, qui triplici vice per annum deberent Hierosolymis convenire, ritusque legibus constitutos ad plenum obire, non procul à Judæa habitare oportebat: qui vero circa extremos Palæstinæ limites aut longius à Palæstina

l) Exod. XXIII, 17. m) Exod. XXXIV, 23. Deut. XVI, 16. n) Deut. XXVII, 26.

τὰ νενομοθετημένα, πολλοῦ φᾶναι τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι, καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς ἐφαρμόζειν. Επάκουσον δὲ τίνα τρόπον ὁ αὐτὸς πάλιν νομοθέτης, τὴν ἀπὸ λέχους γυναῖκα ἀπαντᾷν προστάττει, καὶ θυσίας τῷ Θεῷ προσφέρειν, λέγων οὕτως· o) „Καὶ „ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν, „λέγων, λάλησον τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, „καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, γυνὴ ἥτις ἐὰν „σπερματισθῇ, καὶ τέκῃ ἄρσεν, ἀκά„θαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας. Εἶτα μεταξύ τινα εἰπὼν, ἐπιφέρει· p) „Καὶ „ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι κα„θάρσεως αὐτῆς, ἐφ' υἱῷ, ἢ ἐπὶ θυ„γατρὶ, προσοίσει ἀμνὸν ἐνιαύσιον „εἰς ὁλοκάρπωμα, καὶ νεοσσὸν περιστε„ρᾶς ἢ τρυγόνα περὶ ἁμαρτίας, ἐπὶ „τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, „πρὸς τὸν ἱερέα προσοίσει αυτὰ „ἔναντι Κυρίου. Καὶ ἐξιλάσεται περὶ „αὐτῆς ὁ ἱερεὺς, καὶ καθαριεῖ αὐτὴν „ἀπὸ τῆς πηγῆς τοῦ αἵματος αὐτῆς. Οὗτος ὁ νόμος τῆς τικτούσης ἄρσεν ἢ θῆλυ. Ἔτι πρὸς τούτοις ὁ αὐτὸς, καὶ τὸν ἀπὸ κήδους καὶ νεκρῶν ἐπαφῆς, προστάττει μὴ ἄλλως καθαίρεσθαι, ἢ διά τινος σποδοῦ δαμάλεως, ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἑπτὰ, τῶν συνήθων ἀποστάντα. Λέγει γοῦν· q) „Καὶ ἔσται τοῖς υἱοῖς Ισ„ραὴλ, καὶ τοῖς προκειμένοις προσηλύ„τοις ἐν μέσῳ αὐτῶν, νόμιμον αἰώνιον. „Ὁ ἁπτόμενος τοῦ τεθνηκότος πάσης ψυ„χῆς ἀνθρώπου ἀκάθαρτος ἔσται, „ἑπτὰ ἡμέραις ἁγνισθήσεται· Τῇ ἡμέρα

læstina degebant Judæi, Præcepta legis perficere nequibant, tantum abest, ut omnibus gentibus & ultimas terras incolentibus hæc potuerint congruere. Audi porro quomodo idem rursus Legislator mulierem à puerperio accedere & sacrificium Deo offerre jubeat, cum ait: *Locutusque est Dominus ad Mosen & dixit: Loquere filiis Israël & dices ad eos, mulier quæcunque conceperit semen & pepererit masculum, & immunda erit septem dies.* Deinde interjectis nonnullis subjungit: *Et cum impleti fuerint dies purificationis ejus, pro filio aut pro filia, offeret agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ aut turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii. Ad sacerdotem offeret ea ante Dominum. Et exorabit pro ea Sacerdos, & purificabit eam à fonte sanguinis ejus. Hæc est lex parientis masculum & fœminam.* Præterea idem contaminatum ex funere & contactu mortui præcipit non alio modo purificari quam per cinerem juvencæ diebus integris septem, negotiisque consvetis abstinere. Ait igitur: *Et erit filiis Israël & proselytis accedentibus in medio eorum legitimum æternum. Qui tetigerit cadaver hominis cujusque anima exutum, immundus erit septem diebus: purificabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Si vero*

o) Levit. XII, 1. p) ibid. v. 6. q) Num. XIX, 10.

,,ἡμέρα τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ἑβδόμῃ κα-
,,θαρισθήσεται. Ἐὰν δὲ μὴ ἐφαγνι-
,,σθῇ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ καὶ τῇ ἑβδό-
,,μῃ, οὐ καθαρὸς ἔσται· Πᾶς ὁ ἁπτό-
,,μενος τοῦ τεθνηκότος ἀπὸ ψυχῆς
,,ἀνθρώπου, ἐὰν ἀποθάνῃ καὶ μὴ
,,ἀγνισθῇ, τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου
,,τοῦ Κυρίου ἐμίανεν. Ἐκτριβήσεται ἡ
,,ψυχὴ ἐκείνη ἐξ Ἰσραήλ, ὅτι ὕδωρ ῥαν-
,,τισμοῦ, οὐ περιεῤῥαντίσθη ἐπ' αὐτόν·
,,ἀκάθαρτός ἐστιν, ἀκαθαρσία ἐπ'
,,αὐτῷ ἔσται. Καὶ οὗτος ὁ νόμος. Ἄν-
,,θρωπος ἐὰν ἀποθάνῃ ἐν οἰκίᾳ, πᾶς
,,εἰσπορευόμενος εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πάν-
,,τα ὅσα ἐστὶν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀκάθαρτα
,,ἐστιν ἑπτὰ ἡμέρας. Καὶ πᾶν σκεῦος
,,ἀνεωγμένον ὅσα οὐχὶ δεσμῷ καταδέ-
,,δεται, ἀκάθαρτα ἔσται, καὶ πᾶς ὃς
,,ἂν ἅψηται ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου,
,,τραυματίου ῥομφαίας, ἢ νεκροῦ, ἢ ὀστέου
,,ἀνθρωπίνου, ἢ μνήματος, ἀκάθαρ-
,,τος ἐστιν ἑπτὰ ἡμέρας; καὶ λήψονται τῷ
,,ἀκαθάρτῳ ἀπὸ τῆς σποδιᾶς τῆς κα-
,,τακεκαυμένης τοῦ ἁγνισμοῦ, καὶ ἐκ-
,,χεοῦσιν αὐτὴν r) εἰς σκεῦος, καὶ λή-
,,ψονται ὕσσωπον· καὶ βάψει ἀνὴρ κα-
,,θαρός, καὶ περιρανεῖ ἐπὶ τὸν οἶκον, καὶ
,,τὰ σκεύη, καὶ τὰς ψυχάς; ὅσοι ἐὰν
,,ὦσιν ἐκεῖ, καὶ ἐπὶ τὸν ἡμμένον τοῦ ὀστέου
,,τοῦ ἀνθρωπίνου, ἢ τοῦ τραυματίου, ἢ τοῦ
,,τεθνηκότος, ἢ τοῦ μνήματος. Καὶ
,,περιρανεῖ ὁ καθαρὸς ἐπὶ τὸν ἀκάθαρ-
,,τον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ ἐν τῇ ἡμέ-
,,ρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια
,,ἑαυτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα ὕδατι, καὶ
ἀκά-

vero non fuerit purificatus die tertio & die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetigerit cadaver hominis mortui, anima exutum, & non fuerit purificatus, tabernaculum Domini polluit. Exterminabitur anima illa ex Israël, quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum: immundus est, immunditia super eum erit. Et hæc est lex. Homo si mortuus fuerit in domo, omnis ingrediens in domum & omnia, quæ sunt in domo, immunda sunt septem diebus. Et omne vas apertum quacunque non vinculo (operculi) *alligata sunt, immunda erunt. Et omnis qui in agro tetigerit occisum gladio vulneribus, vel mortuum, vel ossum hominis, aut sepulchrum, immundus erit diebus septem. Et sument pro immundo, de cinere combustæ* (juvencæ) *purificationis, & effundent eum in vas, & sument hyssopum, & tinget vir purus & circumasperget super domum & super vasa & super animas quotquot fuerint ibi, & super eum, qui tetigit ossum hominis, aut occisum vulnere, aut mortuum, aut sepulchrum. Et circumasperget mundus super immundum die tertio & die septimo, & lavabit vestimenta sua, & corpus suum lavabit aqua, & impurus erit usque ad vesperam. Et homo, qui inquinatus fuerit,*

r) leg. ἐκχεοῦσιν ἐπ' αὐτὴν ὕδωρ ζῶν εἰς σκεῦος, *& effundent super eum* (cinerem) *aquam viventem in vas.*

„ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. Καὶ „ἄνθρωπος ἐὰν μιανθῇ, καὶ μὴ ἀφα„γνισθῇ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ „ἐκείνη ἐκ τῆς συναγωγῆς, ὅτι ὕδωρ ῥαν„τισμοῦ οὐ περιερραντίσθη ἐπ' αὐτόν. Καὶ „ἔσται ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον. Ταῦτα Μωυσῆς νομοθετήσας, τὸν τρόπον τοῦ ὕδατος τοῦ ῥαντισμοῦ ἐπεκδιδάσκει. s) Δάμαλιν πυῤῥὰν ἄμωμον, ὁλοκαυτοῦσθαι προστάττων, καὶ ἀπὸ τῆς σποδιᾶς αὐτῆς ἐμβάλλεσθαι τῷ ὕδατι ἐξ οὗ χρῆναι καθαίρεσθαι τοὺς ἐπὶ νεκρῷ μεμολυσμένους. Ποῦ δὲ χρὴ ὁλοκαυτοῦσθαι τὴν δάμαλιν, ποῦ δὲ τὴν ἐν λέχει προσφέρειν τὰς θυσίας, ποῦ δὲ τὰ λοιπὰ νόμιμα συντελεῖν, εἰ μὴ ἀδιαφόρως ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν μόνῳ ἑνὶ, ᾧ αὐτὸς ἀφορίζει, δῆλον ἀφ' ὧν νομοθετεῖ λέγων· t) „Καὶ ἔσται ὁ „τόπος ὃν ἐὰν ἐκλέξηται Κύριος ὁ „Θεὸς ὑμῶν, ἐν αὐτῷ ἐπικληθῆναι „τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ οἴσετε πάντα „ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον. Καὶ διαστέλλεται ἑξῆς ἀκριβῶς, ἐπιλέγων· u) „Πρόσεχε σεαυτῷ, μήποτε „ἀνενέγκῃς τὰ ὁλοκαυτώματά σου, „οὗ ἂν ἴδῃς, ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν „ἐὰν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου „αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεών σου, ἐκεῖ „ἀνοίσεις τὰ ὁλοκαυτώματά σου, καὶ ἐκεῖ „ποιήσεις πάντα ὅσα ἐντέλλομαι ὑμῖν „σήμερον. Καὶ προστίθησι λέγων· x) „Οὐ δυνήσῃ φαγεῖν ἐν πάσαις ταῖς „πόλεσι τὸ ἐπιδέκατον τοῦ σίτου σου, καὶ „τοῦ οἴνου σου, καὶ τοῦ ἐλαίου σου· τὰ πρω„τότοκα τῶν βοῶν σου καὶ τῶν προβάτων

fuerit, & non fuerit purificatus, exterminabitur anima illa ex synagoga, quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum. Et erit vobis legitimum hoc sempiternum. Hæc ubi sancit Moses, etiam modum aquæ aspersionis præscribit. Jubet enim juvencam rufam, quæ non habet in se vitium, cremari totam & de cinere ejus inspergi aquam, qua purificari contaminatos à mortuis oportet. Quo autem in loco fas sit juvencam comburere, vel ubi puerperam offerre sacrificia, & ubi cæteros lege præscriptos ritus obire deceat & exequi, quod hoc non permissum sit facere promiscue quolibet in loco sed in uno quem ipse determinat, perspicuum est ex iis, quæ lege præcipit cum ait: *Et erit locus quemcunque elegerit Dominus DEUS tuus, ut invocetur nomen ejus ibi, illuc feretis omnia, quæ ego mando vobis hodie.* Hinc accurate illa cum exposuisset, subjungit: *Attende tibi ipsi, ne offeras holocautomata tua, ubicunque aspexeris, sed in loco, quem delegerit Dominus DEUS tuus, in una civitatum tuarum, ibi offeres holocautomata tua, & ibi facies omnia, quæcunque ego mando tibi hodie.* Addit porro: *Non poteris vesci in civitatibus tuis quibuslibet decimationem frumenti tui nec vini tui aut olei tui: primogenita boum tuorum & ovium tuarum,* &

s) Num. XIX, 2. t) Deut. XII, 11. u) id. v. 13. x) id. v. 17.

Digitized by Google

„των σου, καὶ πάσας τὰς εὐχάς σου ὅ-
„τας ἂν εὔξησθε, καὶ τὰς ὁμολογίας
„ὑμῶν, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν χειρῶν
„ὑμῶν, ἀλλ᾽ ἢ ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ
„σου φαγῇ αὐτά· ἐν ᾧ ἂν τόπῳ ἐκλέ-
„ξηται Κύριος ὁ Θεός σου ἑαυτῷ, σὺ
„καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς
„σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου κ. τ. λ.

& omnia vota tua quacunque voveritis, & confessiones vestras & primitias manuum vestrarum. Sed ante Dominum DEUM tuum comedes illa in loco, quem delegerit Dominus DEUS tuus sibi, tu & filii tui, filia tua & servus tuus atque ancilla tua & proselytus, [& cætera, quæ in editis deinceps exstant.].

In extremo operis hæc tantum desunt in vulgatis.

φήσαντος. * ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς ἐν αἷς δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. Ἑκάστῃ λέξει τοῦ Ψαλμοῦ τὸν νοῦν ἐμβαθύνας, τὴν ἀκριβῆ διάνοιαν θηρεύσαι ἄν, τῆς ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀληθείας.

Cuicunque curæ cordique fuerit mandatum Salvatoris, quando ait: *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam æternam vos habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Ita quamlibet dictionem Psalmi, qui mente altius scrutatus fuerit, accuratum sensum venari poterit, dictorumque veritatem.

* Joh. V, 39.



DELE-

DELECTUS ARGUMENTORUM

ET

SYLLABUS SCRIPTORUM VETERUM RECENTIUMQUE

Qui adversus Atheos, Epicureos, Deistas seu Naturalistas, Idololatras, Judæos & Muhamedanos,

VERITATEM RELIGIONIS CHRISTIANÆ

asseruerunt,

Digestus per Capita quinquaginta.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS CAPITUM.

20. Theo-

Digitized by Google

CAPUT



CAPUT I.

De multitudine oppugnantium religionem eamque defendentium. Neutram veritati ejus obesse, neque bonam caussam debere suspectam reddere: De iis, qui notitiam scriptorum pro Veritate Religionis tradere aggressi sunt.

I.

Verissime prænunciatum à sancto sene Simeone est, cum eum, quem diu expectaverat, Salvatorem editum jam in lucem & in templo oblatum à matre, manibus suis teneret, cupideque amplecteretur, affirmavit, positum esse *in signum, cui contradicitur* a) Luc. II, 24. Signum enim vocat utique propositam divinitus in hominum salutem rem admirandam b) & omnium advertentem oculos animosque, ut erat sane CHRISTUS admirabilis, doctrinæ Divinitate, sanctimonia vitæ, miraculis ac præsertim non inficiando in vitam reditu: Futurum autem væcordia & malitia hominum, ut huic salutari ac divino signo contradiceretur à Judæis pariter & Gentibus, nam & Judæis signum & *δύναμιν* sive miraculum petentibus, Christus crucifixus scandalum cœpit esse, 1. Cor. I, 23. & lapis offensionis, c) 1. Petr. II, 7. Rom. IX, 33. non capientibus scilicet neque ullo modo ferentibus, ut Filium suum ad id genus mortis exposuerit DEUS, d) de quo ipse edixit: *Maledictus omnis, qui pependit in ligno.* Devt. XXI, 23. Galat. III, 13. Ab Ethnicis autem quærentibus sapientiam, Judaismus ut *radix stultitiæ,* e) Doctrinaque de Christo, ut mera insania & perversi stulta rabies cerebri f) explodebatur, & jam Apostoli

 de se:

a) ὗτος κεῖται εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Luc. II, 34.
b) σημεῖόν ἐστι. τὸ παράδοξυ τινὸς καὶ ἀφανῦς πράγματος ἐνδεικτικόν. S. Basilius Epist. 317. T. 2. p. 1089.
c) λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλυ. אבן נגף ולצור מכשול Es. VIII, 14.
d). Tertull. adversus Judæos cap. 10. Justinus dialogo cum Tryphone &c.
e) Rutil. lib. 1. Itinerar. v. 389. f) id. v. 445 adde B. D. Christiani Kortholti obtrectatorem paganum c. XI. p. 157. sqq.
f) T. I. Opp. Sirmondi p. 82. & T. IV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 22. D.

de se: ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν, *Nos stulti propter Christum*, 1. Corinth. IV, 10. Statim igitur nascenti Christianismo universus se adversarium professus fuit orbis terrarum, qui Judaismum inter & Ethnicismum tunc totus qua patebat, distinguebatur.

II. Neque adeo mirum est, plurimos semper extitisse, qui veritati Religionis Christianæ dare manus recusarent, imo eam omnibus viribus impugnare contenderent. Nam hyprocrisi, superbiæ, injustitiæ, libidini & avaritiæ minime suffragatur, & stoliditate humani ingenii meliora paucioribus placent: quid quod omnis etiam religionis vestigia in animis suis delere, sunt qui conantur: alii, ut sapere videantur præ cæteris, cœlum vituperant: alios, si non insipientis sapientiæ arrogans opinio, saltim levis mobilitas animi aut novitatis studium rapit transversos, ut qui contendebat nullum motum dari, Eleates Zeno: aliis belluina pejor negligentia occæcat oculos sensumque, alii pravis exemplis ducuntur, aliis morum improbitas & impie vivendi consuetudo obducit callum. Quæ demum usquam fuit res tam vera tamque explorata, quam non vel negare vel vocare in dubium multi sunt ausi, aut à quanam parte etiam testatissima rerum Divinarum humanarumque aut à quibus scientiis non dicam vanæ Academicorum argutiæ vel Scepticorum, sed aliorum etiam Philosophorum vel non Philosophorum contendentium aut nodum in scripo quærentium pruritus manum continuit? quid vicissim tam absurdum potuit excogitari, quod non modo autorem sed & sectatores repererit propugnatoresque? Quod autem speciatim ad Judæos CHristi tempore viventes attinet, ut recte Eusebius libro 2. de resurrectione, f) *Certe multa apud eos impedimenta. Consuetudo qua putabatur vetus, Imperium adversariorum, remissio feriarum, & ea, quæ particulatim prædicata sunt: ab eo autem, qui prædicabatur crux, & quod in eo erat incredibile & sine honore. Præconum autem abjectio, ignobilitas, nulla doctrina, egestas, numerus parvus. Ab ipsa autem prædicatione jejunium pro ebrietate, pudicitia pro libidine, donare sua quam rapere.* Nec minora vel pauciora Ethnicorum impediebant animos remoramque iis faciebant, quo minus CHristum amplecterentur, ex contemtis ortum Judæis, neque opibus neque rebus vi & splendide gestis aut eruditionis vel eloquentiæ gloria conspicuum, cujus virtutem ac sapientiam, ut privati & abjecti hominis vel non audiverant vel credere non poterant, servili affectum supplicio, tum ea svadentem, quæ nec cum avitis congruebant institutis, & præjudiciis damnabantur haustis cum materno

terno lacte, taliaque quæ nec ſuperbia ipſorum ferre poterat, nec habendi cupido admittebat, voluptatis autem quo ducebantur ſtudium reſpuebat penitus & abominabatur.

III. Neſcio, an ſint adeo multi, qui confidant ex eo idoneum ſe contra religionis veritatem argumentum poſſe ducere, quod à pluribus oppugnata ſit, atque etiamnum oppugnetur, non à Judæis atque Ethnicis tantum, ſed etiam ab ſparſis per ampliſſimas orbis regiones Muhamedanis, & quod fœdum eſt imprimis, etiam à non paucis Chriſtianis nomine, re Atheis vel Epicureis, vel Deiſmo ſeſe ſperantibus poſſe defungi aut Naturaliſmo. Non dubito autem, ſi quis ſerio & candide intendat animum, eum longe majus robur pro veritate Religionis Chriſtianæ deprehenſurum, non quidem utcumque in copia ingenti eam oppugnantium, ſed in eo, quod non obſtante illa adverſariorum hoſtiumque multitudine, acumine, eloquentia, artibus, odio, ſævitia, potentiaque, non modo in parvis ſuis initiis opprimi non potuerit, ſed inter acerrimas perſecutiones adoleverit etiam & incrementa ſumſerit, atque adeo collegerit vires, ut non modo par inimicis ſuis eſſe, & eorum inſultus alacriter & fortiter ſuſtinere potuerit, ſed etiam contemta & imbelli tenuitate ac ſimplicitate ſua prævaluerit, & omni licet deſtituta ſpecie ac lenocinio omnique ſpoliata brachio potentiæ ſæcularis omnibus nuda opibus & eloquentiæ atque eruditionis mundialis præſidiorum expers & inops, valuerit non tantum emergere, ſed Judæos etiam ac gentes omnibus illis præpollentes vincere & in partes ſuas trahere, Muhamedanis laudem & confeſſionem, pſeudo Chriſtianis ruborem extorquere, quin imo Principes ac perſecutores reddere Patronos ſuos ac Defenſores, & hanc magnitudinem ſuam per tot centurias ac prope millenarios annorum non modo ſuſtinuerit, ſed etiam auxerit ac locupletaverit novis ſemper incrementis, contra inferorum portas aſſertura decus ſuum in ævum omne certiſſime, ac totum orbem jampridem in partes tractura ſuas, niſi inſana diſſidia & prava vita Chriſtianorum infelicem remoram usquequaque injicerent.

IV. Si adeo multitudo adverſariorum, divinitus etiam prænunciata, hilum non facit ad ſecus ſentiendum de religionis Chriſtianæ veritate, longe minus ſuſpectam eam poteſt reddere apologiarum, quas recenſere jam inſtitui, copia ingensque numerus. Non enim ideo tam multi pro ea dicere ac ſcribere aggreſſi ſunt, quaſi non in rebus ipſis eſſet objectionum redargutio, vel quaſi non poſſet, ipſamet per ſe ſtare Veritas, magnitudineq; ac Divinitate ſua jam valeret ſe tueri, aut defenſionis toties iteratæ ſubſidio

ac tibicine multiplicique arte disputantium indigeret: cum Salvator ipse ac Dominus noster JESUS CHRISTUS falsis gravatus testimoniis maluerit obticescere, & ad crimina objecta nihil respondere, g) sciens tota vita sua & actis toto populo teste spectatis falsitatem delationis melius coargui, quam ullis verborum defensionibus. Attamen Apostoli & horum insistentes vestigiis alii præclari viri subinde aucto adversariorum numero non dubitarunt pro asserenda quam profiterentur religione vocem adhibere ac calamum, ne ulterius tacere h) diffidentiæ signum esset, & ut ignari de fundamento spei nostræ docerentur, dubii confirmarentur, nec inimici in objectionum suarum argutiis exultarent, falsaque earum specie possent incautos decipere. Inprimis vero hoc debere se existimarunt DEO & Salvatori suo, ut quam ipse tribuerat vocem ac facultatem, eam pro illius gloria & veritate vindicanda impenderent libenter, præcipue vero Christiani primis sæculis etiam hoc putarunt esse sui officii, ut coram Principibus, apud quos erant delati, caussam religionis suæ defenderent & calumnias adversariorum, quod facere poterant facile, ac facere gestiebant, evidentibus refellerent argumentis. Non mirum porro est hoc multis venisse in mentem: quid enim esset, in quo libentius versaretur Christiani hominis meditatio & stylus, quam in explicanda & tuenda ab objectionibus sanctissima religione, sive ad animum suum confirmandum, sive ad confessionem edendam, sive ad alios erudiendos aut stabiliendos, sive ad inimicorum retundendos impetus & caussationes removendas. Quam multis gestit animus demonstrare Geometricas propositiones & ab Euclidis temporibus millies jam demonstratas: sive quod pulchrum est hoc agere, taliaque cognoscere, sive quod expedit inprimis ad totam rem rectius intelligendam, idem tentare diversis modis alium sic, alium vero sic, ut S. Augustini verbis utar: nec tamen ideo quisquam neget verissima esse certissimaque quæ toties à tot præclaris ingeniis de integro demonstranda sumuntur.

V. In præfatione ad luculentam Arnobii editionem Lugduni Batavorum 1651. 4. editam *Joannes Maire*, bibliopola testatur, se constituisse duobus voluminibus omnes Patres tam Græcos quam Latinos, qui contra Gentes scripsere, cum integris omnium commentariis, typis vulgare. Sed post Arnobium nihil hujus argumenti ex ejus officina prodiit, quod sciam

g) Origenes limine libror. contra Celsum.
h) S. Hilarius adversus Constantium.

Digitized by Google

fciam, præter Minucium Felicem, Variorum animadverfionibus, & Julium Firmicum Joannis Wowerii notis illuftratum.

VI. Lipfiæ A. 1685. 4. fub ductu D. *Adami Rechenbergi*, τȣ̃ μακαρίτȣ, Vir Clariffimus *Godfridus Gleitfmannus* tunc admodum juvenis publicavit fchediafma hiftoricum de apologiis Doctorum veteris Ecclefiæ, eorumque argumenta adverfus Judæos & Ethnicos breviter expofuit. Recufum eft hoc fchediafma in laudati Rechenbergii Volumine exercitationum in Nov. Teftamentum, Hiftoriam Ecclefiafticam & Literariam, Lipf. 1707. 8. p. 305--344.

VII. A. 1715. Hamburgi in 4. prodiit Volumen feptimum Bibliothecæ meæ Græcæ in quo p. 96--144. notitiæ de fcriptis Juliani Imp. adverfus Chriftianos fubjunxi elenchum fcriptorum amplius quadringentorum veterum recentiumque, qui veram religionem adverfus Atheos, Deiftas, feu Naturaliftas, Idololatras, Judæos & Muhamedanos afferuerunt.

VIII. A. 1721. Hamb. 4. lucem vidit Pars fecunda Bibliothecæ Hebrææ Venerandi noftri *Jo. Chriftophori Wolfii*, in qua p. 994--1047. diligenti & accurato ut folet femper facere ftudio percenfet fcriptores anti Judaicos veteres primum, deinde recentiores tum ex Judæos tum Chriftianos cæteros, ordinem alphabeticum in omnibus hifce fecutus, laudatis p. 1048. fcriptoribus, qui ante eum in his notandis operam pofuerunt. Hujus eruditiffimi Viri induftria uti me juvabit infra capite V.

IX. A. 1722. Parifiis in 4. typis exfcriptum eft opus infigne, de quo infra dicetur *Houttevillii*, in quo religionis Chriftianæ Veritatem ex rerum factorumque documentis demonftrare inftituit. Huic præfixa legitur Differtatio Hiftorico Critica, qua elogium & cenfura continetur celebriorum quorundam auctorum, qui vel Chriftianam religionem defendere, vel oppugnare eam funt aggreffi. Titulus eft: *Difcours hiftorique & Critique fur la methode des principaux auteurs qui ont écrit pour & contre le Chriftianifme depuis fon Origine.* Scriptores illi, de quibus & de quorum modo tractandi differit, hi funt:

S. Paulus Apoftolus p. XVIII.
Ariftides & Quadratus (quorum fcripta interciderunt) p. XXII.
S. Juftinus Martyr. p. XXIII.
Tatianus p. XXXI.
Theophilus Antiochenus ibid.
Hermias p. XXXII.
Tertullianus p. XXXIV.
S. Clemens Alex. p. XXXIX.
Origenes p. XLV.

Celfus

X. Denique evolvi, quem ineditum reliquit commentarium meritissimus & variis scriptis inclytus Theologus, *Henricus Ludolphus Benthemius*, Superintendens Generalis in ditionis Luneburgicæ diœcesi Harburgensi, qui anno superiore 1723. die IX. Jul. ex hac vita in cœlestem est evocatus. Titulus operis Germanice ad prælum parati, ac propediem, ut spero, ex Jo. Christophori Kisneri officina dandi prœlo, inscribitur: Repræsentatio & consideratio scriptorum de veritate & Divinitate religionis Christianæ. Vorstellung und Betrachtung der Schrifften von der Warheit und Göttlichkeit der Christlichen Religion. Tota quam vidi tractatio in tres partes dividitur: *Prima* quinque absolvitur capitibus, 1. Quod magnus numerus eorum, qui pro veritate Religionis Christianæ scripsere illam non possit suspectam reddere. 2. Quod Evangelistæ & Apostoli præcipuum dent ac firmissimum pro veritate Religionis testimonium. 3. Adversus Joannem Dallæum, auctoritati veterum Ecclesiæ Doctorum conatum derogare in duobus de usu Patruum libris. 4. De Apologiis deperditis Quadrati atque Aristidis. 5. De Apologiis itidem nusquam hodie extantibus Aristonis Pellæi, Melitonis, Claudii Apollinaris, Miltiadis & Apollonii.

Parti

Parti *secundæ* præmissa est præfatio de *Sibyllinis*, quorum fides & γνησιότης uberius defenditur adversus ea, quæ à V. C. Joanne Clerico Hist. Eccles. Sect. 2. ad A. C. 131. pag. 597. seq. vel à me lib. 1. Bibl. Græcæ cap. 33. adversus eam disputata fuerant: neque illibenter totam hanc controversiam lectoris docti & pii judicioque præditi arbitrio reliquerim, si quis Benthemio, aut Jo. Christiani Nehringii iteratæ pro Sibyllinis apologiæ, † quam mihi malit assentiri: modo ne vel asserta Sibyllinorum auctoritate, aliquis putet alia, quibus nititur Religionis Veritas non firmioris longe ponderis esse argumenta: vel fide eorundem vaticiniorum vocata in dubium, persuadeat sibi quis Patres ipsos argui fraudis, vel eximium aliquod momentum veritati religionis defendendæ decedere. Capitibus quatuor hujus secundæ partis occasio & argumenta exponuntur scriptorum adversus gentes, quæ exstant Græce 1. Justini Martyris ad Græcos & de Monarchia, 2. Tatiani, 3. Theophili Antiocheni, & 4. Athenagoræ.

In partis *tertiæ* præfatione Benthemius graviter ac justissime conqueritur de lata, quæ undique nostris temporibus invalescit, sentiendi, novandi, immotaque movendi licentia. Fusius deinde oppugnat, quæ *de oraculis* scripsit Antonius van Dale, * Medicus Harlemensis, ut illas meras hominum fraudes fuisse persuaderet, quam sententiam Bernardo deinde Fontenellio in Historia oraculorum, & Jac. Basnagio in Hist. Judæorum Gallice vulgata probatam, duobus etiam voluminibus confutandam sibi sumsit Franciscus Baltus ** S. I. Gallice editis Argentorati 1707. 1708. 8. (recuso altero Anglice cum Georgii Hickesii præfatione Lond. 1709. 8. qua perstringuntur, quæ pro Fontenellii sententia disputata sunt à Jo. Clerico T. XIII. Bibl. selectæ p. 179. sq.) Nec non Michaël Mourgves, S. I. in Epistola apologetica secunda, ad calcem Theodoreti librorum Therapevticorum versorum Gallice p. LXXXIII. -- CCVI. Capita partis tertiæ & postremæ operis Benthemiani sunt 1. de necessitate primarum apologiarum ad Ethnicorum idololatriam oppugnandam. 2. De Clementis Alex. protreptico. 3. Ejus synopsis & argumentum. 3. De S. Cæcilio Cypriano ejusque scripto de Idolorum vanitate. 4. De Arnobio ejusque libris contra Gentes.

† Prodiit Germanice Halæ Sax. 1720. 8. Vertheydigung der Sibyllinischen Prophecenungen gegen die Einwürffe gelehrter Männer/ welche solche für falsch und erdichtet ausgeben.

* Libro de oraculis veterum Ethnicorum Amst. 1682. 8. & quæ longe locupletior est editio Amst. 1700. 4.

** Novell. de la Rep. des lettres A. 1707. p. 616.

CAPUT II.

Scriptores sacri, assertores Religionis præcipui. Alii qui exstant Græci apologiarum scriptores à primis usque Ecclesiæ sæculis.

I.

CUm in animum induxerim ad argumenta præcipua pro Veritate Religionis nostræ insinuanda lectorum animis, notitiam scriptorum, qui in explicandis atque asserendis illis versati sunt, tradere, implorato DEI ac Salvatoris nostri JESU auxilio, à quibus rectius faciam initium quam à sacris scriptoribus? qui divinitus ad hoc evocati & instructi, non modo doctores & interpretes Divini ac Salutaris cultus, sed etiam assertores fortissimi fuerunt. *Moses* quidem paucis verbis de origine rerum clariora, melioraque nos docens quam omnes Philosophi, tum miraculis & magnis rebus gestis divinæ missionis fidem primum sibi conciliavit apud Ægyptios, deinde per non minora miracula, Legemque & doctrinam admirandam, prædictionumque mira fide & eventibus comprobata veritate fidem atque auctoritatem Divinam spectatam fecit Judæis, atque per res inter Judæos, teste terrarum Orbe gestas, apud omnium gentium omnis ævi posteritatem. Denique singulare CHRISTO & Ejus Doctrinæ præbuit testimonium, mutuoque majus etiam ab hoc recepit. Quod & de *Prophetis* vere affirmare licet, Mosis vestigia legentibus, & non minus miraculis & prædictionibus certissimis minimeque ambiguis aut obscuris Divinitati doctrinæ suæ asserentibus haud dubiam fidem, quam eventus accurate respondentes, vaticinationum illarum Divinam originem evidenter confirmarunt.

II. Quantum in sacris hisce scriptoribus sit ponderis ad veritatem religionis confirmandam, illi quidem sentiunt imprimis, qui pio & veritatis cupido accedentes animo ad legendum, Divinam Spiritus S. gratiam in illis inter meditationes ac preces experiuntur: at multi etiam docuerunt infra cap. 26. & 31. speciatim à me commemorandi, qui vel de Divinitate sacrarum litterarum, vel qui adversus Judæos scripsere, ut ex antiquis Eusebius in Demonstratione Evangelica: ita è recentibus unus sigillatim mihi laudandus in præsenti Vir celeberr. *Petrus Allixius*, Gallus, cujus magno cum fructu legitur liber, qui inscribitur: *Reflexions sur les livres de l'Ecriture sainte, pour établir la Verité de la Religion Chrétienne.* Tribus partibus opus constat, quarum prima in Pentatenchum, lucem vidit a) Lond. 1687. 8. Altera

a) Nov. Rep. lettr. A 1687. p. 408. Hist. des ouvrages des Sav. 1688. Dec. p. 363. Bibl. universelle T. V. p. 305. Acta Erud. 1688. p. 237.

tera inde in libros Propheticos V.T. secuta est, & tertia denique in scriptores sacros Novi fœderis. Post editionem Amst. 1688. plus simplici vice hæc opus postea Gallica lingua recusum in Belgio, Germanice etiam exstat interprete C. V. *Andrea Christiano Eschenbachio*, Ecclesiaste Norimbergensi, Norimbergæ 1702. 8.

III. Apostoli virique Apostolici, scriptores Novi Fœderis, qui itidem pro CHRISTO mortem alacriter subiere, non modo Evangelicam doctrinam, homines rudes alioqui & egeni, voce & miraculis propagarunt tanto cum successu, ut totum orbem, Romanum certe, Evangelio impleverint, in partesque suas traxerint pauperes & divites, imbelles ac potentes, doctos & indoctos, quorum nulli poterant eorum doctrinæ resistere, neque quicquam ἀντιπαροχεσθῆναι aut ἀντιπεῖν, b) sicut futurum CHRISTUS eis prædixerat: c) *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri.* ᾗ ἐ δυνήσονται ἀντιπεῖν ἐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ἡμῖν. Sed & scriptis suis, licet simplici orationis genere, id egere, id re ipsa effectum reddidere etiam, ut religionis quam docebant veritatem clarissime demonstratam darent. *Hæc scripta sunt*, inquit Johannes, d) quem in finem quæso? *ut credatis, quod JESUS est CHRISTUS filius DEI, & ut credentes fidem habeatis in nomine ejus.* Jure meritoque hanc in rem laudatus mihi supra B. Benthemius commendat *Joannis Jacobi Grynæi* librum rarius hodie obvium, cui titulus: *SS. Evangelistarum demonstrationes, qua clarissime ostendunt, Dominum JESUM esse CHRISTUM, & credentes vitam habere per nomen Ejus.* Basil. 1588. 4. Eandem rem longe uberius deinde & accuratius explicare conati sunt lingua Belgica quidem *Salomo van Till* commentario edito in Matthæum, *het Evangelium des H. Apostels Matthai geopent, en kragtige demonstratien tegen alle onchristen en twyffelears betoont, Dordraci 1683.* e) *& editione auctiore 1687. 4.* Germanica autem lingua vir egregius atque utilissimis commentariis in libros sacros editis laudatissimus *Georgius Michaël Laurentius*, Pastor Gaitzensis apud Variscos, in der kurtzen Erklärung, des Evangelii S. Matthæi, S. Marci und S. Johannis, als einem Beweiß, daß JEsus von Nazareth der wahre Messias sey. Halle, 1721. 1723. 1724. 4. tribus Voluminibus. Ab eodem uti Matthæum, Marcum & Joannem jam tenemus, ita

 Lucam

b) ἐδὲν εἶχον ἀντιπεῖν. Actor. IV. 14.
c) Luc. XXI. 15.
d) Joh. XX. ult.
e) Bibl. universelle T. VIII. A. 1688. p. 425.

Digitized by Google

Lucam ſimiliter expoſitum & ad veritatem Religionis confirmandam explicatum propediem expectamus, ſicuti etiam Evangeliſtam Marcum ad eundem ſcopum pro demonſtranda Relig. Chriſtianæ veritate Concionibus illuſtratum vernaculis ad prælum paravit B. Benthemius, quas luce quam merentur, donatum iri ſpero. Lingua Anglica *Jo. Owenus* Commentariis in Epiſtolæ ad Hebræos capita decem priora, Lond. 1668. fol. tribus Volum. Lingua Latina denique *Philippus à Limborch* f) commentario in Acta Apoſtolorum & Epiſtolas Pauli ad Romanos & ad Hebræos, qui & ipſe illud imprimis ſibi dedit negotii, ut veritatem Religionis Chriſtianæ ex Divinis hiſce libris tum adverſus alios à CHriſti nomine alienos, tum adverſus Judæos defenderet, (confutatis etiam objectionibus Jacobi Lombroſo, g) Judæi Doctoris Medici, qui ſæculo proxime elapſo Venetiis vixit, & propugnaculum Judaiſmi, libro quinto Hugonis Grotii de veritate Religionis Chriſtianæ oppoſuit.) Roterdam. 1711. fol. His addere juvabit præter partem tertiam operis *Petri Allixii*, de quo paullo ante memorabam, B. D. *Jo. Georgium Dorsheum* noſtrum commentariis in Epiſtolam ad Hebræos Apodictico h) analytico exegeticis, quos à dimidio capitis decimi ad finem usque perduxit D. *Jo. Chriſtophorus Pfaffius ὁ μακαρίτης*. Francof. 1717. 4.

III. Ut breviter ac veluti in tabella appareat, qua methodo Apoſtoli in ſcriptis ſuis ad demonſtrandam Veritatem Chriſtianæ Religionis uſi fuerint, operæ pretium duxi ſubjicere obſervationem *Conradi Vorſtii* præmiſſam Commentariis ejus in Epiſtolas Pauli, editis Amſt. 1631. 4.

„Apoſtoli unam generalem & primariam controverſiam ſuo tem„pore urſerunt: nempe hanc, JEſum Nazarenum eſſe CHriſtum, & fi„dem in CHriſtum eſſe unicam ſalutis aeternae conſequendae rationem. „Hanc vero theſin quatuor hominum genera potiſſimum oppugnarunt. „1. Ethnici nondum converſi. Deinde 2. Judaei itidem nondum converſi. „3. Judaei nonnulli, doctrinam CHriſti jam amplexi. Denique 4. alii pro„feſſione Chriſtiani, reipſa tamen antichriſti ſive haeretici. Unde „quadruplex extitit controverſia temporibus Apoſtolorum paſſim „agitata.

a) „Primae controverſiae ſtatus, quam videlicet Apoſtoli cum „*Ethnicis* habebant, in eo conſiſtebat: partim an felicitas aliqua aeterna poſt

f) Bibl. choiſie de Mr. Jean le Clerc T. XXIII. p. 1.
g) Rev. Wolfius T. 1. Bibl. Hebr. p. 605.
h) Act. Er. 1718. p. 306. Altes und Neues von Theologiſchen Sachen A. 1717. p. 702.

Digitized by Google

post hanc vitam homini speranda sit? partim an felicitas illa per paga-" nismum, an vero per Christianismum obtinenda sit? De qua contro-" versia vid. Act. 14, concionem Pauli ad Lystrenses. Item Cap. 17, ejus-" dem Apostoli concionem ad Philosophos Athenienses. Denique" Eph. 2, v. 1. &c. & 1. Thess. 1, v. 9, 10."

β) Status secundae controversiae cum *Judaeis* nondum conversis" habitae, hic erat: Utrum justitiam & salutem aeternam ex observatione" Judaismi, & quidem solius; an vero ex observatione Christianismi ho-" mo sperare debeat? Priorem partem Judaei, posteriorem Apostoli," eorumque socii arcte tenebant. Vide conciones Petri ad Judaeos" Act. 2, & 3, & 4, & 5; Item disputationem Stephani Act. 6, & 7;" praeterea conciones Philippi Act. 8; Denique conciones Pauli Act. 13;" & passim alibi, ubi salutem in solo Christo, vera fide apprehenso, posi-" tam esse copiose ostenditur, & nominatim quidem ex ipso Veteri Testa-" mento, quo Judaei maxime nitebantur. Vide in epistola ad Romanos" cap. 1, & 3, & 4, &c."

γ) Status tertiae controversiae cum Judaeis, jam fidem CHristi" profitentibus, habitae, hic erat: Utrum ad consequendam salutem aeter-" nam Judaismus cum Christianismo conjungendus sit, an vero solus Chri-" stianismus observandus, omisso Judaismo? Priorem sententiam pleri-" que Judæi jam conversi defendebant: posteriorem Paulus & qui cum eo" sentiebant."

4) Hinc autem aliae tres speciales controversiae emergebant;" Quarum prima erat: Utrum gentes ad consortium Evangelii admit-" tendae sint, nec ne? Negantem partem initio omnes ferè Apostoli secuti" sunt: quemadmodum ex cap. 8, & 10, & 11. Actorum apparet. Nam" qui dispersi erant per Judaeam & Samariam, non nisi Judæis Evange-" lium annunciasse dicuntur: Et Petrus ipse, quum ad Cornelium mitten-" dus esset, Actor. 10. cœlesti quadam visione prius eruditur, non esse" deinceps, cur Gentiles debeant haberi profani. Denique idem Apo-" stolus facti sui rationem exponere cogitur, quod gentibus incircum-" cisis Evangelium annunciasset. Quod autem Act. 6, & 9. mentio fit" Hellenistarum, id non de Graecis, quos passim Judaeis Apostolus oppo-" nit; sed de Judæis * inter Graecos habitantibus, accipi debet. Porro" Apostolorum nondum satis eruditorum, uti & aliorum Judaeorum, prae-" cipua ratio haec erat, quod promissio DEI de CHristo peculiariter ad"

 posteros

* Verius mihi videtur, Hellenistarum nomen de Judæis non esse intelligendum. Nam Judæis & ipsum opponitur Actor. XI, 19. 20.

„posteros Abrahami pertinere videretur: eoque ad profanas Gentes, „(quae alienae erant à Republ. Israëlis, adeoque atheae, Eph. 2, v. 12.) „minime extendenda esset. Atque hinc oriebatur alia quaestio, de „legitimis Abrahami filiis, ad quos scilicet illa DEI promissio pertine„ret: de qua vide in Epistola ad Rom. cap. 2, & 4, & 9, & 10, & 11; Item „Gal. 3, & 4.

2) „Altera specialis controversia oriebatur ex sententia affirmativa, „quae scilicet erat: Gentes omnino ad fidei consortium admittendas „esse. Qui enim hanc sententiam tenebant, eorum alii existimabant, „hac demum conditione Gentes admittendas esse, si legem Mosaicam „observarent; alii vero simpliciter admittendas esse censebant. Prio„rem partem defendebant tum Judaei illi, qui Antiochiae magnas tur„bas dederunt, nec ante compesci potuerunt, quam controversia hæc „in Synodo Apostolorum esset definita: tum Pseudoapostoli illi, de „quibus ad Gal. 1, & 5, & 6, prolixe Paulus conqueritur, quorum etiam „errorem Petrus simulatione sua comprobare visus est, ad Gal. 2. Po„steriorem vero partem tenebant Paulus & Barnabas, & cum iis tota „Synodus Hierosolymitana, de qua vide Act. 15. Hic autem obser„vandae sunt rationes à Petro & Jacobo allatæ, quibus ostenditur, Gen„tes ab onere legis Mosaicae liberas esse oportere. Earum summa huc „redit. Non esse voluntati Divinae resistendum, quae jam satis declara„verit, Gentes etiam capaces esse gratiae Evangelicae, & quidem citra „observationem Judaismi, quum constet Spiritum Sanctum ipsis esse „divinitus collatum, & corda illorum divinitus per fidem purificata. „Quum & hoc constet, jugum legis à nemine unquam portari potuisse; „ac proinde salutem ex illius observatione minime sperandam esse. „Interim ne Judæi nimium offenderentur, statuit praedicta Synodus, „ut Gentiles à suffocato & sanguine idolothyto, & denique scorta„tione seu Polygamia abstinerent. Vide Epistolam Synodi ad An„tiochenos scriptam Actor. 15. Caeterum praecipua ratio illorum Ju„daizantium hæc fuisse videtur, quod lex Mosaica passim dicitur ad vi„tam data fuisse, ut Levit. 18; Deut. 4. & alibi. Unde colligebant ob„servationem legis necessariam esse omnibus ad vitam æternam adspi„rantibus. Sed quam graviter illi hic erraverint, clariùs ex sequente „controversia apparebit.

3) „Tertia igitur specialis controversia haec erat: An saltem Judaei, utpote

utpote quibus lex data esset, Judaismum cum Christianismo conjunge-" re deberent, nec ne? Affirmantem partem multi Judaei jam conversi" diu tenuerunt, inter quos ipse Jacobus Apostolus aliquamdiu fuisse vi-" detur. Nam & Act. cap. 15, Sententiam suam ita explicat, ut legis" observationem adhuc à Judaeis exigendam esse prae se ferat. Et" c. 21, v. 18, Paulo suadet, ut juxta ritum legis sese purget, & munus" in templo offerat, atque isto facto ostendat, se juxta legis statuta am-" bulare. Negantem partem Paulus constanter ursit. Nam tametsi" hoc loco voluntati Jacobi morem gerit, ipsam tamen legem ad salu-" tem obtinendam prorsus inutilem esse, passim apertissime docet. In-" terim vitandi offendiculi causa multa saepe Judaeis gratificatus est," sicut Act. 16; & 1. Cor. 9. videre licet, sed tamen nullam legis obser-" vandae necessitatem vel Judaeis vel Gentibus uspiam imposuit. Ra-" tiones hujus sententiae passim in Epistola ad Rom. prolixè explicat, prae-" sertim Cap. 3, & 4. Vide etiam Gal. 2, & 5; Phil. 3; Hebr. 7," & 8, & 9, & 10. Summa huc redit, Legem Mosaicam, praeter-" quam quod à nemine perfectè observetur, nullo alio consilio divini-" tus esse datam, quam ut paedagogi instar Judaeos ad tempus in officio" contineret, suisque typis & umbris futuram Evangelii gratiam praefi-" guraret."

4) Postrema controversia Apostolis intercessit cum aliis quibus-" dam haereticis, qui tametsi Christianam Religionem profiterentur," quosdam tamen errores, cum fundamento Christianismi pugnantes," tenebant. Tales erant illi, qui in Ecclesia Corinthiaca resurrectio-" nem mortuorum pernegabant, docentes, resurrectionem jam esse" factam. De quibus vide 1. Cor. 15; & 2. Tim. 2. Tales & illi erant," qui fidem bonis operibus vacuam jactabant, & peccatis securè in-" dulgebant, de quibus vide Jacob. 2; 2. Petr. 2. Quibus annumerari" possunt Nicolaitæ, quorum mentio fit Apoc. 2, v. 6. Tales denique" erant, qui infirmitate carnis CHristi nimium offensi, JEsum Nazare-" num pro vero Christo non agnoscebant. De quibus vide 1. Joh. 2," v. 19. &c. Ut jam nihil dicamus de aliis quibusdam erroribus & abu-" sibus non ita pernitiosis, in quibus tamen refellendis Apostoli saepius" laborarunt. 1. Cor. 1, & 3, & 8, & 11, & 14." *Hactenus Conradus Vorstius.*

IV. Etiam

Digitized by Google

IV. Etiam me non monente animadvertit lector, ad vim Scriptorum sacrorum in asserenda veritate Religionis Christianæ rectius intelligendam, interpretes optimos quosque eorundem, & qui commentariis idoneis illa illustrarunt, egregie facere, licet ex instituto apologias scribere se haud profiteantur, quemadmodum inter veteres Græcos hoc nomine præ cæteris commendandus venit *Joannes Chrysostomus*, ne de *Theodoreto* & *Theophylacto* dicam, inter Latinos S. *Augustinus*: inter recentiores *Joannes Brentius* multique alii, quos enumerare longum esset. Videtur etiam *Hugoni Grotio* propositum hoc fuisse in suis Commentariis ad sacros scriptores, Novi Testamenti & Evangelistas præcipue, ut non modo lucem illis affunderet, sed etiam Veritatem religionis per eorum interpretationem demonstraret, quod innumeris locis fecit solidissime, eruditissime, felicissime.

De JOHANNE Baptista.

V. Quanquam *Johannis Baptistæ* nullum exstat scripto consignatum monumentum, tamen minime prætereundus est, qui antecursor & præparator viarum Domini post Prophetas Prophetis major & ipse prænunciatus á Propheta * pulcherrimum & maximi momenti testimonium de Christo lumine, apud Judæos præbuit, de cujus testimonii auctoritate, pondere ac fide juvabit adire B. D. *Gotfridum Olearium* in præclaro opere, quod inscribitur: JEsus der wahre Meßias ein köstlicher Eckstein und ein Felß der Aergerniß, part. 1. c. 3. p. 163–205. *Simeonem Episcopium* Institutt. Theolog. p. 424. 425. & disertissimum virum *Lud. Bourdaluium*, S. J. sermonibus in Festa Sanctorum, Gallice editis T. 1. p. 223. sq. Paris. 1711. & Amst. 1712. 12.

De scriptis CLEMENTI Romano, Apostolico viro suppositis.

VI. In Tomo primo Patrum Apostolicorum ex recensione eruditissimi viri Jo. Baptistæ Cotelerii, qui post editionem Paris. 1672. bis non

* Malach. IV, 5. 6. Matth. XI, 14. XVII, 12. & Luc. I, 17. ad quæ loca præter interpretes conferendus Simon Episcopius Institutt. Theolog. p. 215. seq. Quod autem Johannes ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων dicitur Joh. V, 35. & ipsum eo pertinet, quod in spiritu Eliæ missus esset, de quo Sirach. XLVIII, 1. καὶ ἀνέστη Ἠλίας ὡς πῦρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο. ardens Zelo & amore, fide autem, doctrina ac vita lucens.

non ſine auctariis, curante V. C. Joanne Clerico recuſi ſunt Amſt. 1698. & anno ſuperiore 1723.) Græce & Latine occurrunt ſub Apoſtolici viri *Clementis* Romani nomine, *Clementina* ſive homiliæ XIX. harumque Epitome: Latine autem libri X. *recognitionum*. In illis Clemens ethnicum ſe pridem, qui de animi immortalitate rebusque Divinis dubitaret, narrat fama miraculorum CHriſti permotum veniſſe Alexandriam, ibique edoctum à Barnaba, a) veritatem οὐ διαλεκτικῇ τέχνῃ ἀλλ' ἀκάκως καὶ ἀπαρασκευάστως exponente, attractumque in aſſenſum redarguiſſe Philoſophos, b) ac Petro hinc c) aurem & animum præbuiſſe, juſſuque ejus ex illius ſermonibus librum *de vero Propheta*, d) CHriſto compoſuiſſe, quem de Cæſarea miſiſſe ſe ad Jacobum fratrem Domini, ſcribit lib. 1. recognitt. c. 17. & lib. 3. c. 75. Exhibetur inde in Clementinis Petri ad Clementem antequam ab eo baptizaretur, e) oratio de vero Propheta, f) & fide illi habenda: de immortalitate animorum g) & DEI juſtitia ac Providentia contra *Simonem* Magum, h) & de magnis DEI operibus, i) falſorumque miraculorum à veris diſtinctione: k) de perpeſſionibus, quæ DEO in ſacris litteris tribuuntur, l) contra Deorum multitudinem m) & Dæmonum cultum & imaginum n) ſive idolorum. De providentia ad ſenem patrem Clementis, qui aſtris ac geneſi omnia ſubjacere contendebat. o) De uno DEO colendo, nec contradicere ſibi Scripturus. p) Cum Simone mago diſputatio, & de origine mali. q) Clementis colloquium cum *Appione* Pliſtonice Alexandrino contra Ethnicorum πολυθεΐαν eisque afficta à Poëtis ſcelera, r) & de Magia s) atque deteſtatio encomii μοιχείας, quam in Clementis, amores ſimulantis gratiam Appion ſcripſit t) inceſtos pſeudo-Deorum commendans concubitus, & Philoſophorum libidines ſvadens haud habendas pudori. Et contra allegoricas Appionis expoſitiones fabularum de Diis u) diſputatio. Quanquam autem ſunt in his quædam non indigna lectu & ſolida,

F

a) Clementin. homil. I. c. 10. b) id. c. 11. ſeq. c) id. c. 17. d) id. c. 20. adde homil. III. c. 11. ſeq. e) homilia XI. c. 35. f) homil. II. c. 6. ſeq. g) id. c. 13. & recognition. lib. 3. c. 39. ſeq. h) id. c. 14. & 33. ſeq. & homil. VIII. c. 9. ſeq. i) homil. III. c. 30. ſeq. Recognitt. lib. 2. cap. 19. ſeq. k) lib. 3. recognitt. c. 57. ſeqq. & Clementin. hom. II. c. 33. ſq. l) Clementin. homil. III. c. 40. ſeq. m) homilia IX. & X. 7. ſq. Recognitt. lib. IV. c. 26. ſq. n) Clementin. X. 21. ſeq. ſq. XI. 4 ſq. & Recognitionum lib. V. o) Clementin. homilia XIV. 4. ſeq. XV. 4. ſeq. adde lib. VIII. IX. & X. recognitionum, in quibus duobus poſtremis multa contra Aſtrologos erudite diſputata. p) homilia XVI. XVII. XVIII. q) id. XIX. r) Clement. IV. 7. ſq. adde lib. X. recognitt. c. 17. ſeq. s) Clementin. homilia V. cap. 3. ſeq. t) ibid. cap. 9. ſeq. u) homilia VI.

solida, nolo tamen de illis plura in præsenti addere, cum in Clementinis hisce occurrant quædam non modo apocrypha & conficta, sed absurde etiam & impie sub Petri nomine prodita ut homilia II. 38. sq. III. 4. sq. 47. sq. ad 57. ne alia jam tangam Ebionitica vel Gnostica, qualia etiam in recognitionum libris, præcipue antequam à Rufino interpolarentur, animadversa jam ab aliis sunt.

VETERIS ECCLESIÆ DOCTORES GRÆCI,

quorum scripta pro Veritate Religionis hodie feruntur.

VII. Primus in his locus debetur JUSTINO Philosopho, qui adversus Judæos atque Ethnicos pro Christiana Religione fortiter decertavit, & tandem delatus à Philosopho Cynico * *Crescente*, Megalopoli Arcadiæ, sanguinem etiam suum pro CHRISTO profudit libenter A. C. 163. (ætatis 74.) tertio M. Aurelii Antonini & L. Veri. De hoc intelligendus Anastasius Sinaita in hodego p. 106. *ἤργησεν ἂν Ἰουστῖνος ὁ τῷ οἰκείῳ αἵματι τοῦ μαρτυρίου ἐγγράφως γράψας Χριστοῦ τὰς φύσεις*, ubi male editum est: *Ἤργησεν Αὐγουστῖνος.* Ex illius Justini scriptis huc pertinent, quæ jam recensebo, & quorum singulorum analysin & argumenta dabunt, præter Abrahamum Scultetum in Patrum medulla, Joannes Langus in præclaris ad singulos Justini libros præfationibus, & novissime Nicolaus le Nourry, monachus Benedictinus in Apparatu ad Bibliothecam maximam Veterum Patrum.

1. *Λόγος παραινετικὸς* (*Adhortatio*) sive potius ut *a*) Euseb. Hieron. & Photius, *Ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας*, *Coargutio ad Græcos*, de deserendo Ethnicismo & melioribus auctoribus tradita divinitus Christiana Religione amplectenda. p. 1-37. Auctor ipse, teste Maximo ad Dionysium T. 1. p. 455. inscripserat *Ἰουστίνου φιλοσόφου τὸν πρὸς ἕλληνας λόγον.* Allegat præter Jo. Damascenum in Parallelis sacris, Stephanus Gobarus apud Phot. Cod. 232. exstantque verba apud Justin. p. 21. edit. Paris. Vertit latine ante Perionium, Gelenium, Langum *Jo. Franciscus Picus* Mirandulanus editum inter alia Pici opera Argentor. 1507. & Basil. 1528. fol. in Jo. Sichardi antidoto contra hæreses & in Micropresbytico 1550. & Orthodoxograph. 1555. 1569. atque iterum inter Jo. Francisci Pici opera Basil. 1601. fol. *Gallice*

* Eusebius in Chron. & IV. 16. Hist. Tatianus p. 157. &c. De Justino Martyre autem & ejus rebus prolixe Petrus Halloixius T. 2. scriptor. Oriental. p. 155. seq. atque inde Papebrochius in Actis Sanctor. T. II April. 13. Tillemontius T. 2. memoriar. H. E. Jo. Ernestus Grabe T. 2. spicilegii Patrum, Nicolaus le Nourry aliique.

a) Confer Grabium T. 2. spicileg. p. 148. seq. & Tillemont. T. II. memor. Hist. Eccles. nota 6. ad vitam Justini.

Digitized by Google

Gallice vertit Martinus du Pin, Parif. 1580.

Germanice Cafpar Hedio, cum Hiftoria Ecclefiaft. Eufebii, Socratis &c. Argent. 1530. fol. Prodiit & feparatim Græce Parifiis ex Guillardi officina 4. 1539. & Latine.

Græce & Latine cum Apologia minore, libello ad Græcos & lib. de Monarchia edidit *H. Hutchin*, Oxon. 1703. 8. additis Jo. Langi verfione, paffim correcta, & ejusdem Langi, ac variorum notis, Rob. & H. Stephani, Billii, Sylburgii, Grabii, Jo. Potteri & B. Kortholti.

2. Λόγος πρὸς Ἕλληνας. p. 37-40. *Libellus ad Græcos*, quo difputat merito fe Ethnicas fuperftitiones deferuiffe ineptis & impiis fabulis plenas. Hunc primus cum Epiftola ad Diognetum Græce edidit & Latine vertit *Henr. Stephanus* A. 1592. 4. Sed majore ut videtur parte mutilum, quamobrem in eo non reperias difputationem de dæmonibus, quam in eo legerunt Tatianus, Eufebius, Hieron. ac Photius, nec verba quæ ex Juftini κατ᾽ Ἑλλήνων affert Leontius contra Eutychianos & Neftorianos libro 2. atque Græce è MS. Bodlejano defcripfit Grabius T. 2. fpicilegii Patrum p. 172. S. Maximus ad Dionyfium Areopag. T. 1. p. 210. ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ ἰουστίνου ἐπιγράψε φιλοσόφου. Græce & Latine, jam dixi hunc libellum cum fuperiore editum ab H. Hutchino, Oxoniæ 1703. 8.

3. Ἀπολογία ά καὶ β΄ ὑπὲρ χριστιανῶν. *Apologia* brevior (vulgo & apud Eufeb. IV. 17. Hift. *prima*) ad Senatum Rom. p. 41-52. & Apologia prolixior, vulgo *altera* ad Antoninum Pium. p. 53-102. atque ad unum Imperatorem non ad duos fe fcripfiffe videtur teftari ipfe Juftinus tum in Apologia, tum p. 349. dialogi cum Tryphone, ubi ait ἐγγράφως fe Καίσαρι προσωμιληκέναι, licet viri docti docent utramque Apologiam pro Chriftianis à Juftino fcriptam effe ad Imperatores M. Aurelium Antoninum *b)* & Lucium Verum, Senatumque Rom. circa A. C. 161. & utramque effe

F 2 veluti

b) Eufeb. IV. 12. Confer Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 162. Ruinartum in Actis felectis Martyrum p. 33. feq. & Joh. Erneſti Grabe fpicileg. Patrum T. 2. p. 150. feq. & H. Hutchini Præf. ad Apologiam Juftini breviorem, cujus lacunam quæ occurrit ftatim poft initium, fupplet Grabius (ex duobus à Damafceno fervatis locis) T. 2. fpicileg. p. 173. feq. Cæterum Antonino Pio exhibitam à Juftino Apologiam multis difputat Valefius ad Eufebii IV. 16. cujus argumentis Pagius loco laudato refpondet, atque Ruinarto judice invicte probat ad M. Aurelium fcriptam Apologiam à Juftino fuiffe p. 53. Act. felect. Martyrum, Licet Tillemont. T. 2. p. 375. non dubitat longiorem oblatam Antonino Pio & filiis ejus adoptivis Veriffimo five M. Aurelio & L. Vero. Sicut alteram breviorem (p. 379.) M. Aurelio & Vero, & Romano Senatui. Longiorem illam Timanus Geffelius p. 195. Hift. Ecclef. vocat *verum prifcæ antiquitatis* κειμήλιον *& pretio-*

veluti unum quoddam opus, ita ut prolixiori illi brevior instar appendicis subjuncta fuerit. Non ex latina veteri Justini interpretatione, sed ex Rufini versione Historiæ Eccles. Euseb. locum producit Vincentius Bellovacensis libro X. speculi Hist. c. 94. Utramque hanc Apologiam, egregium utique Christianæ pietatis monumentum cum Langi versione passim castigata notisque Variorum undique collectis distinctam in sectiones, nitide edidere Oxonienses, prolixiorem quidem recensente *Grabio* 1700. 8. breviorem *c) H. Hutchino* 1703. 8. qui libellum utrumque adversus Græcos & tertium de Monarchia subjunxit. Denique utramque Apologiam & Dialogum cum Tryphone luculenter ac nitide Græce & Latine cum emendationibus & notis paullo insolentioribus vulgavit *Styanus Thyrlbi* Lond. 1722. fol. Adde si placet in loca quædam longioris Apologiæ observationes Jac. Billii II. 6. Obs. S. ubi Perionii versionem castigat, Latini Latinii pag. 46. seq. Bibl. Sacro-profanæ, Jo. Clerici T. 2. Bibl. selectæ p. 328. seq. (& Anglice, Hist. of the learned 1704. p. 67. seq. 195. seqq.) & meas qualescunque in Novis Litterariis Hamburgensibus An. 1703. p. 97. seq. & lib. V. Bibl. Græcæ c. 1. p. 54. 55.

Justini, Tertulliani & Minucii Felicis pro Christiana Religione Apologias, Vincentiique Lirinensis commonitorium *Anglice* vertit & prolegomenis ac notis illustravit *D. William Reevius d)* Londini 1710. 8. 2. Vol. *Græce* pridem etiam impressæ sunt Justini Apologiæ Rom. à Zannero 8. una cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii M. Gregorii Naz. & Jo. Chrysostomi nonnullis, curante Hieronymo Bunello, S. I.

4. Περὶ Θεοῦ μοναρχίας. *e)* p. 103-176. *De uno DEO summo* contra Ethnicorum πολυθεΐαν. Pars prior hujus libri *f)* qua unitatem DEI *ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν* teste Eusebio Justinus demonstraverat, intercidit. In Oxoniensi editione hujus libelli 1703. 8. curante H. Hutchino additæ sunt præter alias ineditæ antea atque eruditæ notæ *Johannis Potteri* Episcopi celeberrimi Oxoniensis.

5. Ἀνα-

tiosissimam primitivæ Ecclesiæ supellectilem, in qua luce meridiana clarius accuratam S. Scripturæ conspicies epitomen, quæ simul nobis exhibet instituta à CHRISTO & Apostolis Ecclesiæ præclarissimum exemplar & pulcherrimam ideam.

c) the history of the works of the learned 1705. p. 50.

d) History of the works of the learned 1709. p. 609.

e) Eodem sensu hac voce usus est Philo Judæus, cujus & ipsius liber περὶ μοναρχίας, sive de colendo uno DEO exstat.

f) Lnd. Ellies Dupin Bibl. des Auteurs Ecclesiastiques T. 1. p. 58. Grabe p. 153. Tillemont, nota 7. ad vitam Justini, Sam. Basnage ad A. C. 165. n. 9. &c.

Digitized by Google

5. *Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν.* Doctrinæ de Mundi æternitate & aliorum *Aristotelicorum quorundam dogmatum eversio*, ad Paulum Presbyterum p. 110--159. Legit etiam, (licet non integram) ac Justino tribuit Photius Cod. 125. Neque illius esse abnuerim, non uni fortasse Paulo inscriptam, unde plurali numero in præf. utitur: quanquam novi à plerisque & novissime à Nicolao le Nourry p. 454. seqq. Apparatus ad Bibl. maximam veterum Patrum, in dubium vocari. MStus Codex duabus paginis auctior extat in Bibl. Cæsarea, si credimus Lambecio VII. p. 20. & 106. sed fefellit eum lacinia ex refutatione responsionum Græcarum adtexta, qualis in Græca Rob. Stephani editione occurrit, ut jam Clarissimis Viris g) observatum. Latine vertit *Guil. Postellus* Paris. 1552. 8.

6. *Ἐρωτήσεις χριστιανικαὶ ε΄ πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Quæstiones quinque Christianæ ad Græcos* sive Ethnicos, p. 159--196. Ejusmodi librum à Justino scriptum esse, ex ejus Apologia breviore pag. 74. (quem locum etiam repetit Eusebius IV. 16. Hist.) pulchre observavit Grabius T. 2. spicilegii p. 156. Quinque illæ quæstiones sunt, de ignoratione DEI, quod illa summum sit malum. De futura mundi restitutione. De voluntate DEI differente ab Ejus essentia. De mundo non æterno sed condito à DEO. DEUM licet *ἀγέννητον* tamen non *ἀγέννητα* sed *γεννητὰ* creando producere. Cæterum hoc scriptum, quale exstat, post Justini ætatem si non suppositum certe interpolatum esse oportet, ut docet vel repetita pag. 160. & 161. seqq. 166. Manichæorum mentio, ut alia jam omittam. Appendicis loco p. 196--199. subjiciuntur aphorismi duodeviginti, Ethnicorum opinionibus oppositi.

7. *Ἐρωτήσεις ἑλληνικαὶ ιε΄ πρὸς τοὺς χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Quæstiones Græcanicæ de incorporeo, de DEO, de resurrectione*, p. 199. seqq. quibus p. 201-216. subjiciuntur *ἀποκρίσεις χριστιανικαὶ πρὸς τὰς προῤῥηθείσας ἐρωτήσεις ἀπὸ* (leg. *κατὰ* ex Photio) *τῆς εὐσεβείας τῶν φυσικῶν λογισμῶν. Responsiones Christianæ ad jam dictas quæstiones pietati rationis naturalis oppositas.* Videtur enim hoc scriptum respicere Photius, quando inter Justini monumenta Cod. 125. *ἀπορειῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας, κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις, Dubitationum oppositarum pietati, succinctas solutiones* commemorat. Non ante medium sæculi IV. scriptas hasce quæstiones, disputatur in relationibus

F 3 novan-

g) W. Ernesto Tenzelio p. 180. diss. select. & Grabio p. 155.

novantiquis quæ de libris Theologicis Germanice eduntur Dresdæ, A. 1715. p. 1095.

Πρὸς ΤΡΥΦΩΝΑ ἰουδαῖον, διάλογος, Colloquium de veritate religionis Christianæ cum Tryphone Judæo *b)* (qui ex bello sub Hadriano profugus Corinthi multo tempore egerat,) per duos dies habitum circa A. 150. Ephesi, *i)* atque ut p. 306. Tryphoni facturum se Justinus promisit, relatum in literas, dicatusque Marco cuidam Pompejo *k)* quem φίλτατον p. 225. 371. appellat. In duas etiam partes fuisse à S. Viro divisum, & prioris extremum atque initium posterioris hodie p. 300. desiderari, Sylburgius in notis & Grabius T. 2. spicileg. p. 161. observavit, qui lacunæ illius bina fragmenta p. 174. seq. ex MS. Catena in Psalmos & Damasceni parallelis edidit. Non diu ante Martyrium, scriptum à Justino hunc dialogum colligas ex eo, quod p. 349. suæ ad Imp. Apologiæ meminit. Cæterum optem typis editos exstare V.C. *Jo. Adolph Hofmanni* Ploenensis eruditos, quos apud eum vidi commentarios in dialogum cum Tryphone, præmissa Justini vita paratos ad prælum, atq; inter alia ex scriptis Judæorum docentes, quam feliciter Justinus argumenta κατ' ἄνθρωπον, adversus illos urserit. Jo. vero Harduini *l)* paradoxon, qui ex omnibus sub Justini nomine

b) Apud Gorionidem p. 485. edit. Breithaupti & 486. semper nomen Tryphonis scribitur תריפון non טפון & Tryphonem Ephesium Justini à Rabbino & Sacerdote Lyddensi Tarphon omnino diversum videri pluribus argumentis probavit Hadr. Relandus singulari diss. A. 1717. Ultrajecti habita, quam eruditi Bremenses inseruere Biblioth. suæ Historico-Theologicæ Fascicul 2. p. 86. sqq. Brem. 1718. 8. adde Rev. Wolfii nostri Bibl. Hebraicam p. 837. Tom. 2. Hunc tamen esse celebrem illum רבי טרפון R. Akibæ sive præceptorem sive collegam, cujus mentio in Talmude ut c. 1. Berachot, & cujus vita in libro Juchasin & in Zemach David occurrit, ex aliqua nominis similitudine suspicantur viri docti, Drusius de sectis Judæor. lib. 2. c. 11. & p. 98. Lightfoot T. 2. Opp. p. 144. D. Carpzovius introduct. Theol. Judaicæ p. 84. Caveus aliique. Tryphonis cujusdam mentio in 1. Maccab. XI, 39. & alibi. Alterius Judæi junioris Tryphonis, in S. Epiphanii vita T. 2. edit. Petavii p. 321. Τρύφων ἀρχηγὸς τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἰουδαίων apud Suid. is ipse est cum quo colloquitur S. Justinus. Alius Tryphon cujus adjurationem adversus insecta usurpant Græci: ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ μεγάλου ὀνόματος τοῦ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐπιγραφέντος καὶ μὴ βασασάσης ἀλλὰ διαῤῥαγείσης ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός &c.

i) Adde Tillemont. T. 2. p. 384.

k) Grabius T. 2. spicileg. p. 160. conjicit Marcum hunc fuisse Episcopum illo tempore Hierosolymitanum. Sed is non fuit ultra A. C. 156.

l) Vide Ellies du Pin Præf. ad T. V. Bibl. Ecclesiast. & B. D. Ittigii Observationes supplemento Operum Clementis Alex. subjectas p. 207. seq.

nomine ambulantibus ſcriptis ſolum hunc dialogum germanum ejus eſſe ſibi perſuaſit, non multis credo probabitur: perinde ut nec alterum illud D. Chriſtiani Gottlieb Kochii, *m)* Vice-Præpoſiti Apenradenſis, qui ſingularibus ſcriptis dialogum cum Tryphone conatus eſt Juſtino eripere, & Origenis diſcipulo Tryphoni adſcribere, nullo certo & explorato adverſus tot antiquorum teſtimonia argumento. Separatim hunc dialogum cum notis variorum doctorum virorum & Jo. Langi Verſione pluribus in locis correcta edidit *Samuel Jebb.* Lond. 1719. 8. (Bibl. Angloiſe T. V. p. 279. Acta Erud. 1720. p. 5.) De editione *Styani Thyrlbi* Lond. 1722. fol. jam jam ſupra memini, ubi de Apologiis Juſtini. Vide de ea Acta Er. 1723. p. 233.

9. Ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ὀρθοδόξους, περί τινων ἀναγκαίων ζητημάτων, ſive *ſolutiones quaeſtionum CXLVI. ad Orthodoxos*, p. 391-493. lectione certe & accuratiore editione dignæ, variaque præclara etiam pro aſſerenda religionis Veritate argumenta continentes, ſed longe junioris *n)* ſcriptoris, ſive *Juſtini* Siculi, ut in mentem venit H. Dodwello, ſive alterius cujuscunque. *Quicunque ille eſt, magni judicii ſcriptor*, inquit Hugo Grotius ad Lucæ XXIII, 34. Neque adeo incredibilis, licet necdum certis

m) Kilonii A. 1700. 8. prodiit liber Kochii hoc titulo: *Juſtini Martyris cum Tryphone Judæo dialogus ſecundum regulas Criticas examinatus, & νοθεύσεως ſeu falſitatis & ſuppoſitionis ſuſpectus atque convictus.* Eodem Anno Sleswici 8. D. Albertus à Felde Bremenſis, poſtea Theol. Prof. in Acad. Kil. beate defunctus A. 1721. Epiſtolam ad Kochium edidit, qua ad objectiones ejus reſpondet. Inde pro Kochio Francofurti 1701. 8. vulgata eſt Gothofredi Wagneri SS. Theol. Studioſi nomine Epiſtola ad Albertum à Felde de Juſtini Martyris cum Tryphone Judæo Dialogo, vere, ſi inſcriptioni credimus, ſuppoſito. Cumque viri quidam docti teſtati fuiſſent ſe cum Kochio neutiquam facere, hic Lipſiæ 1704. 8. typis exſcribi curavit cenſuram cenſuræ quam Erneſtus Salomon Cyprianus p. 249. ad Hieron. de S. E. Jo. Franciſcus Buddeus de hæreſi Valentin. p. 416. & relationum novantiquarum auctores A. 1701. p. 344. de libro ipſius tulerunt. Ab eo tempore invictas quas vocat demonſtrationes Kochio Feldenius pro dialogi γνησιότητι vindicanda oppoſuit, excuſas Hamburgi 1707. 8. Denique A. 1709. Flensburgi 8. pro Kochii ſententia lucem vidit ſcriptum, cujus titulus: Demonſtrationes Alberti à Felde devictæ & profligatæ à C. T. M. Vide & jam dictas novantiquas relationes Germanice editas A. 1704. p. 423. & A. 1708. p. 505. ac Salom. Erneſti Cypriani Vindicias Juſtinianas ſ. diſſ. Apologeticam pro Juſtini Dialogo cum Tryphone, Jenæ 1705. 8.

n) Vide argumenta jam notata à Magdeburgenſibus Centur. 2. p. 162. ſeq. W. E. Tenzelio diſſ ſelect. parte 1. p. 187. ſqq. 436. Dallæo, lib. 2. de Confirmatione c. 12. Jo. Erneſto Grabio T. 2. ſpicilegii Patrum p. 164.

Digitized by Google

tis confirmata argumentis ſententia Viri eruditiſſimi, Maturini Veiſſerii la Croſe, qui haſce quæſtiones ac reſponſiones Diodoro Tarſenſi tribuit, atque id alibi ſe demonſtraturum promiſit in reſponſione ad Euſebium Renaudotum inſerta Diario Hagenſi (Europe ſervante) A. 1719. menſe Auguſto p. 269. fecitque hoc in diſſ. edita in Bibliotheca Hiſtorico Philologico Theologica Bremenſi T. 5. p. 656. ſqq. ſuſpicatus harum quæſtionum & reſponſionum fieri mentionem in Epiſtola Baſilii Magni 167. ad Diodorum T. 2. p. 951. Saltim exploratum non eſt, quod Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 472. conjicit, interpolatas eſſe, ut Athanaſii quæſtiones ad Antiochum vel Hodegum Anaſtaſii Sinaitæ.

10. Ἐπιςολὴ πρὸς Διόγνητον, p. 494--502. Primum edita cum Orat. ad Græcos & latine verſa ab *Henr. Stephano* 1592. 4. Inſignem hanc Epiſtolam ad Diognetum, quem κράτιςον auctor vocat, & Religionis Chriſtianæ pernoſcendæ cupidum fuiſſe teſtatur, ſcriptoris Juſtino antiquioris eſſe exiſtimavit Tillemontius Hiſt. Imperatorum T. 1. pag. 1035. ſeqq., & in Memoriis Hiſt. Eccleſ. T. 2. p. 366. ſeq. ſed non videntur mihi argumenta illius tanti momenti, ut Juſtino eam abjudicemus, cujus genium plane redolere Sylburgius quoque notavit. Vide & quæ erudite obſervat Sam. Baſnagius ad A. C. 165. n. 9. Neque alienum ab Juſtino, ut ſe Ἀποςόλων γενόμενον μαθητὴν p. 501. vocet, cujus verba iſta ſic etiam poſſunt intelligi, ut per illa tantummodo Chriſtianum ſe factum & Apoſtolorum doctrinæ aures animumque accommodaſſe affirmet. De Diogneto M. Aurelii Antonini Magiſtro uno an duobus hoc nomine, pictore ac Philoſopho Capitolinus in M. Antonini vita c. 4. & Antoninus ipſe lib. 1. §. 6. In Codice Voſſiano hæc Epiſtola ad Diognetum male *Amphilochio* tribuitur.

Editiones JUSTINI.

GRÆCE ex Bibl. Regia & Regiis typis *Rob. Stephanus* Juſtini opera edidit Pariſ. 1541. fol. hoc ordine: 1. Epiſt. ad Zenam & Serenum. 2. Paræneticum ad Ethnicos. 3. Dialogum cum Tryphone. 4. Utramque Apologiam, breviorem & longiorem. 5. De Monarchia DEI. 6. Expoſitionem fidei. 7. Everſionem dogmatum Ariſtot. 8. Quæſtiones Chriſtianas. 9. Reſponſiones ad Orthodoxos, & 10. Quæſtiones Ethnicorum. Confer de illo itemque alio Bibl. Regiæ Codice, & tertio in Collegio Pariſ. Jeſuitarum obvio Nourrium Apparatu ad Bibliothecam Patrum p. 467. ſeq.

LATINE,

Digitized by Google

LATINE, à *Zenobio Acciajolo* Florentino Ord. Præd. verſa Latine Juſtini opera tradunt Leander Albertus & Pocciantus, ſed nusquam comparet edita illa interpretatio. Prodiit autem Juſtinus interprete *Joachimo Perionio*, Benedictino Cormeriacenſi, qui obſervationes etiam addidit. Pariſ. 1554. fol. apud Jacobum Puteanum: & in Bibl. Patrum edit Colonienſis A. 1618. T. 2.

Interprete *Sigismundo Gelenio*, Boiemo, quem Juſtino transferendo immortuum ſcribit in Præf. Nic. Epiſcopius, *Hinc factum eſt*, inquit, *ut alii cuidam docto viro nobis amico, Latinæ ac Græcæ linguæ perpulchre gnaro, reliquum ejus auctoris traducendi provincia fuerit tradita, qui non ſolum libros poſtremos fecit latinos, ſed multos etiam locos in prioribus ſupplevit.* Baſil. 1555. fol. atque inde Pariſ. 1565. 8.

Ex verſione *Jo. Langi* Sileſii, qui commentarios etiam addidit: Baſil. 1565. fol. Verſio illa ſine commentariis recuſa in Bibliotheca Patrum, edit. Lugd. 1677. T. 2.

GRÆCE & LATINE cum verſione Joh. Langi, additisque quæ H. Stephanus A. 1592. ediderat Juſtini λόγῳ πρὸς Ἕλληνας & Epiſtola ad Diognetum, notisque & indicibus accuratiſſimis *Frid. Sylburgii.* Heidelberg. ap. Commelin. 1593. fol. Sylburgius Jo. Arcerii, Dav. Hœſchelii & Hieron. Wolfiii Obſervationes, & ſelectas Perionii notas, tum quæ Jacobus Billius in ſuis Obſervationum libris ad Juſtinum notaverat, ſuis caſtigationibus & animadverſionibus inſeruit.

Hæc Sylburgii editio recuſa Pariſiis 1615. & 1636. fol. addita *Petri Lanſſelii* Gravelingani S. J. diſpunctione animadverſionum in Juſtinum, quas Iſ. Caſaubonus Exercitationibus ſuis ad Baronium inſeruit: & corollarii in vicem ſubjunctis Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano & Hermia.

Colonienſi ſive Witebergenſi potius editioni apud Jeremiam Schrey & Henr. Jo. Mayerum A. 1686. fol. quæ Pariſienſes ex aſſe exprimit, adjunctus præterea D. *Chriſtiani Kortholti* τοῦ μακαρίτου ad Juſtinum, Athenagoram, Theophilum & Tatianum Commentarius, Kiloniæ primum A. 1675. fol. ſeparatim in lucem emiſſus.

Noſtra memoria vir doctus *Thomas Creech*, cui Lucretius multum debet, novæ Juſtini editioni manum admovit Oxoniæ. Sed mox miſer ipſe deplorandi ſibi fati auctor, etiam ea quæ affecta habuit, voluit aboleri. Manum deinde admovit operi vir egregius *Jo. Adolfus Hof-*

mannus, Plœnensis, cujus editionis specimen Oxoniæ publicatum vidi. Vidi etiam ejus commentarios dignos luce, qui apud auctorem adhuc inediti delitescunt. Novissime Parisiis novam Justini editionem parat *Prudentius Maranus* * Monachus Benedictinus. Vide Bernardi Pez Bibl. Benedictinorum congregat. S. Mauri p. 401. & memorias Trevoltinas litterarias Anni 1717. p. 841.

Quæ singula Justini scripta tum ab aliis tum à Clar. Grabio edita sunt nec non à *H. Hutchino* vel *Styano Thyrlbio*, jam supra suo loco memoravi.

GALLICE Justini scripta vertit Johannes de Maumont. Paris. apud Vascosanum 1554. fol. Apologiam longiorem Chanutus. Paris. 1686. 12. & ante eum Petrus Fondet, ibid. 1670. 12.

VIII. Justini discipulus TATIANUS, Christianus ex Ethnico, natione Syrus, circa A. C. 168. antequam hæresin profiteretur, Romæ ut videtur, scripsit nobilem illum λόγον πρὸς Ἕλληνας, *librum adversus Græcos*, quos bona & vera quæ habent, ea debere Barbaris, sive Orientalibus: illa ipsa autem pluribus gravibus erroribus & religionem commentis erubescendis coutaminasse evincit, testatus aliud opus se molitum de Veritatis Religionis Christianæ demonstratione. Ita enim ait c. LXII. pag. 173. περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν λόγιοι, καὶ πόσοι καὶ τίνες εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ, διηχθήσεται. *Sed de nostra vivendi ratione & de religionis nostræ historia quæcunque dicta sunt ab eruditis Græcorum, & qui, quotque numero ejus meminerint, in libro ad eos, qui de DEO & rebus Divinis demonstrationibus agunt, ostendetur.* Ut porro non repetam hoc loco, quæ de Tatiano cæterisque ejus scriptis alibi *a*) dixi, tantum editiones *florentissimi* illius, quem vocat Hieronymus *b*) *adversus Gentes libri* referam.

Græce è Jo. Frisii Codice (quem ab Arnoldo Arlenio Peraxylo Venetiis acceperat cum alio Codice collatum) primum edidit *Conradus Gesnerus* Tiguri 1546. fol. apud Froschoverum cum Antonii Melissa & Maximi sententiis, ac Theophilo ad Avtolycum. Ab hujus editio-

* Vitiose *Maxanus* excusum in Jo. Massoni Hist. Critica reipubl. litterariæ Gallice edita T. 15. p. 332. ubi additur eundem in Athenagora quoque & Theophilo Antiocheno expoliendo & illustrando industriam ponere.

a) Lib. V. Bibl. Græcæ c. 1. p. 81. seq.

b) c. 29. de scriptoribus Eccles.

editionis lectionibus ſine cauſa quandoque receſſiſſe poſteriores editiones, queritur Wilh. Worthus.

Latine eodem Geſnero interprete, qui notas etiam addidit, ibid. eodem anno fol. Recuſa deinde Geſneri verſio in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1575. 1589. 1610. Colon. 1618. & in noviſſima Lugdunenſi 1677. Tomo II.

Græce & Latine cum Geſneri verſione in Orthodoxographis Jo. Heroldi A. 1555. Baſil. fol. & in auctario Bibliothecæ Patrum cum *Frontonis Ducæi* notis Pariſ. 1624. fol. & cum Juſtino Martyre, Athenagora, Theophilo ad Avtolycum & Hermia Pariſ. 1615. & 1636. & Colon. ſive Witebergæ potius 1686. fol. cui poſtremæ editioni additæ B. D. *Chriſtiani Kortholti* notæ, Kilonii antea A. 1675. fol. editæ.

Denique ſeparato Volumine, nitidis typis, cum Geſneri verſione, ejuſdemque & Ducæi ac Kortholti integris notis, ſuisque novis animadverſionibus edidit *Wilhelmus Worth*, Archidiaconus Wigornienſis, duorum Codicum Regiorum Pariſ. & tertii Etonenſis lectionibus uſus. Oxon. 1700. è theatro Scheldoniano 8. ſubjuncta ad calcem voluminis, *Hermiæ* irriſione gentilium: Worthi & Tho. Galei notis illuſtrata. Idem Worthus editioni ſuæ libri Tatianei addidit præter Friſii & Geſneri præfationes, & p. 155. conjecturas Pearſonii, etiam ea, quæ de Tatiano ejuſque doctrina Georgius Bullus in defenſione fidei Nicænæ, tum Nourrius in Apparatu ad Bibl. Patrum Sec. 2. diſſ. V. nec non Vir eruditiſſimus Ludovicus du Four de Longuerue, Abbas ſeptem fontium in Theraſcia, diſſertatione antea inedita de Tatiano diſſeruerunt. Qui poſtremus in Oratione ad Græcos jam nonnulla ſatis diſerta hæreſeos Tatiani veſtigia ſibi obſervaſſe videtur.

IX. ATHENAGORAS Athenienſis è Philoſopho Ethnico Chriſtianus paucis veterum memoratur, Methodio apud Epiphanium *c*)

 LXIV.

c) Athenagoræ nomen pro Athenogene ibi reponendum primus monuit Paulus Leopardus XIX. 9. emendationum. Atque Athenogeni quidem, cujus Hymnus ab incerti autoris antiquiſſimo veſpertino, quo etiamnum utuntur Græci, diverſus memoratur apud Baſilium de Spiritu S. c. 29. T. 2. p. 220. Apologiam etiam tribuendam præter rem ſuſpicatus eſt Baronius ad Martyrolog. Rom. 18. Januar. Quemadmodum alius neſcio quis apud Steph. le Moyne nous ad Varia ſacra p. 171. minus ad huc veriſimiliter eam tribuit Juſtino Martyri, fortaſſe quia Juſtini ſcriptis in aliquibus editt. addita eſt.

Deni-

LXIV. 21. & Photium Cod. 234. pag. 480. atque Philippo Sidetæ in fragmento, quod edidit præstantissimus Dodwellus ad calcem dissertationum in Irenæum, cujus Philippi hæc sunt verba: τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο &c. *Scholæ præfuit Alexandrinæ primus* Athenagoras, *qui Hadriani floruit temporibus atque Antonini, quibus etiam legatoriam Orationem pro Christianis* τὸν ὑπὲρ χριστιανῶν πρεσβευτικὸν *inscripsit. Religionem Christianam in ipso quoque pallio professus & scholæ Academicæ præfectus* τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. *Hic cum ante Celsum in animo haberet Christianos scriptis oppugnare, lustratis ea mente Scripturis, ut susceptam oppugnationem institueret accuratius, ita captus à Spiritu S. est, ut ad exemplum magni Pauli, ex persecutore Doctor effectus sit illius fidei quam fuisset persecutus. Hujus discipulus Clemens Stromateus, Clementisque Pantænus. Apologiam* videtur scripsisse Athenagoras intra annum CHRISTI 177. & 180. obtulisseque M. Aurelio Antonino & L. Commodo *d)* quorum nomen in MSS. Codicibus constanter præfixum legitur, etiam in Bononiensi, quem memorat Mabillonius T. 1. Musei Ital. p. 186. Quanquam Clariss. Bælius in Lexico Historico Gallice edito negat unquam oblatam publico Christianorum nomine, sed tantum scriptam privatim ab Athenagora, perinde ut in Gallia ab A. 1684. multi è Reformatis persecutionem passis libellos ejuscemodi supplices & Apologias ad Regem scripserunt ediderruntque, Regi nunquam oblatas. Cæterum de Athenagora ejusque scriptis videat lector, si placet, quæ prolixius commentati sunt eruditi Viri, Pagius & Basnagius ad Baronium, Tillemontius T. 2. memoriar. p. 321. sqq. Caveus, Halloixius, Nourrius, Dodwellus, Tentzelius atque Ittigius, ne de aliis jam dicam. Mihi quidem suffecerit *Apologiæ* & alterius *libri* insignis, ad quem sub extremum Apologiæ *e)* vide-

Denique Clariss. Tentzelius p. 453. diss. select. recte retractat, quod p. 199. sibi persuaserat alicubi delitescere libros 12. Athenagoræ περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν, cum Gesnerus de libris Antonini, qui hoc titulo extant, loqui voluerit. De Athenogene Martyre vide sis Bollandum T. 2. Januar. p. 189.

d) Integrum Commodi nomen Lucius Ælius Aurelius Commodus, ut patet ex numis, illo v. gr. quem exhibet Tristanus T. 1. p. 718. Non itaque opus est in inscriptione Apologiæ Athenagoræ pro Lucio Ælii nomen reponere, ut suadebat Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 170. Ad A. C. 177. refert Rev. Jo. Laur. Mosheimius diss. de vera ætate libelli Athenagoræ T. 2. Bibl. Historico Theol. Bremens. p. 853. seqq. & Observatt. sacr. l. 1. c. 4 p 193. sqq. Apud Herm. Buschium præf. ad Vallum humanitatis p. 13 inscribitur Αὐτοκράτορσι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ καὶ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον φιλοσόφοις.

e) nam de resurrectione verba ibi faciens: ἀλλ' ἀνακείσθω μὲν, inquit, ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος. p 316. edit. Rechenberg.

Digitized by Google

videtur remittere, *de resurrectione mortuorum* editiones atque interpretes bona fide retulisse. Nam de MSS. Codicibus videndus Nourrius Apparat. ad Bibl. Patrum p. 483.

LIBER DE RESURRECTIONE, sive uberiora ex illo libro excerpta *Latine* interprete *Marsilio Ficino* sæpius vulgata atque in Ficini operibus Tomo 2. leguntur. Integrum librum post *Georgii Valla* versionem Venet. 1498. fol. cum aliis *f)* variorum scriptis editam primus ex unico MS. *Græce* vulgavit novamque versionem suam addidit *Petrus Nannius*, Paris. 1541. 4. & Lovanii, quæ editio *Græco-Latina* repetita in Micropresbytico ex Officina Henrici Petri vulgato Basil. 1550. fol. p. 470. & in orthodoxographis Johannis Heroldi ibid. A. 1555. fol. p. 351. Sed Latine hic liber Athenagoræ Nannio interprete subjectus Philoni Judæo ex Gelenii versione edito Basil. 1552. 8. Italice vertit *Hieronymus Faletti g)* Venet. 1556. 4. apud Aldum. Anglice *Richardus Porderus* Lond. 1573. Græce prodiit separatim, Lugd. Bat. ex officina Plantiniana 1588. 8.

APOLOGIA Latine ex *Jo. Langi* versione cum ejus commentario. Inter Justini Martyris Opera T. 1. p. 217. Basil. 1565. fol. & ex versione *Suffridi Petri* cum scholiis ejus uberioribus. Colon. 1567. 8. *Græce vero & Latine* cum *Conradi Gesneri* versione ac notis Tiguri 1557. 8. Basil. 1558. 8. *Gallice* per *Guidonem Gaussartum* Paris. 1574. 8. Apologia Athenagoræ ad M. Aurel. Antoninum & L. Aurelium Commodum tum adhuc inedita citatur à Jo. Reuchlino im Augenspiegel f. 26. edit. V. C. Hermanni ab Hardt.

UTRUMQUE OPUS Latine, Apologia ex *Conradi Gesneri* & liber de resurrectione ex *Nannii* versione recusum in Bibliothecis Patrum, ut Paris. 1575. 1589. 1609. Colon. 1618. & novissime Lugd. 1677. T. 2.

Græce & Latine cum iisdem versionibus ad calcem libri subjunctis ex H. Stephani recensione, qui Apologiæ MS. Codicem Græcum è Bibl. Galliæ, & libri de resurrectione Romæ à Guil. Sirleto accepit,

stylum-

f) Scripta illa à Georgio Valla junctim edita recensui lib. IV. Bibl. Græcæ c. 25. ubi de scriptis Alexandri Aphrodisei num. 12.

g) De hoc Faletto Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico p. 243. naph. Sopranes p. 115. &c.

ſtylumque Athenagoræ plenum hyperbatis, paſſim parentheſibus diſtinxit, caſtigationesque addidit. Pariſ. 1557. 8.

Cum iisdem verſionibus & Geſneri ad Apologiam, *H. Stephani* ad utraque notis. Tiguri 1559. fol. inter Theologorum aliquot Græcorum veterum Orthodoxorum ſcripta, quæ ſunt Canones SS. Apoſtolorum & XIII. Conciliorum, Ignatii Epiſtolæ, Æneæ Gazæi Theophraſtus, Demetrii Cydonii de morte contemnenda, Hermiæ irriſio Philoſophorum gentilium & Agapeti ſcheda Regia ad Juſtinianum. Imp.

Cum iisdem verſionibus, notisque *Frontonis Ducæi.* In Auctario Bibliothecæ Patrum Pariſ. 1624. fol. Tom. 1.

Cum iisdem verſionibus & notis brevibus *Jo Felli* Oxonienſis Epiſcopi. Oxon. 1682. 12. è theatro Scheldoniano.

Obſervationes in nonnulla Athenagoræ loca in Tom. IX. Hiſtoriæ Criticæ Reip. literariæ, quæ à Maſſonis fratribus Gallice prodiit p. 129. ſqq.

Apologia cum Suffridi Petri, & liber de reſurrectione cum Nannii verſione, addiditis notis variorum & novis *D. Adami Rechenbergii*, Theologi Lipſienſis τȣ͂ μακαρίτȣ animadverſionibus. *. Lipſ. 1684. 1685. 8. duobus Vol.

Apologia cum Geſneri, & liber de reſurrectione cum Nannii verſione, notisque integris Variorum, novisque commentariis *Eduardi Dechair*, qui Græca in ſectiones diviſa ad priores editiones & MSS. 2. Bodlejanum & Etonenſem recenſuit atque verſiones paſſim caſtigavit, Baroniique nonnulla (ex Annal. ad A. C. 179.) & Petri Halloixii ac Dodwelli (ex diſſ. XI. Cyprianic. §. 37. ſeq.) & Georgii Bulli (ex defenſione fidei Nicænæ) de Athenagora ſubjunxit. Oxon. è theatro Scheldoniano 1706. 8.

Athenagoras *Anglice* à Davide Humfredo cum Juſtini Martyris, Joſephi & Methodii fragmentis de ſtatu defunctorum, cum notis & duabus editoris diſſertationibus, una de reſurrectione ex mente Judæorum & altera de Athenagora ejusque reliquiis. Lond. 1714. 8. Memoirs of literature T. 4. pag. 162. & 181. ſeqq. Bibl. Angloiſe T. 2. p. 1. &c.

Gallice Arnoldo Ferrono ſive Ferrierio interprete. Burdegal. 1577. 4.

X. THEO-

* Act. Er. A. 1684. p. 337. & A. 1685. p. 493.

Digitized by Google

X. THEOPHILUS ex Ethnico *b)* & ipse Christianus, atque hinc Antiochiæ Episcopus, *i)* Erotis successor, scripsit post M. Aurelii Veri mortem circa A. C. 181. non diu ante obitum suum *libros III.* περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως *k) ad Autolycum* tum adhuc Ethnicum *l)* cæterum virum eruditum ac librorum helluonem, *m)* qui noctes solidas inter libros libenter soleret consumere, & veritatis cupidissimum. *n)*

Præter exemplar Bib. Matthiæ Ungarorum Regis, è quo editiones Theophili Antioch. sumtæ fuerint, nullum se codicem Romæ vel usquam alibi reperire potuisse, ait Latinus Latinius T.2.Epist.p.113. Pri-

b) Theophilus ad Autolycum libr. 1. p.78. d. Wilh. Ern. Tentzelii diss. select. p.109. sq. Caveus, Tillemontius & Halloixius in vita Theophili T. 2. de vitis scriptor. Orientalium p. 736. sqq.

i) Ita Eusebius IV. 24. Histor. & Hieron. c. 25. de S. E. atque in Epist. 151. ad Algasiam. Martyrolog. Rom. 13. Octobr. Etiam in Codice MS. Regis Christianissimi libris Theophili hic titulus præfigitur: Θεοφίλου πατριάρχου ἐκ τοῦ Ἀντιοχείας πρὸς Αὐτόλυκον Ἕλληνα, περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, καὶ ὅτι τὰ θεῖα λόγια τὰ καθ' ἡμᾶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερά εἰσι Αἰγυπτιακῶν καὶ Ἑλληνικῶν καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων. Gennadius quidem c. 33. de S. E. libros tres de fide sub Theophili Alexandrini nomine titulatos legisse se testatur. Et H. *Dodwello* librorum ad Autolycum auctor videtur Theophilus Antiochenus junior qui scripserit post annum CHRISTI 205. sub Severo Imp. quam sententiam defendit in Observationibus ad Opera postuma Jo. Pearsonii p. 11. seq. tum in singulari diss. adhuc inedita, quam cum nova quam jam pridem paravit librorum Theophili editione & diatriba sua de Theophilis luci daturum se promisit V. C. *Gotlieb* sive Theophilus *Schelwigius*, humaniorum litterarum in Gedanensi Gymnasio Professor. Verum libenter assentior Eusebio & Hieronymo, præcipue cum Gennadius titulo illi nec ipse habuerit fidem, & Dodwelli objectionibus jam satisfecisse videantur Tillemontius ad vitam Theophili T. 3. Memor. Hist. Eccles. nota 2. & Caveus parte altera Hist. literariæ, tum Nourius in apparatu ad Bibl. Patrum, præcipue vero Josephus Betty & Jo. Christophorus Wolfius in præfat. ad Theophilum. Idem Dodwellus librum tertium Theophili (quem *de temporibus* vocat Lactantius lib. 1. c. 23. quoniam temporum rationes in eo ab orbe condito ad M. Antonini Veri Imperium succincte pertexit,) separatim scriptum & ante priores duos Autolyco missum existimat, ut laudatus Schelwigius me docuit, quod minus videri possit esse à verisimilitudine alienum, atque suboluit etiam Grabio p. 220. T. 2. spicileg. refellitur tamen à laudato Wolfio ad libri tertii §. 3. & 18.

k) Hunc titulum habent in MS. Regis Galliæ, teste Sirmundo in limine notar. ad Rufini librum de fide T. 1. Opp. p. 273. Ibidem libros tres de fide, quos sub Theophili Alex. nomine Gennadio lectos jam dixi, à tribus Theophili ad Autolycum libris Sirmondus, præter rem, ut opinor, distinguit.

l) Theophilus ad Autolycum lib. 1. p. 69. b. & lib. 3. 119. a.

m) Lib. 3. p. 119. a. 138. d.

n) Lib. 1. p. 69. b. lib. 3. p. 127. b. Scripsisse tamen Autolycum libros adversus Christianos

Primus *Græce* ex Arſenii codice, quem Venetiis Jo. Friſius deſcripſerat, edidit *Conradus Geſnerus* Tiguri 1546. fol. cum Antonii & Maximi locis communibus, Maximi Centuriis & Tatiano. Atque eodem anno ibidem *Latine*, *Conrado Clauſero*, Tigurino, non ut Clariſſ. Nourrius p. 506. affirmat, Geſnero interprete. Geſnerus hoc inſcribit titulo: *De DEO & fide Chriſtianorum contra gentes, Inſtitutionum libri tres, ad Autolycum.* Inſtitutionum libros appellat, quod Euſebius dixit στοιχειώδη συγγράμματα. Vide Geſneri Epiſtolam de ſcriptis à ſe editis p. 23. b.

Latine ex eadem Clauſeri verſione occurrit in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1575. 1589. 1609. 1644. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tomo 2.

Anglice cum Tertulliano de præſcriptione adverſus hæreticos, Oxoniæ A. 1722. 8. additis notis edidit vir præclarus *Joſephus Betty.* In Bibl. Bremenſ. T. 5. p. 163. legas Hermiam additum, quem in meo Codice non reperi.

Græce & Latine cum Clauſeri verſione in Orthodoxographis Jo. Heroldi, Baſil. 1555. fol. pag. 285. & ad calcem Juſtini Martyris Pariſ. 1615. & 1636. & Coloniæ (Witebergæ) 1686. fol. cui poſtremæ editioni acceſſerunt notæ B. D. *Chriſtiani Kortholti*, jam ante editæ Kiloniæ 1675. fol. Etiam prodierunt Theophili Antiocheni libri in auctario Bibliothecæ Patrum Græco-Latino Tom. I. Pariſ. 1624. fol. cum notis *Frontonis Ducæi.*

Oxoniæ nitidam editionem curavit *Jo. Fellus*, Oxonienſis Epiſcopus, A. 1684. 12. cui ad Codicem Bodlejanum emendatæ Clauſeri verſio caſtigata & breves notæ acceſſerunt. Tabula etiam ſubjicitur, ex qua rationes temporum, quas ſequitur Theophilus, licet colligere, qualem exhibet etiam Nourrius in Apparatu ad Bibl. Patrum p. 515.

Denique novo ſtudio Græca recognovit ad Codd. Bodlej. & Reg. Pariſ. Verſionemque emendavit & notas eruditas addidit Rev. *Jo. Chriſtophorus Wolfius* Hamb. 1723. 8. Act. Er. 1724. p. 56.

Dicitur jam novam Theophili editionem parare in Anglia V. C. David. Wilkinſius cum H. Dodwelli diatriba & Jo. Maſſoni diſſ. Chronologica & Variis lect. à Rich. Bentleio viro doctiſſ. ſuppeditatis.

Locum

nos, ut Tillemontio videtur, ægre mihi perſuadeo. Neque apud Theophilum initio lib. 1. λόγους ita accipere neceſſe eſt.

Digitized by Google

Locum Theophili illustrat Soucietus S. I. in memoriis literariis Trevultinis sive Dombensibus A. 1708. p. 605. seq. quæ ejus observatio inserta etiam libro Gallico, quem edidit Paris. 1715. 4. recueil des diss. Critiques &c.

XI. HERMIAS Ἑρμείας cujus Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, sive brevis libellus extat, quo concurrentes adversa fronte inter se Ethnicorum Philosophorum opiniones ridet, de rerum principiis, de anima, de DEO mira & pugnantia inter se tradentes. Theophilo plerumque subnectitur, & non plane certa conjectura à præclaro Viro Guil. Caveo ad secundi sæculi extremum refertur, licet Lambecius T. VII. de Bibl. Vindob. p. 54. eumque secutus Tentzelius diss. select. p. 227. seq. auctorem putant longe juniorem, Hermiam *o)* nempe Sozomenum. Ad Tentzelii argumenta respondit Caveus parte altera Historiæ literariæ, contra quem licet tueri sententiam suam conatus est Tentzelius in Bibliotheca curiosa, sive Ephemeridibus litterariis Germanice editis A. 1704. p. 232. seq. fateor tamen præter nominis congruentiam nihil valde esse in illa Lambecii divinatione, quod eam verisimilem reddat. Quod si sola nominis similitudo sufficit ad hariolandum, non desint alii Hermiæ, quibus non minori specie libellus iste tribui possit, ut Hermias martyr sub Antonino Imp. cujus Acta martyrii Græce ex MS. Mediceo dedit Papebrochius ad 31. Maji T. 7. p. 424. cum versione Hugonis Bolli Carthusiani: nec minus Hermias quem colloquentem inducit Cyrillus Alex. dialogis de divinitate *p)* & incarnatione unigeniti. Hermias Abydi Episcopus, qui interfuit Concilio Chalcedonensi. Verum editiones potius haud invenusti illius libelli, quocunque demum auctore & quocunque tempore scripti referre præstat. Vidit itaque lucem primum ex Jo. Jacobi Fuggeri Codice cum versione *Raphaëlis Seileri* Augustani, Basil. 1553. 8. additus Demetrii Cydonii Orationi de morte contemnenda: atque inter veteres aliquot Theologos Græcos, quos supra retuli in Athenagora, excusos Tiguri A. 1560. fol. Græce & Latine curante Gesnero

o) Hunc intellige, quando in Labbei Bibl. nova MSS. p. 387. memorari vides *Hermiæ Salaminii Historiam Ecclesiasticam*. Sozomeni nomen integrum fuit *Salamanus Hermias Sozomenus*. Vide Valesii notas pag. 98. De Hermia Syriani discipulo, Philosopho Ethnico Platonico, quemadmodum de Sozomeno quoque dixi in Bibl. Græca Volum. VI, p. 121. & Volum. IX. p. 492. 507. ubi & alios Hermias retuli.

p) inde petitum fragmentum, quod ex Cyrillo πρὸς Ἑρμείαν affert Macarius Chrysocephalus Alphabeto sancto sive Catena MS. in Lucam.

Digitized by Google

nero. Deinde ut Latinas editiones in Bibliothecis Patrum repetitas omittam, Græce & Latine iterum cum caſtigationibus Frontonis Ducæi in Auctario Ducæano Pariſ. 1624. fol. Tomo I. p. 187. & ad calcem Juſtini Martyris Pariſ. 1615. 1636. & Colon. ſive Wittebergæ potius 1686. fol. denique cum Tho. Galei Codice collatus, additis ejusdem Galei, qui Theodorito juniorem Hermiam eſſe exiſtimat, & Wilh. Worthi notis, ad calcem Tatiani Oxón. 1700. 8.

XII. E ſcriptis CLEMENTIS Alexandrini, qui ex Ethnico Philoſopho Chriſtianus & ſcholæ Catecheticæ Alexandrinæ circa A. C. 190. præfectus fuit, & Origenem aliosque præclaros viros habuit diſcipulos, hoc loco imprimis memorari meretur ejus προτρεπτικὸς λόγος, ad Gentes *liber adhortatorius* de Chriſtianiſmo amplectendo, cujus meminit (ne de Euſebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodorito, Photio, aliisque dicam,) Clemens ipſe in limine pædagogi, & diſertius etiam VII. Strom. p. 711. ubi ait ſe in illo de Gentium ſuperſtitionibus abunde diſputaſſe. Ex hoc Clementis protreptico plura in ſuos ad Gentes libros transtulit Arnobius, ut Theodoro Cantero pulchre obſervatum. Duos Codices MSS. Græcos, unum Regium A. C. 914. exaratum, & alterum Collegii S. I. Pariſ. memorat Nourrius p. 634. Apparatus ad Bibl. Patrum, Variasque lectiones editurum ſe vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipſe deinceps qui de Clemente ejusque ſcriptis diligentiſſime diſſeruit, loca quædam feliciter illuſtrat.

Non pauca etiam ex libris *Stromatum* Clementis egregie facere poſſunt ad redarguendos Ethnicos, & ad vetuſtatem, dignitatem, fidemque religionis adverſus eosdem & ex Ethnicorum teſtimoniis confirmandam, ſicuti in *Pædagogo* ſanctitatem præceptorum CHriſti inſigniter illuſtrat commendatque. Sed ecce tibi ſumma protreptici Clementis capita, qualia à doctiſſimo Viro Wilhelmo Lowthio notata ſunt.

1. Ab orgiis & impiis Idolorum myſteriis homines avocans, ad veram jubilationem DEI Verbi nomine provocat, & ad laudes DEI Patris ob revelatam Veritatem celebrandas hortatur.
2. Abſurditatem ſimul ac impietatem Myſteriorum Ethnicorum, & Fabularum de Deorum ſuorum ortu & interitu oſtendit. pag. 9. A. Edit. *Pariſ.* ἄδυτα τοίνυν ἄθεα —
3. Sacrificiorum Diis mactatorum crudelitatem ac impuritatem perſtringit. p. 26. D. φέρε δὲ ἤν καὶ τὰς προσθῶμεν —

4. Simu-

4. Simulacra quam abſurda & turpia ſint, quibus Deos ſuos colunt. p. 29. D. Εἰ δ' ἔτι πρὸς τούτοις —
5. Philoſophorum ſententias de Deo recenſet. p. 42. B. Ἐπιδράμωμεν δὲ —
6. Illos aliquando, ipſo inſpirante, verum, hoc in argumento attigiſſe. p. 44. C. Καὶ πολύς μοι ἐπιῤῥεῖ —
7. Poëtas etiam veritati hac in parte teſtimonium ferre. p. 47. D. Ἴτω δὲ ἡμῖν —
8. Veram de DEO doctrinam à Prophetis eſſe petendam. p. 50. B. Ὥρα τοίνυν τῶν ἄλλων —
9. Graviter illos peccare, qui benignam DEI vocationem ſpernunt, aut negligunt. p. 53. B. Καὶ μυρίας ἂν ἔχοιμι —
10. Reſpondens objectioni Gentilium, qua nefas eſſe ajebant morem patrium deſerere, eo impenſius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus iſtis liberentur. p. 57. A. Ἀλλ' ἐκ πατέρων φατὲ —
11. Quanta ſint DEI beneficia in homines per CHriſti adventum collata. p. 69. A. Μικρὸν δὲ, εἰ βούλει —
21. Hortatur ut miſſis erroribus & cupiditatibus priſtinis, ſe CHriſto, unico Veritatis Magiſtro, inſtituendos præbeant. p. 73. C. Φύγωμεν οὖν τὴν συνήθειαν —.

Adverſus Gvil. Whiſtonum, qui Clementis ſcripta tanquam juvenilia contemnit, J. Erneſtus Grabius in libello poſtumo *ſome inſtances of the defects and omiſſions in Mr. Whiſtons collection of teſtimonies* Lond. 1712. 8. p. 11. oſtendit ex lib. 1. Strom. p. 276. jam χρόνου μῆκος intercesſiſſe, ex quo Magiſtros ſuos audiverat Clemens, quos p. 274. teſtatur, ſancte ſervaſſe beata dogmata, quæ à Petro, Jacobo, Joanne & Paulo acceperant.

Operum CLEMENTIS Alexandrini editiones.

Græce Scripta Clementis prodiderunt è Bibl. Medicea, collato ad Protrepticum & Pædagogum etiam Rodulphi Pii, Antiſtitis Carpenſis Codice, recenſente *Petro Victorio*, cujus Præfatio ad Marcellum Cervinum Cardinalem S. Crucis (poſtea per 22. dies Pontificem Max. Marcellum II.) præfigitur. Florentinæ 1550. fol. Hæc editio manu Joſephi Scaligeri paſſim notata fuit in Bibliotheca elegantiſſimi

H 2

Digitized by Google

tissimi Grævii. Eandem emendatam ab Henr. Stephano, habuit Clariss. Almeloveenius.

Ex recensione & cum castigationibus *Frid. Sylburgii.* Heidelbergæ ap. Commelin. 1592. fol.

Latine Protrepticus & Pædagogus *Gentiano Herveto*, & libri VIII. Stromatum *Cyriaco Strozza* * interprete, Florent. 1551. fol. apud Laurentium Torentinum.

Protrepticus, Pædagogus & Stromata † *Gentiano Herveto* Aureliano Ecclesiæ Remensis postea Canonico, interprete, cum ejus scholiis, Basil. 1556. fol. ap. Froben. & 1566. fol. Paris. 1566. 8. 1572. & 1590. fol. & denique in Bibliotheca Patrum Lugdunensi T. 3. A. 1677. fol. ex Dan. Heinsii recognitione, & Scholiis sive Commentariis Herveti omissis.

Græce & Latine cum Herveti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque & castigationibus Friderici Sylburgii & *Danielis Heinsii*, Lugd. Bat. 1616. fol. Hæc editio cum pluribus notis MSS. Davidis Blondelli fuit in Bibliotheca Samuelis Gruteri, Ecclesiastæ Harlemensis.

Recusa hæc editio additis *Frontonis Ducæi* notis, Paris. 1629. fol. & minus emendate 1641. ibid. & Coloniæ, (sive Witebergæ potius) 1688. fol.

Notas in Clementem Alex. affectas se habuisse testatus est *Ægidius Menagius* in Menagianis T. 1. p. 385.

Clementem Alex. emendatissimum & auctum in mundo sibi esse, & in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinaturum se olim testatus est *Jo. Crojus* cap. 21. Observatt. in Nov. Test. p. 172. Sed illa Clementis editio nunquam prodiit.

Inter *Joannis Mariæ Borzini* Ord. Præd. affecta opuscula Oldoinus in Athenæo Ligustico refert Logicam Clementis Alexandrini explanatam.

In Bibliotheca Jesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum à *Jacobo Desbans*, S.I. verum nec illæ notæ editæ sunt.

Sup-

* Papyrius Massonus in Strozzæ vita T. 2. elogior p. 229. *Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cum esset, primus omnium Latinitate donavit.*

† In Gentiani versione & commentariis plura reprehendit Nourrius, quem vide Apparatu in Bibl. Patrum p. 902. seq.

Digitized by Google

Supplementum operum Clementis Alexandrini curante B. D. Thoma Ittigio Lipſ. 1700. 8. Acta Erud. 1700. p. 451.

Noviſſime luculentam atque longe meliorem prioribus Clementis editionem dedit illuſtriſſimus Oxonienſis Epiſcopus, *Joannes Potterus*, * Oxoniæ è theatro Scheldeniano 1715. fol. 2. Volum. Hic & Græca diligenter recenſuit, Protrepticum vertit de integro, in cæteris interpretationem Herveti ad Græca caſtigavit: dicta S. Scripturæ, quæ citat vel ad quæ alludit Clemens, annotavit diligenter, diverſoque charactere à verbis Clementis diſtinxit: Notis Sylburgii, Dan. Heinſii, & Pariſienſis Collectoris per ſingulas paginas ſubjectis ſuas longe plures atque eruditas paſſim addidit, nonnullas item Wilhelmi Lowthi, qui ſingulis etiam libris capitum præmiſit argumenta. Herveti commentarii integri ad calcem poſterioris voluminis ſubjecti. Excerptis Theodoti novam adjunxit ** verſionem Roberti Pearſe, A. M. Fragmenta denique nova quædam Clementis *** à Celeb. Grabio collecta & varias lectiones è MSS. Pariſ. Collegii Jeſuitarum & Romano Ottoboniano, libros Stromatum haud integros complectentibus. Ipſe Potterus uſus MSS. Oxonienſibus Protreptici & Pædagogi. Denique indices locupletiſſimi ſubjuncti ſunt, qui partim paginas edit. Græco-Latinæ Pariſ. partim Græcæ Sylburgianæ reſpiciunt. Prioris editionis numeri Græcis, poſterioris Latinis marginibus optimo conſilio ſunt adſcripti.

XIII. E ſcriptis S. HIPPOLYTI, Portuenſis Epiſcopi, qui Alexandri Severi temporibus ſæculo tertio claruit, non omittenda ἀποδεικτικὴ πρὸς ἰουδαίους, brevis *demonſtratio adverſus Judæos*, petito maxime ex Pſalmo LXVIII. (Hebr. LXIX. argumento.) Eam Latine vulgaverat ex Franciſci Turriani verſione Poſſevinus in apparatus ſacri tomo I. ubi de Hippolyto diſſerit. Venet. 1603. Colon. 1608. fol. Inde Carolus Joſephus Imbonatus, Mediolanenſis in Bibl. Latino Hebraica Rom. 1694. fol. p. 74. Latinam quoque verſionem tantum dedi, aſperſis notis, Tomo I. Operum

* Acta Erud. 1717. p. 97. Bibl. ancienne & moderne T. 6. p. 237. Journal des Savans 1716. Novembr p 517. Memoires de Trevoux A. 1717. p. 378. In iisdem memoriis diſſertationes eruditæ neſcio cujus auctoris in quædam Clementis loca ut A. 1716. p. 1570. & A. 1717. p. 392. &c.

** Verſionem Franciſci Cambefiſii antea non vulgatam dedi Volum. V. Biblioth. Græcæ p. 134. ſeq.

*** Alia quædam fragmenta Clementis exhibui ad calcem tomi ſecundi operum S. Hippolyti, p. 66. ſeq. Hamb. 1718. fol.

Operum Hippolyti junctim editorum Hamb. 1716. fol. p. 218. Sed Græca deinde nactus à celeberrimo Montfaucono, qui Vaticani Codicis apographum ad me misit, Græce & Latine publicavi T. 2. pag. 2. Hamb. 1718. fol.

Esset etiam hoc loco commemorandus ***liber adversus Græcos,*** siquidem Hippolytum esse auctorem constaret. Sed scriptum illud adversus Græcos & singillatim ***Platonem,*** *περὶ τοῦ παντὸς, **de universo**,* sive *περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, **de caussa universi,*** vel ut in alio, *περὶ τῆς παντὸς οὐσίας, **de substantia universi,*** quod in duo *λογίδια* distinctum legit Photius Cod. XLVIII. Flavio Josepho, Judæo tribuit etiam Joannes Zonaras. Hic enim lib. VI. Annal. sect. 4. post allatum ejusdem Josephi de CHRISTO testimonium ex lib. XVIII. Antiquitatum, addit eundem scriptorem etiam bene meminisse CHRISTI *ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, οὗ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς μνείαν πεποίηται ἐν τῇ πονηθείσῃ αὐτῷ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ παράλληλα.* Hæc Joannis Damasceni parallela nuper Græce & Latine in Tomo secundo ipsius Operum vulgavit vir eruditissimus Michaël le Qvien, atque hoc ipso litterarum, sacrarum præsertim studiosos insigni affecit beneficio. In his pag. 789. seq. nonnulla afferuntur (& quidem emendatius quam post Hoeschelium alii ediderunt,) sub nomine *Ἰωσήπου ἐκ τοῦ λόγου ἀναγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνος.* Vide sis etiam pag. 277. & 755. ubi nonnulla ex libro *περὶ παντὸς* afferuntur, sed sub nomine ***Meletii*** Antiocheni. Exstat etiam in Bibl. Bodlejana inter Codices Baroccianos n. 26. p. 345. b. Flav. Josephi fragmentum de inferno, excerptum ex tractatu contra Platonem, de causa universi. Incipit: *Ὁ ᾅδης τόπος ἐστὶν ἐν τῇ κτίσει.* Josephus *ἐν τῷ περὶ τοῦ παντὸς συγγράμματι* citatur quoque à Joanne Philopono lib. 3. in Hexaëmeron c. 16. quæ autem ex eo affert, in fragmento edito haud leguntur. Nescio porro, an totum habuerit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qui præf. in Græcam Josephi edit. Basiljeensem testatus illum inter cætera eo scripto ostendere, quod Plato in multis sibi ipsi adversetur ac repugnet, ***Nos autem,*** inquit, ***qualemcunque propediem, ut spero, cum studiosis communicabimus.*** Diu post Arlenium defunctum David Hœschelius fragmentum hujus libri acceptum à Maximo Margunio Græce edidit notis ad Photium pag. 923. Augustæ Vindel. 1601. fol. Ille vero Josephum non agnoscit auctorem, licet ei tribuitur etiam in Codice MS. Bibl. Coislinianæ, apud celeberrimum Montfauconum pag. 202. sed vel ***Cajum*** presbyterum circa A. C. 210. clarum,

clarum, qui è Joſepho, Juſtino, Irenæo illud ſcriptum collegit, ut ſuſpicatur Dodwellus diſſ. VI. in Irenæum p. 464. ſeq. vel S. *Hippolytum* Portuenſem, ſub cujus nomine fragmentum illud Græce addita verſione ſua recudi curavit Stephanus le Moyne T. I. Var. ſacrorum p. 53. unde iterum illud redhibui ad calcem operum Joſephi, edit. Lipſienſis, atque T. I. Operum Hippolyti p. 220. Quæ emendatius leguntur in laudati Damaſceni parallelis, notata à me ſunt T. IX. Bibl. Græcæ p. 389.

XIV. Ex lucubrationibus infinitis magni Eccleſiæ Doctoris ORIGENIS, qui A. C. 253. Tyri diem ſeptuagenario propior obiit, unum maxime memorandum Opus præclarum lectuque digniſſimum *contra Celſum, a)* Philoſophum Epicureum, pro veritate Religionis Chriſtianæ, *libris VIII.* quod ſexagenario major *b)* Origenes ſcripſit ad ἐργοδιώκτην ſuum, *c) Ambroſium* Alexandrinum, quo hortante illud circa A. C. 247. ſuſcepit, & libro primo ac ſecundo etiam refellit objectiones, quas ſub Judæi perſona Celſus adverſus Chriſtianos produxerat. Hoc *Latine* extat in antiquioribus Origenis editionibus ex verſione *Chriſtophori Perſonæ*, ſeparatim edita, & Sixto IV. dicata primum, deinde Joanni Mocenico, Venetorum Principi, Romæ A. 1481. fol. (Giornale de' letterati d' Italia T. 17. p. 290. & T. 19. p. 334. 340. Melior *Sigismundi Gelenii* verſio comparet primum in editione Operum Origenis Baſileenſi A. 1557. *d)* atque deinde in cæ-

a) Voſſio *opus aureum nec facile unquam ſatis laudandum de veris adverſum Celſum ſermonibus.* De hoc Celſo, qui ſub M. Antonino vixit, dixi l. III. Bibl. Gr. c. 33. is opus ſuum contra Judæos & Chriſtianos falſo titulo inſcripſerat λόγον ἀληθῆ, nomen mutuatus ab Antiphonte, de cujus λόγοις περὶ ἀληθείας quibus Providentiam ſuſtulerat, confer, ſi placet, lib. II. ejusdem Bibl. c. 26. In quibusdam Codicibus Origenis quoque opus inſcribitur: ὁ κατὰ τοῦ Κέλσου ἀληθὴς λόγος. Sed Euſebius quoque contra Hieroclem ſub init. laudat Originis libros VIII. πρὸς τὸν ἀλαζονικώτερον τοῦ Φιλαλήθους ἐπιγεγραμμένον Κέλσου ἀληθῆ λόγον. De Severi Antiocheni Φιλαλήθει vide Bibl. Coislinianam p. 54.

b) Euſeb. VI. 36. Hiſt.

c) Hic eſt nobilis ille Alexandrinus per Origenem ab hæreſi Valentiniana & Marcionitarum ad Eccleſiam reductus, qui pro facultatibus, quibus abundabat, Origenis ſcripta egregie promovit, tachygraphosque ac calligraphos illis excipiendis deſcribendisque aluit. Vide Euſebium VI. 18. & 23. Hiſt. Hieron. de S. E. cap. 56. & Syncellum pag 358.

d) Fallitur itaque Rich Simon T. 1. p. 14. Bibl. ſelectæ, qui Gelenii verſionem ab Hoeſchelio primùm publicatam ſcribit.

Digitized by Google

in cæteris. *Græce* primus è Codicibus duobus Palatino *e)* & Boico sive Bavarico 99. cum notis edidit vir egregius *David Hæschelius* Augustæ Vindel. 1605. 4. una cum *Gregorii Thavmaturgi* Orat. in Origenem, & adjuncta ad calcem libri, versione Gelenii. Hæc è regione Græcis apposita atque à *Guil. Spencero* Cantabrigiensi hinc inde castigata legitur in editionibus Cantabrigiensibus A. 1658. & 1677. 4. quæ Spenceri etiam eruditas annotationes & Thavmaturgi Oratione omissa, Origenis Philocaliam annexam habent. Denique elaboratissima & perspicua *Eliæ Boherelli* interpretatio *Gallica f)* lucem vidit Amstelod. 1700. 4. in non paucis locis Latinâ Geleniana accuratior. Additæ notæ & conjecturæ ad Græca Origenis, quibus plura loca haud infeliciter emendantur & castigantur, ratione ubique habita paginarum editionis Cantabrig. Caeterum errata typorum indicemque in notas & praefationem pluribus exemplaribus subtractam à typographo queritur Boherellus apud Basnagium Bellovallium *g)* in Historia Operum eruditor. A. 1700. p. 419. Locum Origenis lib. IV. p. 295. seq. περὶ ἑπτὰ ἀρχόντων δαιμόνων, sive de septem Angelis principalibus, celebratis apud Ophianos, illustrandum sumsit Jo. Crojus in specimine conjecturarum & observationum ad quaedam Irenaei & Origenis loca, à quo dissentientem videre licet Petavium appendice notarum in Synesii Opera.

XV. MAGNES sive MAGNETES *pervetustus auctor ante mille & trecentos annos Evangelicæ Apologiæ libros Græce scripsit ad Theosthenem adversus Gentiles Evangelii calumniatores.* Hæc Possevinus in Apparatu S. *Fragmenta aliquot* (Colomesii hæc observatio est in paralipomenis de Script. Eccles.) *ex Bibliotheca D. Marci Veneta in scriptis suis affert Codicum ille MSS. belluo Franciscus Turrianus, sed imprimis in Apologia pro Epistolis Pontificum. Unum etiam observasse mihi videor in Possevini Moscovia,* (qui perinde ut Coccius, Bulengerus & Scribonius à Turriano petiisse videtur.) *Auctorem hunc laudant Græci in responsionibus ad Cardinalem de Guise.* Ex Turriano apparet libros quinque esse ἀποκριτικῶν sive responsionum scriptos à Magnete, hierarcha sive Episcopo, *adversus Theosthenem* peripateticum, quem ideo Celso,

e) Si quis novam paret editionem, conferendus Codex MS. Basileensis, qui commendatur in Bibl Bremens. T. 6. p. 98. 99. 103. 104.

f) Altera Gallica versio, cujus mentio Hist. des Ouvrag. 1688. Sept. p. 134. non vidit lucem, quod sciam.

g) Adde eundem A. 1699. p. 519. & de Boherello Jo. Clerici Bibl. veterem & novam T. 2. p. 305.

Digitized by Google

Celso, Porphyrio & Juliano, Christiani nominis hostibus jungit idem Turrianus præfatione ad Constitutiones Apostolicas. Idem lib. 2. pro Epistolis Pontificum c. 3. p. 165. *Magnetes vetustissimus scriptor Ecclesiasticus lib. 2. & 5. quos contra Theosthenem gentilem; discrepantiam Evangelistarum & alia nobis falsò in Evangelio objicientem, scripsit: ait: Pro eo, quod unus Evangelista* a) *dixit, calamo spongiam circumponentes: dixisse alium,* b) *propter similitudinem arbusti, hyssopo circumponentes: cum dicendum, inquit, esset calamo. Item, quod unus Evangelista* c) *dixit, Vinum, rursus dictum esse acetum* d) *in cruce, (ex eodem enim vase posito hauserunt, cum perventum est ad Calvariam, & in cruce) præsertim, inquit, cum legem historiæ Evangelistæ servarent: nihilque ultra scriberent, quam quod tunc dicebatur in illo tumultu ac furore. Sic enim existimarunt fore, ut historia omni suspicione careret, εἰ μὴ περιεργότερον ἀλλ' ἄπλαστον εὑρεθείη τῆς ἱστορίας τὸ γράμμα, id est, si litera historiæ non curiosa, sed simplex reperiretur.* Idem lib. 1. cap. 5. p. 21. *Magnetes author antiquissimus lib. 3. apologetico contra Theosthenem: alia enim (inquit) mactabantur spiritibus aëriis, alia terrenis, alia subterraneis. Spiritibus aëriis immolabantur volucres: ἐπιχθονίοις, id est, terrenis quadrupedes nigri, quia sit terra natura nigra: ὑποχθονίοις, id est, subterraneis item quadrupedes nigri in scrobibus, sive foveis. Hactenus Magnetes.* Atque lib. 2. cap. 13. p. 211. *Idem Magnetes, quem supra memini, in libro 4. apologiarum contra Theosthenem evangeliorum calumniatorem: reddit enim rationem, cur se hoc loco Paulus alioqui viventem mortuis annumeraverit, οὕτω γὰρ ἄν τις φιλέταιρος, καὶ τῶν ὁμοστοίχων ἀγαπῶν τὴν συγγένειαν δοκεῖ, id est, quia sic, inquit, fit, ut videatur aliquis amicos, quibus se annumerat, eosque, qui sui ordinis sunt, diligere.* Edmundus autem Albertinus nimis hunc scriptorem deprimit, quando responsurus ad verba, * quæ è Magnete adversus Theosthenem Turrianus alibi allegaverat, ita inquit p. 429. libri de Eucharistia: *Verum ad populum phaleras. Quis enim veterum, imo etiam recentiorum per novem aut decem secula Magnetis hujus, vel quoad nomen tantum meminerit? Fictitius prorsus author est, aut saltem novus aliquis ac nuperus Græculus, cujus scriptorum certitudo tota est penes Turrianum exigui judicii virum,*

a) Matth. 27. Marc. 15. b) Luc. 23. Joh. 19. c) Matth. 27. Marc. 15. d) Joan. 19.

* Verba illa Magnetis sunt: οὐκ ἔστιν εὐχαριστία τύπος τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος ὅπερ τινὲς ἐρραψῳδήσαν πεπωρωμένοι τὸν νοῦν, μᾶλλον δὲ σῶμα καὶ αἷμα. *Eucharistia non est figura corporis & sanguinis, ut quidam stupida mente nugati sunt, sed potius corpus & sanguis.* Locum integrum dedi infra p. 71.

rum, fideique valde suspecta. Et audent adversarii absque ulla verecundia, ejusmodi quisquilias pro veterum monumentis in medium adducere. Prob Dei & hominum fidem! Injuriam his verbis Turriano fieri non est dubium, longeque magis optaverim, ut Magnetis libros aliquis bono Ecclesiæ in lucem proferat: sive autor, ut præstantissimo Caveo visum, fuerit *Magnes* ille Hierosolymitanus presbyter, quem Germanus Patriarcha CPol. in dogmatico MS. ad Anthimum testatur interfuisse Concilio Antiocheno adversus Paulum Samosatenum, A. C. 265. sive *Macarius Magnes*, tertii & ipse ut videtur scriptor sæculi. Macarii Magnetis fragmenta in Anonymi veteris Græci collectione MS. rerum moralium Codicis Bibl. Coislinianæ occurrere testatur celeberr. Montfauconus pag. 186. Locum ex Magnete adversus Theosthenem profert etiam Allatius contra Creyghtonum pag. 563.

Donec autem Nicephori, qui ab A. C. 806. ad 815. CPolitanus Patriarcha fuit, libri antirrhetici adversus Iconomachos & cum illis fragmenta Macarii Magnetis ex Codicibus Regis Christianissimi in lucem edantur à celeberrimo Viro Anselmo Bandurio: * vel donec viro eruditissimo Joanni Boivino placuerit fragmenta illa, de quibus ipse in notis ad Nicephorum Gregoram facit mentionem, ex Regia cujus curam gerit Bibliotheca publicare, subjungam, quæ ex iisdem fragmentis laudati Boivinii beneficio cum illo communicatis differit præclarus Tillemontius in vita Constantini Magni capite XCIII. ** neque necessarium duxi Latina ex Gallicis reddere, cum Gallica hodie omnes libenter legant.

„Il semble qu'on peut raporter au tems de Constantin, ou à la fin „du troisieme siecle, un auteur ancien nommé Macarius Magnés, dont „Turrien & quelques autres ont cité il y a longtemps divers endroits, & „un passage entr'autres tres fort & tres exprés pour l'Eucaristie. Aubertin *a)* & d'autres Protestans s'en sont moquez, rejettant ce Magnés, „(car c'est ainsi qu'on le nommoit alors,) comme un auteur nouveau, ou „supposé, parcequ'en effet on n'alleguoit rien qui en fist voir l'antiquité. „Turrien qui le mettoit des le deuxieme siecle, marquoit seulement que „son ouvrage estoit dans la bibliotheque de Venise. Mais Mr. Boivin qui

* Vide Bandurii conspectum operum Nicephori CPol. Paris. 1705. 12. pag. 61. seq. & Volum. VI. Bibl. meæ Græcæ p. 670. seq.

** Histoire des Empereurs T. IV. p. 487. seq.

a) Albertinus de eucharistia p. 420. 2.

Digitized by Google

qui travaille ſur les manuſcrits grecs de la Bibliotheque du Roy, y a trouvé" un écrit fait au commencement du IX. ſiecle par S. Nicephore de Con-" ſtantinople, & les autres défenſeurs des ſaintes images, qu'il nous a fait" la grace de nous communiquer, en attendant qu'il le puiſſe donner au" public: Et c'eſt à luy que l'on doit tout ce que l'on trouvera ici. On" voit dans cet écrit, que les Iconomaques, citoient pour eux un paſſage" tiré, diſoient ils, du quatrieme livre *b)* des Réponſes de S. Macaire."

Les Orthodoxes eurent bien de la peine à ſavoir ce que c'eſtoit" que l'auteur & que l'ouvrage. Mais aprés avoir beaucoup cherché," ils en trouverent enfin un exemplaire. Ce livre donnoit à Macaire le" titre d'Eveſque, *c)* & on l'y voyoit repreſenté ſur la couverture en ha-" bit d'Eveſque. Il y étoit ſurnommé, *d)* Magnes, ſans qu'on puſt juger," ſi c'eſtoit un ſimple ſurnom, ou un titre qui marquaſt qu'il eſtoit Eves-" que d'une ville de Magneſie. Car il y en a deux de ce nom *e)* aſſez ce-" lebres dans l'Aſie ou dans la Carie. On trouve meſme quatre diffe-" rens Eveſques *f)* de Magneſie en 431, Daphnus, Euſebe, Theodore, &" Magnus. Mais on ne marque pas la province des deux derniers. Pour" Magneſie en Theſſalie, dont les autres ont pris leur nom, on en parle" comme d'un pays plutoſt que comme d'une ville; & on ne trouve point" d'Eveſque qui en ait pris le titre de ſon eveſché. Si des deux Magne-" ſies dont on ignore la province, il y en a eu une en Meſopotamie, Ma-" caire dont nous parlons peut en avoir eſté Evêque. Car de la maniere" dont il parle de l'Hemorrhoïſſe, *g)* qu'il pretend avoir eſté Princeſſe" d'Edeſſe, & qu'il dit eſtre celebre juſq'alors dans la Meſopotamie; on a" quelque ſujet de croire que c'eſt le pays où il a eſté nourri, & où il a" eſté Eveſque. Cependant ſelon que ce mot de Magnés ſe trouve au-" jourd'hui

b) ἀποκριτικῶν.

c) ἱεράρχης.

d) τοῦ Μακαρίου Μαγνήτου, qu'ont lit à la teſte de quelquel fragmens, doit ſignifier naturellement *du Bienheureux Magnés*. On trouve dans d'autres, Μακαρίου Μάγνητος qui ne decide rien. Mais il eſt certain que les Iconomaques & les Orthodoxes ont pris Μακαρίου pour ſon nom τοῦ ἁγίου Μακαρίου mis à la teſte du paſſage des Iconoclaſtes, ne peut ſignifier autre choſe.

e) Steph. Byz. p. 433. 434. &c.

f) Labbei Concil. appendix p. 517. 539. 1148.

g) Il l'appelle Veronique ou Berenice.

„jourd'hui exprimé dans quelques manuſcrits, on a plutôt ſujet de croire „que c'eſt ſon nom propre, ou ſon ſurnom.

„Les Orthodoxes diſent qu'ils avoient appris que cet auteur avoit „vécu plus de 300. ans depuis la predication des Apoſtres, ce qui va à „le mettre vers le milieu, ou au pluſtard à la fin du IV. ſiecle. Ce „qu'ils diſent de ſon antiquité eſt d'autant plus conſiderable, que c'eſtoit „un témoin allegué contr'eux par leurs adverſaires. Nous voudrions „neanmoins qu'ils nous euſſent marqué comment ils l'avoient appriſe. „Car pour ce qu'ils aſſurent que le manuſcrit qu'ils en avoient trouvé „eſtoit tres ancien, cela ſeroit plus conſiderable ſi ſon image n'y avoit „pas eſté habillé en Eveſque. Car aſſurement cela n'eſt pas du qua„trieme ſiecle, ni apparemment du cinquieme.

„Ils nous apprennent que le deſſein de cet ouvrage eſtoit de com„batre les payens, particulierement un philoſophe Ariſtotelicien, qui re„connoiſſoit un ſeul Dieu ſouverain, mais chef de pluſieurs autres dieux, „& qui employoit tout le faſte de ſon eloquence, & toute la ſubtilité de „ſa dialectique, contre la ſimplicité de la religion Chrétienne. Cela eſt „ſavorable pour faire cet auteur encore plus ancien qu'ils ne diſent, & „le mettre des le temps des perſecutions, puiſque ni les philoſophes, „ni les apologiſtes, n'ont plus guere traité cette matiere depuis que „Conſtantin a abatu le paganiſme, & a fait dominer l'Egliſe. Ce philo„ſophe voulant donner un exemple d'un monarque, prend celui d'A„drien: Et cela porte naturellement à croire qu'il n'eſtoit pas fort eloi„gné du temps de ce prince. Neanmoins puiſqu'il marque que les „Chrétiens baſtiſſoient alors de grandes egliſes, il ne peut avoir écrit „au plutoſt que vers le milieu du troiſieme ſiecle. Il ſoutient meſme, „comme nous allons voir, quelques opinios qui ſont plus des trois pre„miers ſiecles que des ſuivans. Que s'il dit auſſi poſitivement que nous „le pourrions dire contre Berenger & les autres Sacramentaires, que „l'Euchariſtie n'eſt point la figure, mais le Corps de J. C; pourquoi vou„drions-nous que cette expreſſion claire de la foy de l'Egliſe ait eſté moins „ancienne que les expreſſions plus obſcures dont quelques Peres ſe ſont „ſervis? Ce que diſent S. Cyrille de Jeruſalem, S. Ambroiſe, & S. Gaudence, „enferme certainement le meſme ſens.

„Macaire adreſſoit ſon écrit à Theoſthene ſon ami particulier, qu'il „prioit d'en vouloir eſtre le juge.

Les

Digitized by Google

Les Orthodoxes montrent fort bien que le passage allegué par" les Iconomaques regardoit les idoles des payens, & les statues que l'on" adoroit comme des dieux. Il faut avouer neanmoins qu'il n'est point" favorable à tout honneur rendu à des statues. Et cela n'est pas éton-" nant en un temps où ce n'estoit point encore du tout l'usage de l'Eglise," sans parler des suites dangereuses que cette espece de culte pouvoit" avoir du temps des payens. Il ne veut point surtout qu'on fasse au-" cune image des Anges, mesme en peinture. Il ne laisse pas de temoi-" gner approuver la statue que l'Hemorrhoïsse avoit fait faire de nostre" Seigneur."

Les Orthodoxes citent ce passage, mais sans vouloir, disent-ils" s'y fonder, parcequ'on trouvoit diverses erreurs dans l'écrit de Macaire," celles des Manichéens, des Ariens, d'Origene: & ils ajoutent qu'on le" soupçonnoit aussi de celle de Nestorius. Ils en raportent mesme un" passage, qui porte que les peines des impies finiront un jour. Dans" les endroits qu'ils nous en ont conservez, il semble ne reconnoistre rien" de legitime dans l'autorité que les Princes ont sur leurs sujets: & cela" peut donner sujet de croire qu'il écrivoit avant que les Empereurs fus-" sent Chrétiens. Il semble aussi condanner la generation de l'homme," & le mariage: & il dit assez clairement en un autre ouvrage, qu'Adam" n'a usé du mariage que parcequ'il estoit devenu mortel par son peché."

On pourra parler avec plus d'assurance & de l'auteur & de des" sentimens, si l'on peut obtenir des Venetiens qu'ils veuillent bien en-" core que l'Eglise profite du manuscrit qu'on assure qu'ils en ont, & en" profiter eux mesmes, comme on l'espere d'une Republique aussi sage que" cella là, qui fait gloire d'estre la défense de toutes les nations Chré-" tiennes. Car il n'y a qu'une vanité tres sotte qui se repaisse d'avoir un" livre qu'on ne veut ni lire, ni laisser lire à personne."

Les Orthodoxes dans l'ouvrage dont nous venons de parler, ra-" portent plusieurs passages de celui de Macaire, & d'assez longs. Di-" vers modernes en ont encore donné d'autres, q'ils ont tirez du manu-" scrit de Venise. On en trouve aussi quelques uns dans la bibliotheque" du Roy."

Dans celle du Cardinal Ottobon, on trouve quelques autres frag-" mens tirez de divers ouvrages du mesme auteur sur la Genese, dont l'un" est intitulé son 17. discours. On y voit qu'une personne l'avoit fait prier"

„par d'autres de luy expliquer les tuniques dont Adam & Eve furent re-„vétus; supposant que cela ne se pouvoit entendre à la lettre. Ma-„caire dans sa réponse suppose la mesme chose, jusqu'à traiter d'igno-„rans & de bestes ceux qui l'entendoient d'une vraie tunique de peau: „& il veut que ce soit le corps plus pesant & plus materiel, dont il pre-„tend que l'homme se trouva couvert depuis son peché. C'a esté une „opinion assez commune parmi les anciens, mais rejetté par Saint Cle-„ment d'Alexandrie dans l'heritique Cassien, & ensuite par divers autres. „On ne peut pas neanmoins tirer de là que Macaire ait este auteur de „cette opinion; ce qui obligeroit de dire qu'il à vécu avant Origene, „&.du temps de S. Clement pour le plustard: au lieu que nous avons „vu qu'on ne pouvoit le mettre au plustost que vers le millieu du III. „siecle.

„Dans un autre ouvrage sur la Genese, & qui ne paroist estre que „comme une paraphrase de ce qui regarde la creation d'Adam, il releve „beaucoup le Fils, reconnoissant qu'il existe veritablement, & qu'il est „egal au Pere* en puissance. Il cite la version de Symmaque pour montrer „que ce que Dieu dit à l'homme, Qu'il mourroit s'il pechoit, signifie „qu'il deviendroit mortel par le peché. Il y represente le premier „homme comme un Roy, quoique sa royauté ne fust point marquée par „la pourpre, par le diademe, ni par le sceptre. C'estoient donc là de „son temps les marques de la royauté. Et puisque nous ne voyons „point que les Empereurs Romains se servissent communément du dia-„deme que depuis Diocletien, ou peu avant luy; ce peut estre une „preuve que cet auteur n'a point écrit avant ce temps là. Mais je ne „voy point que ni alors ni longtemps depuis, on parle de sceptre: & „Macaire peut avoir voulu marquer ce qui se faisoit, soit parmi les Ro-„manis, soit parmi les autres peuples.) *Hactenus Tillemontius.*

Antequam de Magnete dicere omittam, operæ pretium duco communicare cum lectore locum integrum ejusdem scriptoris, quem habet Turrianus tractatu de Sanctissima Eucharistia contra Andream Volanum, Polonum, Calvini discipulum, edito Paris. 1577. 8. pag. 75. b. *Convertam hic è Græco, quæ Magnetes ecclesiasticus auctor, & valde vetus libro 3. apologiarum adversum Theosthenem evangeliorum calumniatorem descripsit; dicebat ergo iste idem, quod Capharnaitæ illi,† durus est hic sermo, & quis potest audire eum? respondet Magnetes,* „quod vero non sit hoc ξένον καὶ φελχώδες,

* ἰσοδύναμος. † Joh. VI. 6.

δης, id eſt, inauditum, & horrendum, conſiderare licet puerum infan-“
tem, quomodo niſi manducet carnem, & ſanguinem matris, non vivit:“
natura enim ſanguinis eſt ſecundum veritatem, lac. Ut autem clarius“
dicam, naturale aliquid narrabo, ne hoc fabulam putes; ex terra nati“
ſumus ſecundum corpus, & quodammodo carne ejus, & ſanguine ali-“
mur, id eſt, frumento, & vino. Audi nunc attente: Principio creavit“
Filius Dei terram: ex terra hominem formavit: ex homine carnem“
ſumpſit ipſe. Si igitur de corpore prædicatur terra ratione originis“
antiquæ, erat autem terra ratione creatione propria Chriſti creatura, &“
ex hac panis, & vinum extiterûnt, ex ipſa rurſus corpus hominis, hoc“
autem corpus CHriſtus induit, meritò cum accepiſſet panem, & vinum,“
dixit, hoc eſt corpus meum. *Deinde ſubjungit*, *ὐ γὰρ τύπος σώματος,*“
ὐ δὲ τύπος αἵματος ὡς τινὲς ἐῤῥαψῳδησαν πεπωρωμένοι τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατ'“
ἀλήθειαν αἷμα καὶ σῶμα Χριςοῦ, id eſt, non enim figura eſt corporis, aut“
ſanguinis, ut quidam ſtupida mente nugati ſunt, ſed potius verè cor-“
pus & ſanguis CHriſti. *Pergit adhuc philoſophari:* quando quidem“
vero, *inquit*, corpus ex terra, exiſtit, ex terra autem panis item & vi-“
num, quomòdo non eſt alius auſus dicere, caro mea eſt cibus, ſanguis“
meus eſt potus? nempe, quia nullus eſt creator terræ, niſi hic; nullius“
eſt creatura, niſi Filii Dei; idcirco dixit, hoc eſt corpus meum: mea“
enim & non alterius eſt creatura terræ; omnes enim poſt terram“
geniti ſunt, corpus à me accipientes: ego vero ante terram, à nullo“
hanc accipiens; ex hac corpus, id eſt, ex mea creatura accepi, ſu-“
mens carnem: ex meo igitur meum propono vobis chariſſima, ex“
terra vobis panis ad alendum extitit; terra vero creatura mea eſt:“
ex terra ſimiliter extitit corpus, & hæc mea maſſa: ex unione igitur,“
qua unitus ſum ſanctus cum terreno, do panem, & vinum, jubens eſſe“
corpus meum, & ſanguinem. Etenim ſi Abraam, aut alius quiſpiam“
ex juſtis, ac ſanctis dixiſſet, caro mea eſt cibus, & ſanguis meus potus,“
valde mentiri auſus eſſet: aut ſi dixiſſet, hoc eſt corpus meum, & hic“
eſt ſanguis meus, non enim hoc ipſius, ſed alterius eſſet ſubſtantia: ne-“
que manducata vitam manducantibus præberent: ſiquidem quod non“
habet verbum vivens unitum cum corpore, quod fuit terrenum, ad“
æternam vitam edentes non adduceret. CHriſtus ergo proprium cor-“
pus, & ſanguinem dedit credentibus immiſſo eis vitali pharmaco Divini-“
tatis. *Deinde ſubjungit*, *ἄρτον γοῦν λέγων τὴν σάρκα καὶ οἶνον τὸ αἷμα,*“
ἐπαίδευσεν ἡμᾶς ἐυλόγως ἐκ γῆς εἶναι τὸ σῶμα, id eſt, cum igitur eam, quæ“
caro eſt, vocat panem, & eum, qui ſanguis, vocat vinum, docuit nos con-“
venien-

„venienter rationi, ex terra esse corpus, similiter, & panem: & unius ge-„generis substantiam in corpore, & pane. Cæterum panis communis ex „terræ cultura elaboratus, etsi caro quædam terræ est, tamen vitam æter-„nam præbere non promittit, sed breve solatium vescentibus tribuit, cito „eo extincto sine Divino Spiritu: panis vero in beata CHristi terra virtu-„te Divinitatis unitæ confectus, solo gustu immortalitatem homini affert: „mysticus enim panis, cum benedictionem Patris habeat inseparabilem, „illam dico, quæ in corpore, & sanguine ejus facta est, unit comedentem „corpus CHristi: eumque membra CHristi efficit. Ut enim charta vim, „quam per litteras magistri accepit, discipulo tradit, & per eam cum ma-„gistro illum unit: sic corpus, quod ille panis mysticus est, & sanguis, „qui illud vinum, immortalitatem intemeratæ divinitatis participanti tri-„buunt *αὐτόθεν*, id est, è suo, sive ex seipsis, & per eam ad mansionem in-„corruptibilem creatoris reducunt. Caro enim Salvatoris manducata „non corrumpitur: nec sanguis hic potatus consumitur: quin potius qui „edit, ad incrementum virium venit; qui vero editur, consumi non potest, „quia omnis consumtio ratione quadam naturæ cognata est.

XVI Ex EUSEBII, Episcopi Cæsareæ Palæstinæ, Imperatorum propinqui, † sed ingenii laude & meritis in Ecclesiam ac litteras nobilioris, defuncti circa A. C. 340. lucubrationibus, quas ad nos pervenisse gaudemus, huc spectant: 1. Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευή. †† *Praeparationis Evangelicæ* ad Theodotum Episcopum Laodicenum *libri XV.* sive collectio pulcherrima argumentorum variorumque notatu dignissimorum monumentorum ac testimoniorum ex scriptoribus * externis (magnam partem hodie deperditis) qua animus lectoris præparetur ad demon-

† Eusebius Nicomediensis (nostri frater) Julianum Imp. genere contingebat, teste Ammiano XXII. 9. Idem Eusebiæ Constantii conjugis, fratrisque ejus Flavii Eusebii consularis meminit XX. 2. XXI. 6. XXII. 3.

†† Eusebius IV. 10. præparat. p. 280. ὧν δὴ καὶ μάλιστα ἡμῖν δεῖ εἰς τὴν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευήν. Adde lib. XV. cap. 1. ubi post expositam horum librorum anacephalæosin ait jam ad demonstrationem Evangelicam tanquam nobilius argumentum se progredi. Τοῦτο δὴ οὖν σὺν Θεῷ διὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν ἐπισφραγισθέντος, τὰ μὲν τῆς προπαρασκευῆς ἐνταῦθα μοι περιγραφήσεται. Μεταβὰς δὲ ἐπὶ τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως &c. Libros XV. προπαρασκευῆς Evangelicæ memorat etiam Hieron. & ex libro VIII. locum profert in nonum Danielis.

* Indicem eorum dedi Volum VI. Bibl. Gr. p. 37. seq.

monſtrationes de veritate Evangelii CHRISTI ex ſacris literis tanto facilius imbibendas admittendasque, & ad confutandum quod paſſim facit Porphyrium. ** *Latine* vertit & Nicolao V. Pontifici inſcripſit *Georgius Trapezuntius*, ſed cujus interpretationem valde mancam ac confuſam eſſe merito queritur Leo Allatius de Georgiis p. 375. & Petavius XIV. 11. de incarnatione §. 2. *Trapezuntius Latina ſua verſione non tam Euſebio lucem attulit, quam eo fœde laniando, addendo ac depravando juſtam de ſe querelam poſteris reliquit.* Confer Geſneri Bibl. p. 231. b. ſeq. qui integrum Græce daturum ſe promiſit (non verſionem ſuam ut legas T. XVI. Diarii Veneti, Giornale de' letterati d'Italia p. 423.) Voſſium de Hiſt. Græcis p. 70. Huetium de claris interpretibus p. 292. & Jo. Rainoldi cenſuram Apocryphorum librorum Tom. 1. p. 803. Profitetur tamen Trapezuntius in Epiſtola ad Nicolaum V. ſe non abſque illius juſſu quædam omiſiſſe, quæ nempe hæreſin olerent. *Quare ſentibus*, inquit, *tuo juſſu amputatis, roſas ſolummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus.* Sed qui Græca cum ejus verſione contulerit, videbit cum Zizaniis ſæpius etiam bonum ſemen ab hoc interprete rejectum. Atque ut recte Vigerus, *in interprete fides magis commendari ſolet quam pietas.* Prodiit Latina Trapezuntii verſio Venetiis per Nicolaum Jenſon 1470. fol. cum hoc octaſticho Antonii Cornazzani, quod habes etiam in Bibl. Aproſiana p. 406. & minus emendate apud V. C. Michaëlem Mattaire T. 1. annal. typograph. pag. 67.

Artis hic & fidei ſplendet mirabile nomen,
Quod fama auctores auget honore Deos.
Hoc Jenſon Veneta Nicolaus in urbe volumen
Prompſit: cui felix Gallica terra parens.
Scire placet tempus? Mauro Chriſtophorus urbi
Dux erat: æqua animo muſa retecta ſuo eſt.
Quid magis artificem peteret Dux, CHriſtus & Auctor?
Tres facit æternas ingenioſa manus. M CCCC XXXC.

Vidit & lucem per Leonhardum Aurel. 1472. fol. Tarviſii 1480. fol. Venet. 1497. Hagenoæ 1522. 4. Pariſiis 1534. Colon. 1539. fol. & inter Euſebii opera Baſil. 1542. 1548. 1559. 1570. fol. & Pariſ. 1581. fol. ſed in libris quatuordecim verſionem ſupplevit *Jo. Thomas Freigius*, & qui ſcholia etiam addidit *Jo. Jac. Grynæus*: librum decimum quintum de Philoſophorum

K circa

** Confer Tillemont. T. VII. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 53.

circa res naturales & Mundi partes dissensione vertit *Marcus Hopperus*. *Græce* primus hoc opus vulgavit Rob. Stephanus Paris. 1544. fol. typis Regiis. Denique *Franciscus Vigerus* Rothomagensis S. I. presbyter ex duobus Codicibus Bibl. Regiæ, quorum altero Stephanus usus fuerat, & Variis lect. Codicis Montacutiani Græca recensuit, novamque meliorem versionem suam & notas addidit Paris. 1628. fol. quæ editio *Græco-Latina* recusa est Lipsiæ (licet titulus Coloniam præfert) 1688. fol.* Exstant etiam hi libri MSS. in Bibl. Florentina, & Veneta S. Marci (ubi tres Codices hujus operis, teste Clariss. Montfaucono p. 42. Diarii Italici) aliisque. In Codice Bibl. Regiæ in fine trium priorum librorum numerus *στίχων* adscriptus est, ut observavit idem Montfauconus in palæographia Græca p. 276. Rich. Simon T. 1. Bibl. selectæ p. 36. notat MS. Codicem (sed quinque tantum librorum) exstare in Bibl. Reg. Paris. differentem passim ab editis dignumque, qui conferatur. In Catalogo MSS. IS. Vossii num. 197. monet Colomesius exstare librum præparationis nonum, ex quo multa restitui possint in editis depravata. Habuit & Tho. Gale libros hos emendatos ex membranis antiquis. Dispositionem operis, librorumque singulorum quindecim argumentum breviter exponit Eusebius libri XV. capite 1. testatus, ut dixi, se inde ad *τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς Ἐυαγγελικῆς ἀποδείξεως ad augustius argumentum*, *Demonstrationem Evangelicam* progressurum. Citat & initio demonstrationis & libro 3. p. 107. *καθ' ἃς ἐν τῇ προπαρασκευῇ πεποιήμεθα διὰ πλείστων ἀποδείξεις.* Ad hoc opus Præparationis respiciebat Julianus Imp. quando apud Cyrillum lib. VII. p. 222. perstringit τὸν *μοχθηρὸν Ἐυσέβιον*, Hebræorum hexametra nomina & Logicam disciplinam celebrantem.

2. *Ἐυαγγελικὴ ἀπόδειξις*, *Demonstrationis Evangelicæ* ad eundem Theodotum, Episcopum Laodicenum supersunt ex viginti libris, tantum decem: primus * nimirum (& ille quidem in hactenus editis initio mutilus) usque ad decimum itidem extrema parte truncum. Hujus operis, quo veritatem Christianæ Religionis ex sacris litteris & Vet. Test. maxime adstruit, & Vaticinia de CHRISTO colligit atque urget, Codices MSS. rarissimi sunt, Montfauconique judicio † videntur omnes descripti

* Primi libri argumentum perspicue exponit Eusebius XV. 1. præparat. p. 790. & cap. ult. p. 856. quod cum eo, qui in hodiernis codicibus primus est, congruit. Atque ceteros novem continenter ita ab auctore fuisse subjunctos atque connexos, ex ipsis librorum exordiis, in quibus numerus etiam subinde libri cujusque exprimitur, patet.

† Montfauconus Diar. Italic. p. 12. 42.

descripti ex membranaceo codice antiquo, qui exstat in Bibl. Regis Galliæ: nam omnes sunt perinde in fronte mutili, & ab eadem voce incipiunt, atque in eadem desinunt. Singulari autem beneficio Celsissimi ac Sapientissimi Walachiæ Principis MAUROCORDATI atque illustrissimi ejus propinqui & archicamerarii *Joannis Scarlati* mihi contigit, ut proxeneta C. V. *Stephano Berghero* licuerit mihi ex integriore Codice, quem Græcia servavit Principique obtulit, defectum illum ingentem initio libri primi supplere, decimique finem, ubi perpauca desiderabantur subnectere, quod in fronte hujus voluminis factum à me fuit. Libros viginti Demonstrationis Eusebianæ memorat Hieronymus c. 81. Catalogi, & Photius Cod. 10. Librum XVIII. laudat Hieron. præf. in Hoseam, testatus illo libro Eusebium de Hosea quædam disputasse. Tillemontius T. 7. memor. H. E. p. 53. seq. putat cœptum hoc opus ante finitam A. C. 312. Diocletiani persecutionem, continuatumque post illud tempus pace Ecclesiæ reddita. Loca, quæ Arianis favere videntur, notat Jacobus Billius lib. 1. Obs. S. c. 27. & plura emendat atque illustrat c. 28. Aliud Eusebii opus fuit τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς pluribus constans libris, cujus sextus, septimus, octavus & nonus, exstant adhuc MSS. sub titulo ***Eclogarum Propheticarum de CHRISTO*** libris IV. Hos enim libros in Bibl. Vindobonensi superesse testatur Lambecius lib. 1. p. 139. seq. & lib. 3. p. 75. Ex eodem Lambecio apponam hæc libri quarti Eclogarum Propheticarum: ἀλλὰ γὰρ ἐν τέταρσι καὶ τὴν τῶν ἐκλογῶν ὑπόθεσιν ἐν τῷ ΤΗ͂Σ ΚΑΘΟΛΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΔΟΥΣ ἘΝΝΑΤΩΙ τούτῳ συγγράμματι περιγράψαντες, ἐν τῷ ΔΕΚΑΤΩΙ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὸν λογισμὸν ἀποβεβλαμμένοις ἑτέραν ἁρμόττουσαν ἔφοδον παρέχειν πειρασόμεθα. Mentio hujus operis in Eusebii Hist. Eccles. lib. 1. cap. 2. ubi opus illud à Demonstratione Evangelica distinguit: ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ΠΡΟΦΗΤΙΚΑΣ ἘΚΛΟΓΑΣ συναγαγόντες, ἈΠΟΔΕΙΚΤΙΚΩΤΕΡΟΝ τε τὰ περὶ αὐτοῦ δηλούμενα ἐν ἙΤΕΡΟΙΣ συστήσαντες, τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθησόμεθα. Doctiss. Blondellus lib. de Episcopis p. 45. ait Eusebium in Demonstratione allegare Historiam suam, sed lib. VI. cap. 13. p. 273. ad ἱστορίαν quidem suam Eusebius hoc est ad notitiam & experientiam † provocat, Historiæ autem Ecclesiasticæ à se scriptæ neutiquam meminit: Verba sunt: εἰ γοῦν τι δύναται καὶ ἡ ἡμετέρα ἱστορία, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν πάλαι βοωμένην

† hoc ipse agnovit Blondellus II. 4. de Sibyllis p. 150. seq.

μένην Σιὼν ζεύγεσι βοῶν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἀρουμένην ὀφθαλμοῖς παρειλήφαμεν. Uberiorem ἐξέτασιν *locorum Propheticorum de Vocatione Gentium* facturum se promittit lib. 2. Demonstrat. p. 53. quæ in præsenti οὐκ ἀναλέγειν οὐκ ἑρμηνεύειν καιρός. pag. 48. Illa ἐξέτασις perinde ut decem ultimi Demonstrationis libri interciderunt. Et dubito an diversi ab editis exstent in Bibl. Vaticana, licet in Scaligerianis legas: *il y a au Vatican les dix derniers livres ἀποδείξεων d'Eusebe, mais les Italiens sont si jaloux, qu'ils ne les voudroint pas prester.*

Latine vertit non Georg. Trapezuntius, ut ab præclaro Viro Ellies du Pin traditur T. 2. Bibl. Eccles. p. 11. sed *Bernardinus Donatus, Veronensis*, qui dicavit interpretationem suam Paulo tertio Pontifici. Prodiit ejus versio Venetiis primum, 1498. f. hinc Colon. 1542. fol. & cum aliis Eusebii Operibus Basil. 1542. 1548. 1559. & 1570. fol. additis Scholiis *Jo. Jac. Grynai:* & Paris. 1581. fol. Nonnulla in ejus versione castigat Jacobus Billius in observationibus suis sacris, lib. 1. c. 28. & supplet c. 29. ac Rich. Simon T. 2. Bibl. selectæ pag. 44. & Georgius Calixtus §. 54. diss. quod Filius DEI Patribus V. T. in propria hypostasi non apparuerit, notat Donatum pleraque de CHRISTO durius & licentius ab Eusebio dicta sic esse interpretatum, ut emolliret. Atque ob similem causam omisisse quædam, monet Possevinus in apparatu sacro.

Græce typis nitidis Regiis é Codice Regio edidit primus Rob. Stephanus. Paris. 1545. fol.

Græce & Latine cum Donati versione, & variis lectionibus ac castigationibus brevibus Paris. 1628. fol. additis libro Eusebii contra Hieroclem, duobus contra Marcellum Ancyranum, & tribus de Ecclesiastica Theologia. Hæc editio repetita est Coloniæ (sive Lipsiæ potius) 1688. fol.

Multa sane insignia nec inficianda argumenta pro Veritate Religionis Christianæ etiam lector veritatis studiosus observabit in Eusebii *Historia Ecclesiastica*, qua post Acta Apostolica S. Lucæ, scriptum in hoc genere longe præcipuum, propagati inter medias persecutiones per orbem terrarum Christianismi primorum trium sæculorum texit historiam, Doctorum Ecclesiæ fidem & pro pietate certamina ac victorias *Martyrumque*, qui pro DEO ac Salvatore suo cruciatus maximos & mortem ipsam mira constantia alacriter sustinuerunt sermones memorabiles, acta & passiones commemorat, de quibus etiam majus illius opus

Digitized by Google

opus a) olim exſtabat, quod vel magnam partem intercidit, ſive in laciniis parum integris, aut partem in verſione Syriaca reperta nuper A. 1716. in Oriente, Romamque allata neſcio quam ſincera ſervatur: tamen nolo in præſenti de hiſce plura verba facere, ſed tantum in illis Euſebii ſcriptis referendis, quæ apologiam religionis Chriſtianæ diſerte profitentur ac præ ſe ferunt, pergere.

3. Liber *contra Hieroclem*, Bithyniæ ex Vicario Præſidem & poſtea Alexandriæ ** ἔπαρχον, πρὸς τὰ ὑπὸ Φιλοστράτου εἰς Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα διὰ τὴν Ἱεροκλεῖ παραληφθεῖσαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Χριστοῦ σύγκρισιν. Auctor & conſiliarius Diocletiano *** ad faciendam perſecutionem fuit ille Hierocles teſte Lactantio c. 16. de mortibus perſecutorum, & *libros duos ad Chriſtianos* ſcripſit, ut idem refert lib. 5. cap. 2. Inſtitutt. divinar. (λόγους φιλαλήθεις πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς inſcripſiſſe colligas ex eodem, atque Euſebio,) quibus non quidem in dubium vocat CHRISTI geſta & miracula, ſed inter alia (quæ utpote antequam ab Hierocle ſcriberentur in Origenis contra Celſum †† libris jam bene confutata Euſebius ſe ait omittere,) oſtendere voluit Apollonium vel paria cum CHRISTO vel etiam majora feciſſe. Primus Euſebii librum, non minus Philoſtrati de Apollonio narrationibus quam Hierocli oppoſitum, quem Photius

a) τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή, quod opus viginti libris conſtitiſſe ex actis S. Silveſtri cognoſcitur. Vide quæ notavi Volum. VI. Bibl. Græcæ p. 101. & de Hiſt. Eccleſiaſtica Euſebii p. 58. ac de libro de martyribus Palæſtinæ p. 90.

** Tillemont. T. 7. memor. H. E. p. 48. Valeſ. pag. 177. ad Euſeb. Epiphan. LXVIII. 1. De Hierocle juniore cujus commentarius in aurea carmina exſtat, aliiſque ejus nominis dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 12. §. 7. & de Philoſtrati opere lib. 4. cap. 24. §. 2. & de Apollonio Tyanenſi §. 15.

*** A. C. 302. adde Rev. D. Jo. Laur. Moſheimii diſſ. de Apollonii Tyanei imaginibus teleſticis T. 3. Bibl. Brem. p. 15. ſeq.

†† Euſeb. πρὸς μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῷ Φιλαλήθει οὐδὲν ἂν εἴη σπουδαῖον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἵστασθαι &c. *Reliquis quidem quæ in Philalethe Hieroclis continentur haud ita magnum operæ pretium fuerit hoc tempore immorari: quippe quæ non propria illius, ſed ex aliorum ſcriptis non ſententiis modo ſed verbis etiam iisdem ac totidem pene ſyllabis impudenter ſublecta. Sed tamen & ipſa ſuo tempore debitam ſortientur refutationem, licet antequam peculiaris ſcriptio eis opponatur, poteſtate jam everſa ac confutata ſint*, δυνάμει δ' ἤδη, καὶ πρὸ τῆς ἰδίας κατ' αὐτῶν γραφῆς ἀνατέτραπται καὶ προαπελήλεγκται, *voluminibus integris octo Origenis adverſus Celſi magis etiam ſuperbe quam Hieroclis Philalethes inſcriptum* ἀληθῆ λόγον.

Cod. 39. ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους vocat, *Graece* edidit Aldus cum Philostrati Apollonio Venet. 1502. fol. & 1535. 8. *Latine* vertit *Zenobius Acciajolus* Florentinus Ord. Prædicatorum, præmissa ad Laurentium Medicem Epistola, Venet. 1502. fol. apud Aldum & Paris. 1511. 8. Colon. 1532. 8. cum Philostrato de vita Apollonii, atque sæpius inter Eusebii opera junctim Latine edita, ad calcem librorum de Evangelica demonstratione. Minus feliciter à Florentino interprete versum esse hunc librum, notavit Pearsonius præf. ad Hieroclem. *Graece & Latine* cum Acciajoli versione, & variis lect. è Codicis Regis Galliæ à *Friderico Morello* adscriptis prodiit inter Philostrati Opera p. 433. Paris. 1608. fol. Deinde cum castigationibus ex eodem Regio Codice ab *Luca Holstenio* adnotatis, qui etiam versionem locis quibusdam interpolavit: ad calcem librorum Eusebii de demonstratione (non, ut clariss. Caveus memoriæ lapsu scripsit, cum libris de præparatione) Evangelica, Paris. 1628. fol. Lips. 1688. fol. Denique cum nova versione notisque Beati D. *Godfridi Olearii*, qui etiam librum in capita distinxit, & collatis Philostrati locis passim emendavit, Lips. 1709. fol. in luculenta illa Operum Philostrati editione.

Gallice vertit Ludovicus Cousinus Paris. 1684. 4. & 12. *discours touchant les miracles attribuez à Apollonius de Tyane* &c.

4. In opusculis XIV. Eusebii Latine editis à Jac. Sirmondo T. 2. Var. Opusc. Paris. 1643. 8. & recusis T. IV. Bibl. Patrum edit. Lugd. 1675. atque inter Sirmondi opera Paris. 1696. T. 1. non pauca sunt, quæ ad veritatem religionis apprime faciant, ut homiliæ duæ de resurrectione & adscensione, nec non homiliæ VI. de incorporali invisibili DEO, & incorporali anima ac spiritali cogitatu hominis.

XVII. Inter veteres Ecclesiæ Doctores, qui Christianam Religionem adversus Ethnicos defenderunt, illustre etiam est nomen S. ATHANASII, Episcopi Alexandrini, qui A. C. 373. diem obiit. Inter ejus scripta familiam ducit λόγος κατὰ Ἑλλήνων, *contra Gentes liber*, qui in aliis κατὰ εἰδώλων, *contra idola*, inscribitur. Hieronymus de scriptor. Eccles. cap. 87. *feruntur ejus adversus Gentes libri duo.* Græcus interpres junior utique Sophronio: φέρονται αὐτοῦ κατὰ Ἐθνῶν λόγοι δύο. Nempe apparet Hieronymum pro secundo contra Gentes libro habuisse λόγον περὶ ἐνανθρωπήσεως, *de incarnatione*, a) qui libro priori, Gentibus pariter ac

a) Inscriptio integra est: λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ.

ac Judæis oppositus & à Photio ſeparatim poſt illum commemoratur, in fragmento Bibliothecæ, quod vetuſtiſſimo Codici Operum Athanaſii Baſileenſi præmiſſum Petrus Nannius reperit: *λογικοῖς τι μεθόδοις ἐ τι γυμνῶς καὶ μειρακιωδῶς ὥσπερ οἱ παῖδες καὶ ἐπιμαθεῖς, ἀλλὰ φιλοσόφως τι καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀποκέχρηται· γραφικαῖς τε μαρτυρίαις καὶ ἀποδείξεσιν εἰς τὸ καρτερὸν κατωχύρωται· καὶ μάλιστάγε ὁ κατὰ Ἑλλήνων, ὅ, τε περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰρημένος. Et tamen exploratum eſt,* inquit eruditiſſ. Montfauconus, *hoſce libros, qualibet tandem ferantur inſcriptione, eosdem ipſos eſſe, qui memorantur ab Hieronymo. Nam ex modo ordiendi b) poſterior liber nativa ſerie cohaeret cum priore, & magna pars initio contra Gentes ac fœdiſſima confictorum numinum ſimulacra, conſcripta fuit: reliqua vero de Incarnatione; ita ut jure ac merito illum utroque nomine inſcribere facultas fuerit. Editi tamen ac Codices omnes, poſtremum* de Incarnatione *inſcribunt.* Ante Arianam hæreſin exortam ſcripti videntur ad Macarium quendam in Chriſtiana religione confirmandum, quem alloquitur in utriusque libri exordio, & ſub extremum ſecundi, p. 95. 96. edit. novæ: *ταῦτα μέν σοι παρ' ἡμῶν δι' ὀλίγων, ὅσον πρὸς στοιχείωσιν καὶ χαρακτῆρα τῆς πρὸς Χριστὸν πίστεως καὶ τῆς θείας αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας ἀνατεθείσθω, ὦ φιλόχριστε Θεοῦ ἄνθρωπε. Styli porro genus quod ſpectat, fateare neceſſe eſt, vix quidpiam eo in genere tanta concinnitate adornatum fuiſſe: mirere ſane ſales, vim argumenti, eruditionem variam, maxime vero in prima Oratione, quæ inter primarios tanti Viri fœtus locum habet. Vides Athanaſium nihil eorum quæ Gentilium theologiam, ſive potius ματαιολογίαν ſpectant ignorare, inque libris Homeri, Platonis aliorumque ſcriptorum verſatiſſimum eſſe, ut decebat eum, qui hujusmodi operam ſuſcepit. In Oratione porro de Incarnatione, validis argumentis commonſtrat veritatem Religionis Chriſtianæ & Incarnationis JESU CHRIRSTI.* Laudatur Oratio contra Gentes *ὁ κατὰ εἰδώλων λόγος* in Synodo Nicæna ſecunda, *λόγος περὶ ἐνανθρωπήσεως* à Theodoreto dialog. 3. & in ejusdem Synodi ſecundæ Nicænæ actis ab Adriano I. Papa

b) Initium libri de incarnatione: *αὐτάρκως ἐν τοῖς πρὸ τούτων, ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες, περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης καὶ τῆς τούτων δεισιδαιμονίας* &c. *φέρε κατὰ ἀκολουθίαν, Μακάριε καὶ καλῶς φιλόχριστε, τῇ περὶ τῆς εὐσεβείας πίστει καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου διηγησώμεθα, καὶ περὶ τῆς θείας αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας δηλώσωμεν, ἣν Ἰουδαῖοι μὲν διαβάλλουσι, Ἕλληνες δὲ χλευάζουσι, ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦμεν.*

Digitized by Google

Papa Epist. ad Constantinum & Irenem Impp. Conjectura Petri Allixii, qui ad scriptorem antiquiorem, qui ad sæculi secundi finem floruerit, hosce libros maluit referre, refellit Clarissimus Caveus. Versionem Syriacam libri de incarnatione compositam circa A.C. 564. ex Syria A. 1717. Romam secum attulit Josephus Assemanus, Maronita. Latinam versionem ante celeberr. Montfauconum & Petrum Nannium adornaverat Omnibonus Leonicenus, sed & Ambrosius Camaldulensis, cujus versionem etiam cum libris Athanasio suppositis contra Arianos edidit Jo. Bugenhagius Witeberg. 1532. 8. præmissa B. Lutheri nostri præfatione. Analysin uti cæterorum scriptorum S. Athanasii ita etiam librorum adversus Gentes exhibet Abrahamus Scultetus parte secunda medullæ Patrum.

Editiones S. ATHANASII.

Latine.

Athanasii explanationes Symboli, Orat. Dominicæ, salutationis Evangelicæ ex Thomæ Aquin. Codicibus collectæ. Rom. 1481. 4.

Contra Gentiles & de incarnatione & alia Opuscula quædam, nempe Orationes tres contra Arianos, Epistola 1. ad Serapionem, liber de incarnatione contra Arium & Apollinarium, & Disputatio contra Arium in Synodo Nicæna, *Omnibono Leoniceno* interprete, cujus Epistola ad Paulum II. præmittitur. Vincentiæ apud Leonhardum Basileensem cum Barnabæ Celsani ad Petrum Brutum Episcopum Epistola. 1482. fol.

De 40. variis Quæstionibus liber *Jo. Reuchlino* interprete, cum ejus annotationibus. Tubing. 1515. Hagenoæ 1519. 4. & Rom. 1523.

Athanasii Opera (suppositia maximam partem) cum præfat. Nicolai Beraldi Paris. apud Jo. Parvum 1519. (in quibusdam exemplis 1520.) fol. 1) *In Epistolas Pauli* (non Athanasii sed Theophylacti) ex versione Christophori de Persona ad Sixtum IV. Rom. 1477. pridem vulgata. 2) *Contra Gentiles & de incarnatione*, Ambrosio Camaldulensi interprete. 3) *Disp. contra Arium*, Probo judice. 4) *In vim Psalmorum*, sive fragmentum Epistolæ ad Marcellinum de Psalmorum interpretatione, ex versione Angeli Politiani. 5) *Liber de exhortatione Monachorum*. 6) *De passione imaginis CHristi Berytensis*. 7) *Epistola* Romanorum Pontificum Marci, Julii & Ægyptiorum ad Athanas. & Athanasii Ægyptiorumque Episcoporum ad Marcum, Juliumque & Julii Papæ, Liberii, Felicis ad Orientales.

8) *Qua-*

Digitized by Google

8. *Quaestiones ad Antiochum*, sed pauciores quàm hodie exstant. Addita vita Athanasii per Jo. Tortelium Aretinum, cum ejusdem Epistola ad Eugenium IV.

Opuscula Athanasii ex *Ambrosii Camaldulensis*, *Christoph. Persona*, *Angeli Politiani*, *Joannis Capnionis* & aliorum versione, recusa Francof. apud Knoblochium & Argent. 1522. fol.

Opuscula alia ex interpretatione *Erasmi*. Basil. 1527. & Tomo VIII. Erasmi Operum.

Ex variorum interpretatione Colon. 1532. 8. apud Cervicornum & eodem anno, Lugduni. Praefationes Editionibus A. 1482. 1520. & Lugdunensi 1532. praemissas Montfauconus exhibet in T. 2. novae collectionis Patrum.

Athanasii Opera à *Petro Nannio* Alcmariano, Professore Lovaniensi, diligenter collecta & Latine etiam felicius reddita Basil. * 1556. & 1564. quatuor Tomis, quorum tres primores à Nannio, quartus ab aliis versa continet. & Paris. 1572. & 1581. quibus in postremis editionibus quinquepartitis Vita S. Antonii cum dialogis V. de Trinitate, Beza interprete ex edit. Anni 1570. 8. & Epistola ad Ammonium accessit. Atque iterum Paris. 1608. & 1612. ex recensione & cum notis marginalibus *Frontonis Ducai*, in qua postrema Graece & Latine addita est vita S. Antonii, qualem David Hoeschelius vulgaverat. Basileensem Nannii editionem recenset Bellarminus de scriptoribus Eccles. Parisienses Possevinus.

Epistola ad Amunem, Festalisque undequadragesima & ad Rufinianum. Paris. 1574.

Nonnullae S. Athanasii homiliae, in Bibliotheca Concionatoria Francisci Combefis. Paris. 1662. fol.

Graece & Latine.

Cum versione Petri Nannii & aliorum, Heidelbergae ex officina *Commelini* 1601. fol. 2. Vol. addita à *Petro Felckmanno* appendice notisque & Variis Lect. ex Codice Doxopatri Basileensi, collato cum aliis MSS. Graeca in hac edit. ex Codicibus Palatinis & Augustanis expressa sunt, additique egregii indices. Haec editio recensetur à Possevino in Apparatu.

L Parisien-

* Paucae quaedam Latinii Latinii in hanc edit. observationes leguntur in ejus Bibliotheca sacro profana p. 181.

Digitized by Google

Parisiensis Anni 1627. fol. duobus Vol. curante *Jo. Piscatore*, quæ utut nitida & plenior, additis præter vitam Antonii variis homiliis, tamen in Græcis & versione haud pauca mutavit satis infeliciter, Benedictinorum & Baluzii præf. ad opuscula postuma Petri de Marca judicio, & Varias Lectiones Felckmanni minime contemnendas omisit, indicesque minus accuratos ac locupletes, Caveo notante, exhibet. Recenset hanc editionem Labbeus & ex Labbeo Hendreichius in pandectis Brandenburg.

Lipsiensis 1686. fol. ** quæ Coloniæ nomen falso præscriptum habet, Parisiensem ex asse refert, nisi quod minus emendata est, adjunctumque habet syntagma doctrinæ, quod anno priore ediderat Parisiis Andreas Arnoldus Norimbergensis. Tomus supplementi, quem promittit Tentzelius in dialogis menstruis Germanice editis 1698. pag. 448. nunquam vidit lucem.

Parisiensis Anni 1698. fol. † tribus Vol. plenior longe accuratiorque, ad MSS. Codices diligenter recensita, divisa in sectiones, & ordine temporum disposita, versioneque vel nova vel longe castigatiore (est enim non raro ubi Nannius †† etiam, præclare licet de Athanasio promeritus, cespitavit,) & notis eruditis, indicibus locupletissimis, pluribusque novis Athanasii opusculis & Onomastico sive Lexico vocum minus obviarum locupletata, curante post *Jac. Loppinum* * A. 1693. 22. Dec. denatum, ejusdem ordinis Benedictini, Monacho doctissimo & multis aliis nominibus meritissimo de Ecclesia pariter & bonis litteris, *Bernardo de Montfaucon*, qui interjecto

** Acta Erud. 1686. p. 270.

† Hujus editionis suscipiendæ se svasorem fuisse profitetur Casimirus Oudinus in triade diss. p. 75. & in ea adornanda etiam elaborasse Antonium Pouget, Benedictinum. p. 76. Conatu laudatissimo ordinem chronologicum in illa observare instituit celeberrimus Montfauconus. Cum autem de plerisque non constet certo plane, hinc ordinem Materiarum præferri optabat Tillemontius, quo Athanasii scripta digerit T. 8. memor. p. 732. seqq. Post Diariorum literariorum scriptores Anni 1698. & 1699. Historiam Operum eruditorum Basnagianam. Ephemerides literarias Parisienses, Acta Erud. Lipsiensia, Ludolphi Neocori Bibl. Novorum libror. Jac. Bernardi Novellas Reip. litterariæ &c. diligentius illam edit. recensui T. V. Bibl. Græcæ p. 300. seq. Vide etiam, si placet, Oudinum de Scriptoribus Eccles. T. I. p. 380. seq.

†† Notarunt hoc Hermantius præf. ad vitam Athanasii ac Montfauconus ad Athanasium passim, & in Palæographia Græca p. 343.

* Hist. des Ouvrag. des Savans A. 1689. Mars p. 91.

Digitized by Google

terjecto tempore alia etiam Athanasii Opuscula & fragmenta secundis curis reperta Græce & Latine vulgavit Tomo secundo novæ collectionis veterum Patrum, Paris. 1706. fol.

XVIII. Ex scriptis GREGORII NAZIANZENI, qui postquam Episcopatu CPolitano A. C. 381. se abdicasset extinctus est decennio post A. 391. commemorandi hoc loco veniunt *in Julianum* Imp. Apostatam λόγοι στηλιτευτικοὶ sive Philippicæ, ut vocantur à Valesio ad Ammian. XXII. 12. invectivæ duæ. T. 1. edit. Græco-Lat. Paris. 1609. & 1630. Lips. 1690. fol. prior incipit: ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη. altera: ἔτος δὴ τῶν ἐμῶν λόγων. p. 49. & 109. Post Apostatæ mortem * scriptæ, ut patet ex p. 68. 76. 86. 93. seq. 102. 113. seq. & clarissime 122. 130. 132. & p. 116. seq. ubi de nece Juliani variæ sententiæ exponuntur, & p. 120. sepulturæ Tarsi factæ & Joviniani successoris mentio, pacisque à Persis cum illo durissimis conditionibus initæ p. 118. Cur *steliteuticas* inscripserit, docet p. 91. ut nempe στηλιτευθῇ τοῖς μετέπειτα *velut columnæ* ** *insculpta posteris traderetur* Juliani truculentia & impietas. Atque hanc στηλογραφίαν suam columnis Herculis clariorem à se statui affirmat p. 134. similiter στήλας pro monumentis ponit Orat. X. p. 164. Græce cum scholiis Græcis & *Nonni* collectione Historiarum notisque suis edidit separatim *Rich. Montacutius*, Etonæ 1610. 4. additis Oratione in Martyres εἰς τοὺς Μάρτυρας, & altera contra Arianos, κατὰ Ἀρειανῶν, nec non Testamento Nazianzeni & Epistolis decem antea ineditis, atque in Opera Nazianzeni Variis Lectionibus ex Codd. MSS. Savil. Prior invectiva Græce etiam lucem vidit Paris. 1531. 4. apud Wechelum. Latine verterunt Pirckeimerus & Billius. Pirckeimeri versio prodiit primum Norimb. 1528. 8.

Ejusdem Nazianzeni Carmen LXI. *ad Nemesium* JCtum, ut desinat Idola colere. T. 2. p. 138. Incipit:

ὄμμα δίκης μύθων τε Νεμέσιε - -

Hoc inter alia Nazianzeni Græce ac Latine ediderat Aldus Manutius Venet. 1504. 4.

* Vir doctissimus Petrus Cunæus perperam scripsit Nazianzenum his orationibus perstrinxisse Julianum adhuc vivum ac spirantem, unde reprehenditur à Petro Bælio in Lexico Historico, vocabulo Nanzianz. Vide & Tillemont. T. IX. memor. H. E. pag. 361.

** Confer Andreæ Dounæi notas ad Chrysost. T. 8. p. 348. Francisci Scorsi ad Theophanem Cerameum p. 449. Dio lib. XLIII. p. 217. D. dixit στηλοκοπεῖν.

Digitized by Google

Ejusdem ἀπόρρητα sive *arcana* carmina, quibus inter alia Philosophorum errores *de origine rerum, de providentia, de anima* confutantur T. 2. p. 165. 167. 170. Hæc primum cum Latina versione sua & paraphraseos Nicetæ versione edidit Jac. Billius Paris. 1575. 8. inde sine illa paraphrasi Jo. Hornschuchius Lipsiæ 1645. 8. Græce & Latine: Græce vero cum paraphrasi Græca prosaria (prima tantum sex capita) David Hœschelius è MS. Bibl. Augustanæ, Lugd. Bat. 1591. 8. De Nazianzeno ipso & aliis illius scriptis atque editionibus dictum à me abunde est T. 7. Bibl. Græcæ p. 508. seqq.

XIX. S. BASILIUM quoque, Gregorii Nazianzeni amicum inter defensores religionis præterire nefas fuerit, vel ob præclaras illas homilias *in Hexaëmeron*, in quibus luculenta adversus atheos argumenta, & ad optimi Opificis laudes, potentiam, sapientiam ac bonitatem agnoscendam ac prædicandam documenta lectoribus veritatis cupidis exhibentur. Sunt vero

Εἰς τὴν ἑξαήμερον, in Hexaëmeron Homiliæ IX. Ex his pleraque ad verbum expressit *S. Ambrosius* libris VI. *a)* in Hexaëmeron, qui etiamnum supersunt. *Easdem* Eustathius *sive* Eustachius (Afer) *vir disertissimus ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctissimi viri* (Basilii) *facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur, qui usque ad hominis conditionem novem libros tetendit,* ut notat Cassiodorus cap. 1. divinar. Lect. Quæ versio sorori *Syncleticæ*. Diaconissæ *b)* ab Eustathio dicata, & memorata etiam Sigeberto Gemblacensi cap. 21. de S. E. & Bedæ sive Junilio præf. in Genesin: prodiit Nicolao Fabro curante, exstatque in Bibliotheca Patrum Paris. 1654. Tomo I. atque in Latinis S. Basilii editionibus novissimis, & ad calcem Tomi primi editionis Græco-Lat. luculentæ *c)* operum Basilii novæ Paris. 1721.

a) Homilia *prima* Basilii respondet primis sex libri primi Ambrosii capitibus, *secunda* capitibus reliquis quatuor ejusdem libri. *Tertia* libro integro secundo. *Quarta* capitibus primoribus quinque & *Quinta* cæteris duodecim tertii libri. *Sexta* libro quarto. *Septima* libri quinti capitibus prioribus undecim. *Octava* posterioribus. *Nona* denique libro sexto.

b) Hæc Syncletice, cujus ut æqualis suæ Sedulius in præf. Operis Paschalis meminit, non confundenda cum S. Syncletice antiquiore, de cujus vita dixi inter scripta S. Athanasio supposita lib. 5. Bibl. Græcæ cap. 2. n. 84.

c) Acta Erud. 1722. p. 465. Journal des Sav. A. 1720. pag. 452. & A. 1721. Dec. p. 683. Europe Savante T. 12. p. 145. &c.

Digitized by Google

rif. 1721. fol. curantibus Monachis Benedictinis Juliano Garnerio & Francifco Faverolles.

Dionyfii quoque *Exigui* verfionem Clariff. Caveus & ante eum Poffevinus & Ellies du Pin memorat. Sed vereor ne Greg. Nyffenus, quem à Dionyfio Latine redditum conftat, memoriæ eorum fit obverfatus; vel, ut B. Doctori meo Tho. Ittigio obfervatum, verba Tilmanni non recte intellecta illos induxerint, ut Bafilium quoque ab eo verfum affirmarent. Inter recentiores primus Bafilium interpretatus eft Latine *Johannes Argyropylus*, cujus verfio in operibus Bafilii Anno 1565. fol. Latine Bafileæ vulgatis, & à *Godfrido Tilmanno* recognita in cæteris Latinis & Græco-Latinis Bafilii editionibus occurrit.

Hinc *Joachimus Perionius* Parif. 1552. in cujus interpretatione plura notat ac reprehendit Poffevinus Tom. 1. Apparatus facri pag. 184. feq.

Jani Cornarii verfionem invenies in editione operum Bafilii Latina Bafil. 1552. fol. Eamque paffim præfert *Fronto Ducaus* in notis ad hoc Bafilii opus.

Victorini Strigelii interpretatio feparatim lucem vidit Lipfiæ 1566. 8.

Gallice prodiit Joanne à Sancto Francifco interprete. Parif. 1616. 8.

Laudant Bafilium in Hexaëmeron certatim veteres, Nazianzenus, *d)* Nyffenus, *e)* Hieronymus, *f)* Photius, *g)* Svidas, *h)* aliique. Ante Bafilium in Hexaëmeron qui fcripfere, temporis injuria interciderunt omnes præter Philonem Judæum, ut Rhodon Tatiani difcipulus, Hippolytus & Origenes Hieronymo laudati, Juftinusque Martyr, Hieracas, & alii complures, quos Anaftafius Sinaita *i)* commemorat.

d) Nazianzenus Orat. 20. in S. Bafilium: ὅταν τὴν ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι.

e) Nyffenus in Hexaëm. T. 1. pag. 5. cum dixiffet fe neutiquam velle ἀντιδογματίζειν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφηθέντων, fubjungit: ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κεκρατήσθω, καὶ μόνης τῆς θεοπνεύστου διαθήκης τὰ δευτερεῖα φερέσθω.

f) Hieron. Catalogo c. 116. & Epift. 55.

g) Photius Cod. 141.

h) Suidas in Βασίλειος. Vide & Socratem IV. 26.

i) Anaftafius 7. in Hexaëm. cujus verba Græce produxit V. C. Michaël le Qvien ad Damafce-

morat. Poſt Baſilium ſcriptores hujus argumenti tulere ætatem Græci ſcriptores Nyſſenus, Euſtathius, Anaſtaſius, Johannes Philoponus.

Homilia X. & XI. de opificio hominis, quæ velut Baſilii in Græcis editionibus pluribusque MSS. ut in Cæſareo apud Lambec. III. pag. 122. & in verſionibus Cornarii, Perionii, Strigelii, atque in Latinis Baſilii editionibus plerisque è Wolfg. Muſculi Argyropulum ſupplere ſtudentis interpretatione ſubjiciuntur, at in Græco-Latinis omiſſæ ſunt, quoniam multi veterum teſtantur Baſilium non ulterius progreſſum, nec de hominis ſtructura tractaſſe. Tamen illas poſt longum morbum à Baſilio revera additas, eique adeo vindicandas eſſe *i)* contendit *Franciſcus Combefiſius*, qui eas MSS. *k)* emendavit & ſupplevit, & cum argumentis, quæ in Codice Regio præfiguntur, in capita diſtinctas addita nova verſione ſua notisque dedit T. 1. Baſilii recenſiti, pag. 418. ſeq. ſubjuncta etiam pag. 524. homilia de paradiſo, quæ inter diverſas eſt trigeſima & T. 1. p. 625. edit. Græco-Lat. Anni 1618. legitur. Certe Homiliam X. & XI. à Greg. Nyſſeno adjunctas Baſilii operi non eſſe, docet luculentus quem ab eo ſupplementi Baſiliani loco habemus liber de opificio hominis, & inter cujus opera illæ duæ Homiliæ T. 1. p. 139. 153. leguntur cum verſione *Petri Franciſci Zini.*

XX. Neque GREGORIUS alter, S. Baſilii frater, *Nyſſenus* ſive *Nyſſanenſis* in Cappadocia Epiſcopus prætereundus, quem circa A. C. 395. ex hac vita diſceſſiſſe, viri docti non inveriſimiliter ſuſpicantur. Sane quidem *apologeticus* ejus pro Baſilii *in* Hexaëmeron opere, defenſionem Moyſis continet, & pulcherrimus liber *de opificio hominis*, inſignia ſuppeditat argumenta pro DEI potentia, ſapientiaque & in homines bonitate ſingulari: tum de animæ natura & immortalitate philoſophorum errores rejicit, & objectiones diſſolvit. Quanquam vero liber de anima, qui Tom. 1. edit. Pariſ. A. 1615. p. 922. & edit. A. 1638. T. 2. p. 90. legitur, non Nyſſeni eſt, ſed ex *Nemeſii* de natura hominis libro lectu digniſſimo petitum apoſpaſma-

maſcenum T. 1. pag. 174. Alium ex libro 1. Fronto Ducæus in limine notarum ad Baſilium.

k) dubitat Tillemontius Tom. IX. pag. 682. negat Julianus Garnerius & Combefiſium refutat.

l) Codex Bodlej. 3011. in tribus his orationibus plurima aliter legit, & ſubinde locupletior eſt.

Digitized by Google

ſpaſmation: tamen etiam alium Gregorii Nyſſeni libellum *de anima ad Tatianum* ex Codice MS. Bibl. Regis Chriſtianiſſimi edidit Nicolaus le Nourri, addita D. Franciſci Faverolles verſione, Pariſ. 1697. 8. T. 2. apparat. ad Biblioth. maximam Vet. Patrum p. 736--749. Incipit: Τὸν περὶ ψυχῆς σοι λόγον ἐκέλευσας ἡμῖν, θαυμάσιε Ταλιανέ. Præclarus quoque ad dogma de animæ immortalitate & reſurrectione mortuorum confirmandum, eſt liber ejusdem Nyſſeni ſive dialogus cum ſorore Macrina, Baſilium fratrem A. C. 379. extinctum lugente, qui inſcribitur *Macrinia*, Διάλεξις τῆς ὁσίας Μακρίνης μετὰ τοῦ ἰδίου αὐτῆς ἀδελφοῦ, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, περὶ ψυχῆς. In hoc libro, qui T. 2. edit. operum Nyſſeni Græco-Lat. Pariſ. A. 1615. p. 613--692. & locis quibusdam emendatior in edit. A. 1638. T. 3. p. 181. legitur, innumera loca ex duobus bonæ notæ Codicibus MSS. Uffenbachiano & Haſſelmanniano correxit, nonnulla etiam ſupplevit Rev. noſter Jo. Chriſtophorus Wolfius T. 2. anecdotor. Græcor. p. 274--330. & T. 3. p. 1--47. Hamb. 1722. 1723. 8. Sed exſtat & libellus Nyſſeni πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, *adverſus Ethnicos* de DEO Trino, *ex communibus notionibus* T. 1. p. 914--921. edit. Græco-Lat. Pariſ. 1615. & edit. 1638. T. 2. p. 82. & *teſtimonia adverſus Judæos*, Ἐκλογὴ μαρτυριῶν πρὸς Ἰουδαίους, Græce & Latine * vulgata a clariſſimo viro Laurentio Alexandro Zaccagnio in collectaneis monumentorum veterum Eccleſiæ Græcæ, Rom. 1698. 4. pag. 288--329. Homilia *de reſurrectione Chriſti*, ὅτι κατὰ μηδὲν ἀλλήλοις ἐναντιωθέντες οἱ Εὐαγγελισταί, *quod nullo modo contrarii inter ſe ſint Evangeliſtæ*, T. 2. Operum Nyſſeni A. 1615. p. 832--848. cum verſ. Laurentii Siſanii, & T. 3. edit. A. 1638. p. 400. Eandem homiliam ſub *Heſychii* Hieroſol. nomine vulgavit Græce & Latine Franciſcus Combefiſius T. 1. auctarii novi pag. 743. Incipit: Πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν ἀναδέχονται. Omitto, quæ de Nyſſeno aliisque ejus ſcriptis & operum editionibus dicta ſunt T. 8. Bibl. Græcæ p. 143. ſeq. ſicut de Baſilio p. 60. ſeq.

XXI. Non pauca etiam ad veritatem Religionis Chriſtianæ aſſerendam peti poſſunt in ſcriptis & commentariis maximi atque eloquentiſſimi Eccleſiæ Doctoris, JOANNIS CHRYSOSTOMI, Epiſcopi CPolitani, quem conſtat in exilio obiiſſe A. C. 407. & de cujus vita, donec tomus ultimus editionis luculentæ ejus operum, quam celeber. Montfaucono debere

* Latine cum Laur. Siſanii verſione prodierat in Nyſſeni operibus Pariſ. A. 1615. T. 1. p. 983--944. & A. 1638. T. 2. p. 153. In Græco autem recte abeſt locus, ubi Nazianzenus & Chryſoſtomus citantur.

debere cœpimus, viderit lucem, consulendus (præter Tillemontium T. XI. memor. & Godfr. Hermantium) Vir doctiss. qui singulari diligentia in hoc argumento versatus est David Blondellus Opere Gallice edito de Primatu in Ecclesia Genev. 1641. fol. p. 1229-1268. Speciatim ex Chrysostomi scriptis huc faciunt:

1. Πρός τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας ἀπόδειξις ὅτι ἐστὶ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἐκ τῶν παρὰ τοῖς Προφήταις πολλαχοῦ περὶ αὐτοῦ εἰρημένων. *Adversus Iudaeos & Gentiles demonstratio, quod Christus sit DEUS, ex iis, quæ multis in locis de eo dicta sunt apud Prophetas.* Incipit: Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, & Græce exstat T. VI. edit. Savil. p. 622. & cum incerti interpretatione T. V. Frontonis Ducæi p. 735. sed cum nova celeberrimi Montfauconi in T. 1. edit. ab eo curatæ p. 558.

2. Κατὰ Ἰουδαίων, λόγοι ς'. *adversus Iudaeos*, Homiliæ VIII. ex quibus sex Græce occurrunt in edit. Savil. T. 6. p. 366. Græce & Latine in Ducæana T. 1. p. 383. & octo in Montfauconiana T. 1. p. 587. ubi Oratio prima cum versione Davidis Hœschelii, secunda & tertia Frontonis Ducæi, & quinque posteriores cum interpretatione Erasmi, sed locis aliquot emendata exhibentur. Primam & posteriores quinque Græce primus cum notis ediderat David Hœschelius tribus MSS. usus, Palatino, Augustano & Cyprio Augustæ Vindel. 1602. 8. Latinamque versionem primæ suam, cæterarum Erasmi adjunxerat. De quo Ducæus in notis p. 83. *licet nostræ communionis non sit, bona tamen fide textum exhibuit.* Secunda ad eos, qui cum Judæis jejunant, apud Savilium occurrit T. 6. pag. 640. & apud Ducæum T. 6. p. 640. media parte mutila: Tertiam in eos, qui primo Pascha jejunant, dat Savilius T. 6. p. 377. & Ducæus p. 628. de cujus homiliæ argumento adi si juvat Tillemontium T. 6. memoriar. H. E. pag. 815. seq. Etiam inter dubia Chrysostomi, legitur sermo in æneum serpentem contra Judæos, qui incipit, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀδελφοὶ, T. 7. Savil. p. 448. sed qui *Severianum* Gabalensem in Syria Episcopum, Chrysostomi æqualem & æmulum auctorem agnoscit.

3. Λόγος εἰς τὸν μακάριον Βαβύλαν, καὶ κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ πρὸς Ἕλληνας. *Liber de Babyla Antiocheno Martyre, & contra Iulianum & contra Gentiles.* Incipit: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς μέλλων πρὸς τὸ πάθος. T. V. edit. Savil. p. 442. & cum versione Germani Brixii, Altissiodorensis, Canonici Paris. T. 1. edit. Ducæanæ p. 645. & quoniam Brixii interpretatio

Digitized by Google

tatio paraphrasin magis sapit, cum nova Montfauconi versione in ejus edit. T. 2. p. 536. Ante Brixium * verterat Jo. Oecolampadius.

4. Homilia quarta εἰς τ. ἅγιον Ἀπόστολον de laudibus Pauli, in qua egregia pro divinitate vocationis Apostoli adversus Gentes disputatio. Incipit: Ὁ μακάριος Παῦλος ὁ τήμερον. Græce T. 8. Savil. p. 42. & cum veteri Aniani versione fideli ac perspicua, T. 5. edit. Ducæi p. 528. & in nova Montfauconiana T. 2. p. 490.

5. Liber adversus eos, qui *Providentiam* in dubium vocant, offensi calamitatibus piorum. Incipit: Ἰατρῶν μὲν παῖδας ὅταν πυρέττοντάς τινας. Græce T. 7. Savil. p. 1. & cum Frontonis Ducæi versione T. 5. edit. Ducæanæ p. 766. & novissimæ Montfauconianæ T. 3. p. 465. Quare bonis viris mala fiant, acute etiam disputat Chrysostomus & octo causas exponit homilia 1. ad Populum Antiochenum, quæ incipit ἠκούσατε τῆς Ἀποστολικῆς. Latine vertit Bernardus Brixianus Antwerp. 1542. 8. quam versionem in sua etiam Græco-Latina editione Ducæus servavit T. 1. p. 1. Græce exstant hæ homiliæ T. 6. Savil. p. 447. & cum versione Brixiani variis locis castigata T. 2. edit. Montfaucon. p. 1.

6. *De Providentia DEI* ad vexatum à dæmone *Stagirium* Monachum libri tres, Græce T. 6. Savil. p. 84. & una cum incerti interpretis versione, T. 4. Ducæi p. 138. & multis emendata locis T. 1. Montfaucon. p. 154. Latina incerti versio lucem viderat Alosti in Flandria 1487. 4. una cum sermone de humanæ originis dignitate. Incipit liber primus ἔδει μὲν ἡμᾶς ὦ φίλτατε πάντων ἐμοὶ Σταγείριε. Meminit hujus operis Socrates VI. 3. ubi perperam Valesius: *adversus Stagirium.* Gallice interpretatus est Godfridus Hermantius. Varias Lectiones Codicis non contemnendi MS. Uffenbachiani exstant in Catalogo manu exaratorum Codicum Nobilissimi viri D. Zachariæ Conradi ab Uffenbach p. 435--458. Ambrosii Camaldulensis Præfatio ad versionem suam, quæ incipit: *Oportuerat quidem, o mibi amantissime,* occurrit in tomo tertio collectionis novissimæ veterum scriptorum & monumentorum, curante Edmundo Martene & Ursino Durando editorum (Paris. 1723. fol.) p. 695.

7. *De fato & Providentia* homilias sex Græce typis Regiis vulgavit Fed. Morellus Paris. 1586. 8. Latine vertit *Christophorus Hegendorphinus* ad calcem commentariorum ad Marcum, Hagenoæ 1533. 8. Præter Hegendorphinum *Joannes Checus* Cantabrigiensis, cujus versionem Ducæus servavit T. 1. p. 714. Exstant etiam Græce T. 6. Savil. p. 863. & cum nova

 versione

* Vide Erasmum lib. XXVI. Epist. 59.

versione in edit. laudatissimi Montfauconi T. 2. p. 752. qui has homilias Chrysostomi esse dubitat. Prima incipit: πολλῆς γέμει ταραχῆς.

8. *De resurrectione mortuorum* homilia, quæ incipit: περὶ δογμάτων ὑμῖν. Græce T. 6. Savil. pag. 703. & cum incerti versione T. 5. Ducæi p. 450. & cum eadem interpretatione, sed variis castigata locis, T. 2. Montfaucon. p. 422.

Editiones Operum S. CHRYSOSTOMI.

Latine.

A. 1503. fol. Venetiis 2. Voluminibus, apud Aldum. Hac editione usus Eduardus Leus, ut notat Erasmus ad annot. XV. Lei T. 9. Opp. p. 120. *Unde nactus igitur Leus quod citat ex Chrysostomo? Erat Leo codex ex officina Aldina* &c. Ibidem negat se illa reperire potuisse in duabus Basileensibus editionibus A. 1517. & 1522.

1504. fol. Basileæ ex officina Jacobi de Pfortzen, Venetam referens. Basileensem hanc pro omnium antiquissima perperam habuere Fronto Ducæus, Elias du Pin & Rich. Simon.

1517. fol. ibidem, tribus Tomis, quæ editio fuit in Bibliotheca B. Doctoris mei, Thomæ Ittigii.

1522. fol. Basileæ apud Andream Cratandrum, quinque Vol.

1524. fol. Petro Gromorso excudente, apud inclutam Galliæ Pariseam.

1530. 1533. fol. Basileæ, apud Frobenium, ex Erasmi * recensione tomis quinque. Hæc editio recensetur à Gesnero in Bibliotheca.

1543. Paris. quinque Vol. ex officina Carolæ Guillard.

1546. Paris. fol. ex castigatione *Jo. Eucherii* Vernoliensis.

1547. fol. Basileæ apud Frobenium ex recensione *Sigismundi Gelenii.*

1556. Paris. fol. quinque Volum. recensente *Philippo Montano,*

1558. Basil. fol. Geleniana repetita.

1570. fol. Paris. apud Guil. Morlin, ex iterata recognitione *Philippi Montani*, qui Græcis collatis innumera loca restituisse se profitetur.

A. 1574.

* Vide Erasmi Epistolas edit. Lond. Lib. XXVIII. Epist. 4. & de Chrysostomi scriptis variis per minora volumina separatim ab eo editis Epist. 23. 24. & 83. seqq. Chrysostomi *sermones non paucos* Latine versos à *Christophoro Persona* vidisse se testatur Theodorus Gazinus sive Gaza CPolitanus. Giornale d'Italia T. 19. pag. 337. *Sermones morales numero XXV.* quos dicavit ille Marco Barbo, Patriarchæ Aquileji Cardinali S. Marci, Trithem. c. 877. de Script. Eccles.

Digitized by Google

A. 1574. fol. Venetiis, quinque Vol. curante *Gentiano Herveto*, quam editionem recenſet Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

1583. Venetiis, 4to, ** cum *Flaminii Nobilii* criticis notationibus: quinque Volum. Hic Nobilius novam editionem Græcam Operum Chryſoſtomi cum Sirleto Cardinali meditatus, obiit citius, quam illud conſilium exequi potuit.

1581. 1588. Pariſ. fol. editio nitida apud Sebaſtianum Nivellium, quinque Volum. caſtigatis verſionibus à *Jac. Billio, Gentiano Herveto, Flaminio Nobilio,* * *Franciſco Zino.*

1613. Pariſ. cura Frontonis Ducæi, quam prioribus longe præfert Labbeus.

1614. Antwerp. quinque Volum. ex Ducæana.

A. 1687. Lugduni, ſex Voluminibus, quæ melior pleniorque, etiam præter vitæ Chryſoſtomi ſcriptores notasque virorum doctorum, Nobilii, Ducæi & aliorum continet Sixti Senenſis obſervationes, & ſimilia atque adagia ab Alardo Amſtelodamo & Claudio Eſpencæo è Chryſoſtomo collecta: Epitomen Florum collectore Johanne Champaigne, Ferd. Vellofilli advertentias. Gerh. Voſſii notas in Chryſoſtomi homilias in Petrum & Paulum ac XII. Apoſtolos: Columbani Vranc malleum Calviniſtarum &c.

Ferdinandi Vellofilli Epiſcopi Lucenſis advertentiæ Theologiæ Scholaſticæ in Opera Chryſoſtomi, Hieronymi, Ambroſii & Auguſtini lucem viderant ſeparatim Venet. 1601. fol.

Græce.

A. 1529. *Veronæ* typis Stephani & fratrum à Sabio, fol. quatuor Volum. charta & typis nitidis prodiere Commentarii ſive Homiliæ Chryſoſtomi in Epiſtolas Pauli, ex unico lacero Codice auſpiciis *Jo. Matthiæ Giberti* Epiſcopi Veronenſis, cum præfat. *Maximi Donati* Veronenſis ad Clementem VII. Pontificem. Quamquam vero emendatiores paſſim hoſce commentarios poſtea edidere Commelinus, Savilius, Ducæus: tamen locis nonnullis etiam male mutaſſe quædam illos, & à genuina lectione, quæ in hac editione eſt, receſſiſſe notat Rich. Simon in Epiſtolis ſelectis T. 1. p. 72.

** Bibl. Aproſiana p. 421.

* Nobilii obſervationes Criticæ in Chryſoſtomum tomo quarto edit. Nivell. recuſæ, prodiere primum Romæ 1578. 4. cum ejus verſione Homiliarum in Epiſt. ad Philippenſes, Gregorio XIII. dicata.

Digitized by Google

A. 1612. *Etonæ* in Anglia typis Johannis Norton, Regii Typographi, castigatissima, plenissima omnium Chrysostomi operum editio lucem vidit octo voluminibus in fol. cura & impensis maximis ** *Henrici Savilis* viri præclarissimi & hoc nomine immortaliter meriti de Ecclesia & literis. Tomo *primo* exstant Homiliæ in Genesin & Psalmos. *Secundo* in Matthæum & Johannem, *tertio* & *quarto* in Epistolas Pauli, & in Acta: *quinto* Homiliæ omnis generis, etiam dubiæ quædam fidei. *Sexto* tractatus varii & Homiliæ, quemadmodum & *septimo*: sed in hoc plures quæ Chrysostomi non sunt vel certè dubia fide ad eum referuntur. Epistolæ quoque septimo Tomo occurrunt. *Octavo* denique, post scripta quædam & Homilias superioribus Tomis omissas & supplementa, scriptoresque de Chrysostomi vita, notæ virorum doctorum in tomos singulos. H. Savilis potissimum, tum *Andreæ Dounæi, Jo. Boisii*, & observationibus passim inspersis *Philippi Montani, If. Casauboni, Rich. Montacutii, Tho. Alleni, Johannis Halesii.*

Græco-Latinæ.

A. 1591--1603. fol. Heidelbergæ apud Commelin. prodiere Chrysostomi Commentarii in Novum Testamentum, quatuor Voluminibus. Quamquam vero Commelinus profitetur Commentarios in Epistolas Pauli ex Codicibus Palatinis & Augustanis cum editione Veronensi collatis emendatos esse, tamen Savilius T. 8. p. 226. testatur studium illud castigandi non observari ultra tredecim primas in Epistolam ad Romanos Homilias, in cæteris editionem Commelinianam minus etiam quam Veronensem esse castigatam. Quibusdam exemplis hujus Commelinianæ, etiam posteriores annos præfixos videas ut 1613. 1617. &c.

A. 1609. Parisiis apud Fed. Morellum Opera Chrysostomi excudi cœpere ex recensione vel versione *Frontonis Ducæi* S. I. & post duos tomos primos illo anno secundus, tertius & quartus prodiit A. 1614. tum quintus A. 1616. & sextus A. 1624. Solis primo, quarto

** Viginti Florenorum millia in hanc editionem impendisse Savilium scribit Abrahamus Sculterus in vita sua p. 26. Sed 25000. rosarum nobilium, Samuel Artopoeus pag. 249. ad Chronologicas Tabulas Schraderi. W. E. Tentzelius Epist. ad Joach. Fellerum, in Felleri filii monumentis p. 376. Jo. Wallisius Orat. inaugural. T. 1. Opp. p. 4. Christ. Wilhelmus Vollandus diss. de optimis Chrysostomi editionibus Witebergæ 1711. pag. 16.

quarto & ſexto tomo Ducæi notæ ſubjunctæ ſunt. Verſa jam, recenſuit, alia ipſe vertit, qui inter optimos interpretes numeratur judice Monteſaucono. Græca ex Saviliana editione mutuatum, multi jam annotarunt.

A. 1633. Carolus Morellus hiſce poſteriores ſex ſubjunxit, recuſos ex editione Commeliniana, * ita ut totum opus conſtet Voluminibus duodecim. Quæ in ſingulis contineantur, diligenter percenſentur à Labbeo diſſ. de Scriptoribus Eccleſiaſticis T. 1. p. 527. ſqq. Recenſuit etiam eadem præſtantiſſimus Caveus, collata Saviliana editione, & Caſimirus Oudinus T. 1. p. 700. ſeq.

A. 1636. Pariſiis ** apud Carolum Morellum & Seb. Cramoiſium recuſi ſunt poſt poſteriores illos, & Tomi primores ſex, quos Frontone Ducæo curante vulgatos jam dixi. Hanc editionem, licet velut minus emendatam non tanti ac priorem facere ſolent plerique, tamen Monteſauconus notat charta quidem minus eleganti inſtructam eſſe, ſed utique priore emendatiorem, maxime in primo, quarto & quinto tomo.

A. 1698. duodecim Volumina Pariſienſia ſervatis paginarum numeris (ſed ita, ut ſingulæ binas exprimant) emendatius recuſa ſunt Francofurti apud Balthaſarem Chriſtophorum Wuſtium. Cæterum Tomus ſupplementi, cujus ſpem fecit W. E. Tentzelius in Dialogis menſtruis Anni 1698. p. 440. non vidit lucem.

Denique Vir ſupra laudes *Bernhardus de Montfaucon*, Monachus Benedictinus novam editionem Operum Chryſoſtomi, cujus pridem ſpem fecerat T. 3. Athanaſii p. 410. jam tum ſubjicere prælo cœpit Pariſiis, omnibus hactenus commemoratis non uberiorem modo & locupletiorem, ſed longe accuratiorem quoque: caſtigatam ad Codices MSS. & dubia ſpuriaque in calce voluminum à genuinis diſtinguentem diligenter, ac nova vel emendatiore verſione, neceſſariiſque notis, & criticis cenſuris illuſtratam. Hujus quatuor hactenus Volumina prælis exierunt Pariſienſibus, primum & ſecundum

M 3

* Pariſienſes Typographi & Bibliopolæ falſo ex Ducæi recognitione cuncta ſe Chryſoſtomi edere profitentur, cum liqueat in eis plura ſordere ad quæ ſe illius diligentia non extendit. *Franciſcus Combefiſius T. 1. Bibl. Concionatoria p. 22.*

** In hujus editionis quarto & quinto Tomo addita nonnulla, quæ in priore deſiderantur Chryſoſtomi opuſcula. Sed notas in quartum tomum, & aliquot opuſcula Chryſoſtomi Latine tantum tomo quinto cuſa editor omiſit.

dum A. 1718. Tertium & quartum A. 1721. In primis tribus homiliæ varii argumenti, in tertio etiam Epistolæ, in quarto homiliæ in Genesin, cum quinque de Anna & tribus de Davide ac Saule continentur.

XXII. TITUS, *Bostrorum* Arabiæ metropolis Episcopus, Valentis temporibus, qui ab A. C. 364. ad 378. imperitavit, defunctus, scripsit inter alia libros quatuor contra Manichæos, ex quibus tantum exstant primi duo integri cum tertii initio: hi Latine pridem editi sunt ex versione Francisci Turriani in Tomo V. Lectionum Antiquarum Henrici Canisii, atque inde in Tomo quarto Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunensis. Græce ex apographo codicis Holsteniani, quod ad eum misit Vener. noster Jo. Frider. Wincklerus, addita ejusdem Turriani versione primus (utinam emendatiores) dedit in nova lectionum Canisianarum editione Amst. 1724. fol. T. I. p. 59. sq. Vir clar. Jacobus Basnage, quem initio anni hujus 1724. extinctum bonisque litteris ereptum dolemus. In libro secundo hujus Titi egregia continetur pro Providentia Numinis disputatio, & confutatio sententiæ de duobus principiis bono altero, altero malo. Quemadmodum si liber tertius & quartus exstaret, disertam pro Lege ac Prophetis, & pro Christiano dogmate apologiam haberemus. Ita enim Manichæorum errores sunt comparati, ut qui in illis confutandis cum laude versati sunt, iidem etiam inter assertores veritatis Religionis Christianæ locum non infimum mereantur. Sed ecce tibi librorum Titi argumenta:

Ὑπόθεσις τοῦ πρώτου λόγου.

Ὁ πρῶτος περιέχει λόγος ἔλεγχον καὶ ἀνασκευὴν τῶν μάλιστα κεφαλαίων τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, ὡς ἀλλοτρίως πάντη πρὸς τὰς κατὰ φύσιν κοινὰς ἐννοίας ἐχόντων.

Ὑπόθεσις τοῦ δευτέρου λόγου.

Ὁ δεύτερος ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐκ ἔκ τινος τῆς γε μὴ οὔσης ἀνάρχου κακίας καὶ ἐναντίας τῷ Θεῷ ἀρχῆς ἄνθρωπος πλημμελεῖ. Καὶ ὡς οὐδὲν κατ' οὐσίαν ἐν τοῖς οὖσι κακοῖς, οὔτε μὴν ἀνισότης ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐστι. Καὶ ὡς

Argumentum primi libri.

Primus liber continet confutationem præcipuorum capitum doctrinæ Manichæorum, utpote quæ sunt aliena penitus & cum communibus notionibus pugnantia.

Argumentum secundi libri.

Secundus liber demonstrat non peccare hominem ex malo quodam principio principii experte & DEO contrario, quale quidem nusquam existit. Et nullum esse malum secundum substantiam in iis, qui mali sunt, nec ullam inæqualitatem in nostris

Digitized by Google

ὡς μάτην καὶ λίαν ἀσεβῶς κακίζουσι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν. Καὶ ὅλως τὸν περὶ προνοίας ἅπαντα λόγον κεφαλαιωδῶς περιλαμβάνει, ἀποδεικνὺς, ὡς οὐδεμία ἀνάγκη δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπονοεῖν.

nostris rebus, & temere atque vehementer impie gubernationem universi tanquam malam reprehendi. Denique omnem de providentia disputationem summatim complectitur, docetque minime necesse esse ex rebus suspicari ullum dari alterum principium DEO contrarium.

Ὑπόθεσις τοῦ τρίτου λόγου.

Ὁ τρίτος ὑπὲρ τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν ποιεῖται λόγον, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ πάσης τῆς παλαιᾶς διαθήκης δοθείσης, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν αὐτόθι πεπραγμένων τι καὶ λελεγμένων εὔλογόν τινα κατηγορίαν ἔχει τοῦ ποιήσαντός τι καὶ λαλήσαντος. Καὶ ὡς συνῳδὰ πάντα τῇ καινῇ διαθήκῃ, ὡς μηδὲ ἐντεῦθεν ἀνάγκην εἶναι, δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ὑπονοεῖν.

Argumentum libri tertii.

Tertius liber pro Lege & Prophetis disputat, quod totum Vetus Testamentum à DEO datum sit, & nihil horum quæ in eo facta aut dicta sunt, probabilem locum præbeant accusandi eum, qui illorum fecit aliquid vel dixit. Et quod omnia cum Novo Testamento sint consentientia, ut nec ex hac parte necesse sit cogitare aliquod alterum Principium DEO contrarium.

Ὑπόθεσις τοῦ τετάρτου λόγου.

Ὁ τέταρτος ἐξαιρεῖ καὶ τὴν καινὴν Διαθήκην τῆς ἐκείνων κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, ὡς οὐδὲ πρὸς αὐτὴν παντελῶς ἐχόντων τινὰ κοινωνίαν, καὶ ὡς μάτην ἐκβιάζονται μέρη γέ τινα ταύτης πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας. Καὶ ὡς ἡ κατὰ τὸν διάβολον ὑπόθεσις οὐδὲν αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἃ λέγουσι κατὰ Θεοῦ.

Argumentum libri quarti.

Quartus liber novum Testamentum ab illorum in DEUM blasphemiâ defendit, & quod nihil prorsus cum illo (testamento) commune habeant, & frustra quaedam illius per vim trahere conentur ad impietatem suam stabiliendam. Neque dogma Christianorum de diabolo * favere Manichaeis, iisque quae adversus DEUM illi proferunt.

XXIII.

* Ita puto reddendum illum locum, neque enim placet quod habet Turrianus: *id quod diabolice subjiciunt.* Sed & in aliis subinde ab ejus interpretatione quam Clariss. Basnagius retinuit, recessi.

XXIII. Inter BASILII, Seleuciae in Iſauria Epiſcopi (qui A. C. 458. adhuc fuit in vivis) Orationes ſive homilias Graece apud Commelin. 1596. 8. & Latine cum notis Claudii Dausqueji editas 1604. 8. & utraque lingua Pariſ. 1622. fol. (cum Gregorii Thavmaturgi ſcriptis Macariique & Zonarae in Canonicas Patrum Epiſtolas.) Duodequadrageſima inſcribitur ἀπόδειξις κατὰ Ἰουδαίων, περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. *Contra Judaeos, de adventu Salvatoris demonſtratio* ex Danielis hebdomadibus. Incipit: ἐπειδήπερ πολλῆς μαρτυρίας οὔσης. Erudita & egregia diatriba atque ea ipſa quam velut antea ineditam Latine ex *Franc. Turriani* verſione vulgavit *Petrus Stevartius* in tomo ſingulari inſignium auctorum, Ingolſtad. 1616. 4. pag. 405. recuſam inde in Bibl. Patrum T. V. edit. Colon. & T. VIII. edit. Lugd. p. 495. (cum jam fuiſſet ex Claudii Dausqueji verſione in eodem Tomo p. 478.) Rigotio, Allixio, Jo. Garnerio, Caveo non videtur eſſe Baſilii Seleucienſis, quod & ſtylus repugnet, nec veterum habeat teſtimonium, neque in MSS. inter caetera Baſilii ſcripta reperiatur. Nec tamen de auctore alio conſtat, quem *Theodoritum* eſſe neſcio quo argumento affirmare quidam auſi ſunt.

XXIV. PHILIPPI ex Sida Pamphyliae urbe, Presbyteri, qui Joannis Chryſoſtomi ſyncellus fuit, ac poſt ſaeculi quinti initia claruit, MSta ſervantur in Bibl. Auguſtiſſimi Imperatoris *Acta Diſputationis de CHriſto, in Perſide inter Chriſtianos, Gentiles & Judaeos habita, cui ipſe interfuit*, excerpta ex ampliſſimo ipſius opere in * *triginta ſex Libros* diviſo, quod inſcripſit Χριστιανικὴν ἱστορίαν, ſive *Hiſtoriam Chriſtianam*, & quidem ex eo jam memoratae Hiſtoriae Libro, quo egit *de Nativitate CHriſti & de Magis*. Ipſa tituli Graeci verba cum principio *Narrationis* ſunt haec: τὰ γενόμενα ἐν Περσίδι μεταξὺ Χριστιανῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων. ΦΙΛΙΠΠΟΣ Πρεσβύτερος καὶ Σύγκελλος γενόμενος Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἀνέθετο ἱστορήσας περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Μάγων. Βασιλεύοντος Ἀρρηνάτου τῆς Περσικῆς χώρας, καὶ Ἀφροδιτιανοῦ τὴν τοῦ Ἀρχιμαγείρου διέποντος ἀξίαν, γέγονεν φιλονεικία κατ' αὐτὴν τὴν χώραν μεταξὺ Χριστιανῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων περὶ Διονυσάρου καὶ Φιλίππου τῶν ἱστοριογράφων· καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες Διονυσάρου προϊστάμενοι, οἱ δὲ Χριστιανοὶ Φιλίππου· καὶ πολλῶν κινηθέντων, συνῆξεν ὁ Βασιλεὺς πάντας τοὺς τῆς χώρας Ἐπισκόπους, ὑπὲρ ἑκατὸν γινομένους, καὶ Ἀρχιμανδρίτας οὐκ ὀλίγους· ἐν οἷς ΚΑΙ ΜΕ προε-

τρέψαντο

* Teſtatur hoc Socrates Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7. cap. 27. Niceph. XIV. 29. Photius autem Cod. 35. ex illis triginta ſex Libris vidit ac legit tantum viginti quatuor.

τρέψαντο ὑπαντῆσαι, μόνον ὄντα ἐκ Ῥωμαίων· ὡς γὰρ πάντες τῶν μερῶν ἐκείνων ἦσαν, καὶ συναθροισθέντες ὁμȣ̃ ἅπαντες, &c. Haec Lambecius lib. V. de Bibl. Caesarea p. 137. Idem hic est Philippus, cujus fragmentum insigne de scholae Alexandrinae successione vulgavit illustravitque V. C. Henr. Dodwellus ad calcem dissertationum in Irenaeum, Oxon. 1689. 8.

XXV. Inter Patres eruditione & judicio præstantes nemo negaverit eximium locum deberi THEODORETO, Cyri sive Cyrestarum Augustæ Euphratesiæ in Syria Episcopo, qui non ultra Annum 457. vitam produxit. Quanquam vero ex ejus quæstionibus & ex Commentariis in Danielem, & in alia S. Scripturæ Volumina, hæreticarumq; fabularum libris & Divinorum dogmatum epitome ad Sporacium plura colligi possunt ad defendendam religionis Veritatem mirifice facientia, tamen hoc loco ex Theodoriti monumentis, quæ exstant speciatim memoranda mihi sunt duo, cum opus ejus contra Judæos & solutiones quæstionum à Magis Persidis propositarum interciderint & nusquam reperiantur.

1. Περὶ προνοίας. *De Providentia homiliæ decem.* Nam homilias esse ex pag. 30. edit. Tigur. καὶ τὰ χθὲς εἰρημένα, & ex aliis locis patet. Antiochiæ circa A. C. 430. habitas Joannes Garnerius colligit, Ellies du Pin A. 433. Meminit hujus operis Theodoritus ipse Epist. 82. 113. & in Psal. 67. Vide Oudinum T. 1. de S. E. p. 119. Loca quædam emendat Billius II. 4. Obs. 5. Prodierunt è Bibl. Vaticana Græce *Nicolao Majorano* editore Rom. 1545. 8. & Tiguri 1546. 8. Latine vertit. ***Rudolphus Gualtherus*** ibid. atque inde *Victorinus Strigelius*, Lipsiæ 1566. 8. Græce cum Gualtheri versione notisque Paris. 1623. 8. atque sine notis in Theodoreto Sirmondi Tomo IV. Paris. 1642. fol. Gallice vertit post *Ludovicum Regium*, *Simon Goulartius*, & *Nicolaus le Sueur*, Ord. Prædicator. Paris. 1664. 12. & Librum tertium ac quartum, qui sunt de homine, Rolandus Petrus, Paris. apud Vascosanum 1555. 4.

Index eorum, quæ decem homiliis de Providentia continentur.

Ἀποδείξεις ἀπὸ Οὐρανȣ̃, καὶ Ἡλίȣ, καὶ Σελήνης, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀστέρων, λόγος α.	Sermo primus Providentiam demonstrat ex Cœlo, Sole, Luna, & reliquis Stellis.
Ἀποδείξεις ἀπὸ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ ποταμῶν, λόγος β.	Sermo secundus, idem probat ab aëre, terra, mari, ac fluviis.
Ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν τȣ̃ ἀνθρωπείȣ σώματος κατασκευῆς, λόγος γ.	Tertius eandem Providentiam confirmat ab humani corporis opificio.

Digitized by Google

Ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ τῶν ἐφευρεθεισῶν τεχνῶν, λόγος δ'.	Quartus illud idem demonſtat tum ex manibus homini conceſſis, tum etiam ab artibus, quæ ſunt excogitatæ.
Ἀποδείξεις ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ὑποταγῆς, λόγος ε.	Quintus ab Imperio, quod homo ipſe in beluas habet, ejuſdem rei demonſtrationem continet.
Ὅτι πλοῦτος καὶ πενία τῷ βίῳ χρήσιμοι, λόγος ς.	Sextus divitias & paupertatem vitæ humanæ utiles eſſe affirmat.
Ὅτι δουλεία, καὶ δεσποτεία προσφορεῖ τῷ βίῳ, λόγος ζ.	Septimus docet ſervitutem, & herilem poteſtatem ad humanam vitam utiliter conſtitutas fuiſſe.
Ὅτι τοὺς εὖ φρονοῦντας, οὐδὲ τὸ πονηροῖς δουλεύειν δεσπόταις λυμαίνεται, λόγος η.	Octavus diſputat illos, qui bonæ mentis ſunt, nihil ex eo lædi, quod pravis hominibus ſerviant.
Ὅτι οὐκ ἄκαρπος τῆς δικαιοσύνης ὁ πόνος, κἂν ἐν τῷ παρόντι βίῳ μὴ φαίνηται, καὶ περὶ ἀναστάσεως ἀπὸ φυσικῶν λογισμῶν, λόγος θ.	Nonus diſſerit Juſtitiæ ſtudium fructu nequaquam carere, quamvis in præſenti vitæ ſtatu minime appareat. Idem naturalibus rationibus reſurrectionem ipſam confirmat.
Ὅτι ἄνωθεν ὁ Θεὸς οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων κηδόμενος διετέλεσε· καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως, λόγος ι.	Decimus demonſtrat, ſuperioribus temporibus DEUM non tantum Judæorum ſed & aliorum hominum, curam habuiſſe, & de Servatoris noſtri incarnatione diſſerit.

2. Θεραπεία Ἑλληνικῶν παθῶν, *Curatio Græcarum affectionum* ſive adverſus Ethnicos libri XII. quos A. C. 427. ſcriptos & Juliano Imp. ſingillatim oppoſitos, Garnerius annotavit. Liber 1. περὶ πίστεως, fide non indignos eſſe Prophetas & Apoſtolos. 2. περὶ ἀρχῆς, de incertis Philoſophorum de principio diſputationibus: de DEO uno ac trino & de Trinitate Platonica. 3. περὶ ἀγγέλων καὶ τῶν καλουμένων Θεῶν καὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων; de angelis, diis inferioribus & malis dæmonibus. 4. περὶ ὕλης καὶ κόσμου, de materia & mundo à DEO creato. 5. περὶ φύσεως ἀνθρώπου, de natura hominis & animarum libertate ac immortalitate. 6. περὶ τῆς θείας προνοίας; de Divina providentia, & contra fatum. 7. περὶ θυσιῶν, contra

tra

Digitized by Google

tra idololatrica facrificia & de Judaicorum abrogatione. 8. περὶ τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς, de honore Martyrum. 9. περὶ νόμων, de Evangelicæ doctrinæ præ legibus & philosophorum præceptis præstantia. 10. περὶ χρησμῶν ἀληθινῶν τε καὶ ψευδῶν, de veris falsisque oraculis. 11. περὶ τέλους καὶ κρίσεως, de summo bono, & de extremo judicio. 12. περὶ πρακτικῆς ἀρετῆς, de præstantia virtutis ex præscripto Evangelii præ virtutibus Philosophorum ethnicorum. Latine ex versione *Zenobii Acciajoli* Florentini, Ord. Præd. ad Leonem X. prodiere Paris. apud Henr. Stephanum avum A. 1519. fol. *De Veritate Evangelica ex Gentium philosophia.* Acciajoli præfationem habes apud Mich. Maittaire T. 2. annal. typograph. p. 328. Recusum opus Antwerp. 1540. Latine, & inter Theodoreti opera Rom. 1556. Colon. 1567. 1573. 1617. Paris. 1617. fol. Sed Græce cum Acciajoli versione primus Theodoriti libros edidit Frid. Sylburgius, qui notas suas & castigationes indicesque addidit. Heidelbergæ apud Commelin. 1592. fol. Cum eadem Acciajoli interpretatione recudi etiam fecit Sirmondus T. 4. Opp. Theodoreti, Paris. 1642. fol. Varias Lect. è MSS. Bibl. Vaticanæ & Fulvii Ursini ex alio Codice castigationes dedit in Auctario operum Theodoreti Jo. Garnerius p. 393. sq. Exstant etiam Græce MSS. in Bibl. Bavarica Cod. 105. & 106. Gallice non ita pridem versos hos libros vulgavit illustravitque, qui eos merito magni facit *Michaël Mourgues*, S. I. in Tomo secundo Operis cui titulus *plan Theologique du Paganisme.* Tolosæ 1712. 8. Nullo modo audiendi qui opus hoc pulcherrimum Theodoreto abjudicatum ivere Rob. Cocus, Vossius Thes. Theol. diss. XI. §. 7. & Andreas Rivetus: nam & Theodoreti eruditione dignissimum est, & ipse τῶν πρὸς Ἕλληνας γεγραμμένων meminit quæst. 1.' in Leviticum & Epist. 112. 116. Meminere etiam alii, ut Jo. Tzetzes Chiliad. IX. Hist. 291. Ὁ δέ τι Θεοδώρητος ἐν βίβλῳ τῇ ἰδίᾳ

Ἣν Θεραπείαν ἔγραψεν Ἑλληνικῶν παθῶν γε

Δύο ἐπῶν ἐκ τοῦ χρησμοῦ, δοκῶ μοι, μνημονεύει.

Cocum etiam refellit civis ejus Thom. Gatakerus p. 419. Adversariorum.

XXVI. Novo studio Julianum Imp. confutandum sibi sumsit Theodoriti adversarius celebris CYRILLUS, Episcopus Alexandrinus, quem constat extinctum A. C. 444. Julianus quidem postquem baptismum, in quo pridem CHristo ad annum usque vigesimum ætatis nomen dederat, non tantum nefando initiationis idololatricæ sanguine detersit, *a)* &

aper-

a) Nazianzenus ſteleteutica 1. in Julian. p. 70. D. Adami Rechenbergii diss. de Juliani apo-

apertum Christiani nominis hostem professus Ecclesiam *b)* variis modis (licet cædibus parcius *c)* grassaretur,) afflixit ac vexavit, & totum Ecclesiastici ordinem *d)* ritus ad dæmonum sive idolorum honorem detorquere conatus est: sed etiam stylum adversus sacram religionem nostram strinxit, composuitque *Opus adversus Christianos,* quod *septem libris e)* constitisse testatur Hieronymus Epistola 83. ad Magnum Oratorem Romanum. *Julianus Augustus septem libros in expeditione Parthica* (A. C. 363.) *adversum CHristum evomuit, & juxta fabulas Poëtarum suo se ense laceravit. Si contra hunc scribere tentavero, f) puto interdices mihi, ne rabidum canem Philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est Herculis clava percu-*

apostasia Lipf. 1684. 4. Jo. Arend Belmanni de Juliano Apostata, Upsal. 1708. 8. Jo. Joachimus Weidnerus de Juliano ex Historicis genuinis vere Apostata. Rostoch. 1703. 4. Certe eos, qui Christianum negant unquam fuisse, refellit Julianus ipse Epist. 52. ad Alexandrinos: ἐχ ἁμαρτήσεσθε περὶ τῆς ὀρθῆς ὁδῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύτην ἰδὲ σὺν Θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος.

b) De Juliani persecutione adversus Ecclesiam sermone Syro olim scripsit Ephraim Syrus, ut refert auctor vitæ in Josephi Simonii Assemani Bibliotheca Orientali T. 1. pag. 50. *Carmen quoque conscripsit de persecutione impii Juliani adversus Ecclesiarum Pastores, ad Juliani enim tempora Ephraim pervenit* &c. Confer è recentioribus Tillemontium, qui de persecutione Juliani diligentissime disserit T. 7. memoriar. H. E. p. 322--423. Joannis Ens orationem inauguralem de persecutione Julianea, Trajecti ad Rhen. 1720. 4. Jo. Petri Ludewig. diss. de edicto Juliani contra Philosophos Christianos, Halæ Sax. 1702. 1712. Tobiæ Eckardi diatribam de scholis à Juliano occlusis T. IV. Misc. Lipsiens. pag. 195. seq. Arnoldum Pontacum ad Eusebii Chron. p. 732. seq. Car. Annibalem Fabrottum ad Cod. Theodosian. XVI. 10. de paganis p. 20. Jac. Gothofredum ad leg. 5. de Medicis & Professoribus Cod. Theodos. T. 5. p. 31. &c.

c) Non tamen cædibus omnino abstinuisse docent Socrates III. 19. acta Theodoriti Antiocheni apud Mabillonium T. 4. analect. p. 127. seq. Acta Ismaëlis, Manuelis, Sabelis, T. 3. Act. Sanctor. Junii pag. 1289. seq. Chronicon Paschale pag. 297. Suidas in Ἀμάχιος, Μακεδόνιος, Κύριλλος διάκονος & Μάρκος, aliique apud Tillemont. T. 7. memor. p. 350. seq.

d) Walefridus Strabo de rebus Ecclesiasticis cap. 2. T. 15. Bibl. Patrum edit. Lugdun. pag. 182.

e) Adde Petrum Crinitum lib. V. de honesta disciplina c. 10. & Tillemont. T. 7. memor. p. 405. seq.

f) Auctor vitæ *S. Hieronymi* quam Baluzius T. 4. Analect. edidit & Marcianæus Tomo V. Hieronymi sui præfixit: *Verum & contra Celsum, Porphyrium &* Julianum Augustum, *rabidos adversus CHristum canes, & contra insectatores Ecclesiæ, vel eos, qui putant Ecclesiam nullos Philosophos & eloquentes habuisse Doctores, magno sudavit ingenio* &c.

Digitized by Google

percutiam? quanquam Nazarenum nostrum, & (ut ipse solebat dicere,) Galilaeum statim in praelio senserit, & mercedem linguae putidissimae, conto ilia perfossus acceperit. Τοὺς κατὰ χριστιανῶν λόγους nuncupat Socrates III. 1. quorum tertium allegat III. 23. Libanius threno in funus Juliani Tom. 2. Orat. IX. p. 255. vocat βιβλίων συγγραφὰς βοηθούντων Θεοῖς, *libros Diis opitulantes.* Idem Oratione parentali in Julian. c. 87.* eos amplis verbis celebrat praefertque scriptis *Porphyrii* adversus Christianos compositis:

Τοῦ χειμῶνος δὲ τὰς νύκτας ἐκτείνοντος, ἄνευ πολλῶν καὶ καλῶν ἑτέρων λόγων ἐπιθέμενος τοῖς βίβλοις, αἳ τὸν ἐκ Παλαιστίνης ἄνθρωπον Θεόν τε καὶ Θεοῦ παῖδα ποιοῦσι, μάχῃ τε μακρᾷ καὶ ἐλέγχων ἰσχύι γέλωτα ἀποφήνας καὶ φλήναφον τὰ λεγόμενα, σοφώτερος ἐν τοῖς αὐτοῖς δέδεικται τοῦ Τυρίου γέροντος. Ἵλεως οὗτος ὁ Τύριος εἴη, καὶ δέχοιτό γε εὐμενῶς τὸ ῥηθὲν, ὡς ἂν ὑπὸ υἱέως ἡττώμενος.

Cum autem hybernum tempus noctes extenderent longius, praeter alia complura praeclarissima opera, libros aggressus qui Palaestinum hominem Deum & Dei Filium faciunt, magnaque disputatione & fortissimis argumentis omnia, quae in iis continentur, lusus esse & nugas probare annisus; longe majoris eruditionis atque prudentiae apparatu adversus eos usus esse quam Tyrius Senex visus est. ** Pace tamen hoc Tyrii Senis dictum esto, nec dictis ille indignetur, utpote qui à filio fuerit superatus.

Ex his *tres* sacris Evangeliis oppositos fuisse testatur, qui decem libris Theodosio jun. Imp. dicatis Julianum confutavit *Cyrillus* Alex. Ἔχων, inquit, εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς κατέθηξεν αὐτὴν κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας. Καταστείει δὲ δι' αὐτῶν πολλοὺς, καὶ ἠδίκησεν οὐ μετρίως. Haec est Juliani ἀνατροπὴ τῶν Εὐαγγελίων, quam una cum Cyrilli Alex. opere contrario memorat Theophanes in Chronographia pag. 44. In aliis autem quatuor libris alia sacra volumina videtur Julianus calumniatus esse, unde Cedrenus

 p. 407.

* T. VII. Bibl. Graecae p. 313.

** Hunc Libanii locum respicit Socrates & refellit lib. 3. Hist. cap. 22. 23. nec dubitat facile Porphyrii scriptis eum, si quidem Imperator ille, Julianus privatus extitisset, palmam tributurum fuisse. Facile etiam in utriusque scriptis quae contemneret & quae carperet fuisse reperturum, nisi Ethnicus Libanius, illa tollere in coelos laudibus maluisset. Ex Socrate haec repetuntur in Hist. tripartita VII, 2. & apud Nicephorum X. 36.

p. 407. οὗτος ὁ δυσσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀνατροπὴν ἔγραψεν, ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι ἐπηνορθώσαντο. Καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῦ διέβαλον, ὑπὸ δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοθεύματα. *Impius ille scripsit etiam Evangeliorum eversionem, quam magnus Cyrillus Alexandriæ Episcopus aliique Christiani confutarunt. Omnes præterea alias sacras literas Julianus ejusque similes sunt calumniati, quorum commenta à recte sentientibus explosa fuerunt.* Cyrillus tamen videtur in confutatione sua non ultra librum primum Juliani pervenisse. Certe jam octavo libro p. 261. Julianus adhuc ablegat lectorem ad librum secundum. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μέλλοντες ἐν τῷ δευτέρῳ συγγράμματι τὸ ἀληθὲς ἀκριβῶς ἐξετάζειν ὑπερτιθέμεθα. Et quæ Cyrillus refellit, pleraque omnia Vet. Testamenti scriptis opposita sunt. Cæterum his, qui Julianum oppugnarunt, accensendus etiam est *Photius*, qui Epist. 187. ad Christophorum Protospatharium Parabatæ cavillationem adversus dictum CHristi Matth. XIX, 21. refert & confutat, τὴν σὴν ἀπορίαν καὶ πικρότερον καὶ δριμύτερον οἶδα ποτὲ Ἰουλιανῷ τῷ παραβάτῃ διεσκευασμένην. Ἃ γοῦν ΕΝ ΤΟΙ͂Σ ΠΡῸΣ ἘΚΕΙ͂ΝΟΝ εἴπον, καὶ ὧν ἡ μνήμη τὴν σωτηρίαν ἔχει, ταῦτα δή σοι ἄρα γράφων ἀποχρῶσαν οἶμαι τὴν λύσιν παρεσχηκέναι. Idem Epistola 211. ὁ τῆς ἀποστασίας Ἰουλιανὸς κατὰ τῆς εὐσεβείας γράφων, ἀλλόκοτα μὲν καὶ μωρὰ γράφων ὅμως ἔδοξέν τι σοφὸν καὶ δυσεπιτίμητον αἰτιᾶσθαι χριστιανοὺς, ὅτι μὴ ζωοθυσίαις τὸ θεῖον γεραίρουσιν. Jo. Cuspinianus in vita Juliani p. 130. scribit septem ejus libris contra CHristum petulantissime effusis, respondisse fortissime Methodium, Eusebium atque Apollinarem, idque Hieronymum testari. Sed Porphyrio non Juliano triumviri illi responderunt, & respondisse Hieronymus auctor est, ut dicam infra capite 3. ubi deperdita Græcorum pro Veritate Religionis scripta recensebo. De solo *Apollinari* Syro constat, quod librum ὑπὲρ ἀληθείας Philosophis Græcis & Imperatori Juliano opposuit, teste Sozomeno V. 18. *Philippus* quoque *Sidetes* Juliani libros confutavit, teste Socrate VII. 27. Hic est, de quo Liberatus c. 7. breviarii, cum narrasset depositum A. 431. in Ephesino concilio Nestorium Episcopum CPol. *Multi,* inquit in ejus locum, *Philippum quærebant Presbyterum, qui à beato Joanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripserat volumina contra Imperatorem Julianum Apostatam.* E recentioribus adeundus Dominicus Mellinius in veteres quosdam nominis Christiani obtrectatores, Celsum, Porphyrium, Julianum, libris IV. Florent. 1577. fol.

Sed

Sed ut ad Cyrillum noſtra redeat oratio, bene eſt, quod ætatem tulerunt ejus ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας, πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανοῦ, *pro ſancta Chriſtianorum religione, adverſus libros impii Juliani, libri X.* circa A. C. 433. * ſcripti ad Theodoſium juniorem. Tomo ſeptimo ſive ultimo edit. Græco-Latinæ operum Cyrilli, curante Jo. Auberto Pariſ. 1637. fol. p. 1–362. Hoc præclarum atque eruditum opus in Latinis Cyrilli editionibus exſtat è Verſione *Johannis Oecolampadii*, quæ primum vidit lucem Colon. A. 1546. Librum primum Græce primus cum nova meliore verſione ſua A. 1619. ad editionem adornavit *Nicolaus Borbonius*, Profeſſor & interpres Regius, ** in cujus opuſculis utraque lingua prodiit Pariſ. 1630. 1654. 12. Totum opus Græce & Latine primum in Auberti editione conſpicitur, liber primus ex Borbonii: cæteri ex Auberti interpretatione. Atque ita recuſum lingua utraque eſt ad calcem operum Juliani, ex illuſtris viri Ezech. Spanhemii recenſione vulgatorum Lipſiæ 1696. fol. Videntur etiam hi Cyrilli libri translati ferri Syriace, nam laudantur à Moſe Barcepha parte 3. de paradiſo p. 425. 429. E Græcis citant Jo. Damaſcenus in parallelis, & Catena Poſſiniana in Marcum p. 343. laudat Cyrillum ἐν τοῖς πρὸς Ἰουλιανὸν κεφαλαίοις ιγ´. Concilium VI. actione 10. Tom. III. Binii p. 93. ἐκ τοῦ κατὰ τῶν Ἰουλιανοῦ δογμάτων βιβλίου τρίτου, ἀπὸ λόγου δεκάτου. Meminit & Nicephorus XIV. 14. & ante hos Theodoritus Epiſt. 83. Ex elogiis recentiorum unum adſcribam Natalis Alexandri: *Iſtud S. Cyrilli opus omnigena eruditione locuples eſt: cujus lectionem vehementer ſuadeo omnibus, qui in vera Theologiæ ſtudium incumbere volunt. Hæc enim vera Theologia eſt, Religionis Chriſtianæ veritatem ſcire & adverſus Atheos ac impios, quorum hac ætate ingens numerus, poſſe propugnare: eorumque argumentationes à Juliano Apoſtata, Celſo, Porphyrio aliiſque Ethnicis Philoſophis eructatas, à Chriſtianis Doctoribus convictas diſſolvere: non in ſcholaſticis contentionibus, plerumque inanibus, toto vitæ tempore immorari.* Hæc Natalis Alex. Sec. V. pag. 138. Sed paullo ſequius & ſiniſterius de Cyrillo vir doctus, cujus hæc ſunt in hiſtoria Chriſtianiſmi apud Indos, Gallice edita Hagæ Comitis 1724. 12. pag. 16. *L'erudition de Cyrille étoit fort legére, & ſon eloquence mediocre. De tous les ouvrages des anciens il y en a peu qu'on liſe avec moins d'utilité. Ce qu'il a écrit contre l'Empereur Julien, paroit d'abord quelque choſe, mais on n'eſt pas long tems à ſentir la foibleſſe de l'ouvrage & de l'auteur, qui ne produit preſque rien qui ne ſoit copié des écrits d'Euſebe de Ceſarée, de Clement d'Alexandrie,*

* Vide Tillemont. T. 14. p. 671.

** Obiit 6. Auguſt. A. 1644.

drie, & de quelques autres anciens: de sorte que ces livres meriteroient à peine d'être luë s'ils ne nous avoient conservé quelques fragmens de l'histoire philosophique de Porphyre, & d'un petit nombre d'auteurs que nous n'avons plus: & si nous n'étions pas bien aises de savoir ce que l'Empereur Julien avoit cru pouvoir objecter contre notre sainte Religion. Ex Juliani opere adversus Christianos, cujus fragmenta copiosa à Cyrillo afferuntur, primum modo librum confutatum à Cyrillo conjicit post Natalem Alex. Sec. V. pag. 138. etiam Ellies du Pin Tom. IV. de scriptoribus Ecclesiasticis p. 48. *Il paroit qu'il n'a refuté que son premier livre, dans lequel cet Apostat attaquoit en general la Religion Chretienne.* sed fallitur idem, quando p. 52. libros Cyrilli contra Julianum à Nic. Borbonio utraque Lingua Anno 1630. editos scribit, nam primum tantummodo librum, ut dixi, vulgatum ab eo constat. Laudatur hoc opus à Johanne Reuchlino im Augenspiegel f. 27. & in defensione contra Colonienses f. 71. & 85. &c.

Nescio sitne Cyrilli, qui sub ejus nomine legitur in Latinis editionibus ad calcem tomi primi pag. 733. & inscribitur *liber adversus Judæos*, neque aliud continet, quam solutionem octo quæstionum de locis Legis Mosaicæ, quæ cum alio quodam loco pugnare possint videri.

EDITIONES CYRILLI ALEX.

Latinæ.

Basil. 1524. fol. apud Cratandrum, in qua editione tantum exstant commentarii in Johannem, in Leviticum (qui Origenis sunt,) & thesaurus, quæ singula separatim prodierant Paris. 1520. & 1521. fol.

Basil. 1546. fol. apud Hervagium, IV. Tomis, sed qui uno comprehendi Volumine possunt. In hac accedunt libri VII. de Trinitate, de Spiritu S. de adoratione in Spiritu & Veritate, libri X. contra Julianum, & III. de recta fide in CHristum ad Theodosium Imp. & Reginas, Epistolæ XXXIX. Homiliæ X. Apologia ad Imp. Theodosium, declaratio XII. capitulorum: pro iisdem Apologeticus & liber ad Evoptium: Expositio Symboli Nicæni, † Scholia de incarnatione

† Separato volumine sub titulo: *synodicæ constitutiones cum generales tum provinciales* prodierant Latine Basil. 1542. 8. cum præfatione Roberti Winter. 1) Cyrilli Alex. Expositio Symboli Nicæni, Joanne Theophilo interprete. 2) Relatio Synodi Orientalium ad Callimorem Regem. 3) Definitio Synodi Ephes. contra Massalianitas. 4) Libellus ab Euprepio Episcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo Episcopo Cœlensi oblatus Syno-

carnatione Unigeniti, Synodales Epiſtolæ XII. & dogmata Neſtorii à Cyrillo impugnata & à ſynodo Epheſina condemnata.

Baſil. 1566. fol. apud hæredes Jo. Hervagii, in qua editione quintus Tomus ſive quinta pars (omnes enim quinque Tomi uno Volumine continentur,) commentarios in Eſaiam, ex Laur. Humfredi verſione complexa acceſſit. Fallitur V.C. Lud. Ellies du Pin, qui hanc editionem primam Latinam Operum Cyrilli eſſe ſcribit Tom.IV. Bibliothecæ ſcriptorum Eccleſ. p. 52.

Pariſ. 1573. fol. 2. Voluminibus, *Gentiano Herveto* curante, †† quæ editio à Poſſevino in apparatu ſacro recenſetur. Sed plenior prioribus eſt poſterior Pariſienſis A. 1605. 2. Vol. quam perſequitur Bellarminus de S. E. in illa enim Glaphyra in Pentateuchum ex A. Schotti verſione, & libri poſteriores XVI. de adoratione in Spiritu & Veritate ex interpretatione Antonii Agellii, ne alia jam memorem, acceſſere.

Græco-Latina.

Unica *Johannis Auberti*, Laudunenſis Presbyteri, Canonici & in ſchola Pariſ. Laudunenſis Collegii Magiſtri atque interpretis Regii, Pariſ. 1638. fol. ſeptem Voluminibus, quam poſt Labbeum, Caveumque diligentius recenſui Volum. VIII. Bibl. Græc. p. 559. ſeq. Adhuc multa in eadem caſtiganda reſtant, unde *Augiæ ſtabulum* dicitur Cotelerio T. 2. monument. p. 605. & pag. 640. *ſæpe maculatus, ſæpe emaculandus Cyrillus, Alexandriæ Patriarcha.*

O Editio-

Synodo. 5) Synodi Oriental. ad Synodum Epheſinam de Euſtathio facto Metropolitano. 6) Exemplar ſuggeſtionis de Cypri Epiſcopis. 7) Cyrilli Alex. ſcholia de incarnatione Unigeniti, Capita XXVII. 8) Ejusdem apologeticus pro XII. Capitulis ad Orientales Epiſcopos, objectiones cum reſponſionibus, variisque Epiſtolis & relationibus. 9) Pars homiliæ Theodoreti dictæ Chalcedone, quæ incipit: *CHriſtus nobis dux ſit ſermonis*, & Joannis Antiocheni, cujus initium: *Sancta lex eſt.*

†† Bonav. Vulcanius præf. ad Artiānum A. 1575. editum: *Ne quis me temere ad hunc auctorem denuo vertendum acceſſiſſe exiſtimet, neve quis me eos imitari ſuſpicetur, qui quum hodie veteris alicujus auctoris poſt omnes aliorum editiones recognitionem pollicentur, ſi conferas, nihilo amplius eos præſtitiſſe reperias, quam is qui ante biennium Cyrilli Opera Lutetiæ edidit. Quem quidem autorem quum ſummopere corruptum habeamus, nemoque ſit ex Orthodoxis ſcriptoribus, qui majore recognitione egeat, nullum tamen ab eo, qui eum edendum curavit, verbum immutatum aut correctum invenias: quum interim is omnia priorum interpretum nomina ſupprimat, totiusque operis laudem inaudita quadam impudentia ſibi vindicet.*

Editiones Cyrilli Alex. promissae.

1. *Bonaventuræ Vulcanii.* Abraham Scultetus in narratione de Vita sua p. 55. *Leidæ A. 1612. maxime me oblectabam alloquio clarissimorum Virorum, & inter alios Bonaventuræ Vulcanii, quem senem admodum sellæ affixum, & manibus pedibusque captum inveni. Promiserat ille triginta quatuor annis ante * editionem omnium operum Græcorum Cyrilli, hactenus à multis desideratam. Hanc cum frustra hactenus singulis propemodum nundinis exspectassem, & jam coram hominis ætatem, valetudinemque perditam considerarem, petii ab eo, ut Cyrillum Græcum fidei meæ concederet: me non solum operam daturum, ut ex ipsius voto ille in vulgus exiret, sed etiam de Codicis pretio ipsi satisfacturum. At ille gratiis pro officio actis, tantum adhuc virium sibi superesse ajebat, ut ipsemet promisso se exsolvere posset. Usque adeo verum est, neminem esse tam senem, qui non dico diem, sed annos supervivere posse se desperet. Quanquam erat nonnemo in Anglia, qui de tanti thesauri possessione magnifice potius se jactasse, quam vera gloriatum fuisse affirmaret.* Certum tamen est Vulcanium non modo plura Cyrilli inedita Græce possedisse, sed etiam Latine vertisse haud pauca, quorum pars Bibliothecæ Leidensi legata, etiam Auberti usibus deinde patuit.

2. *Frontonis Ducæi,* de quo Jacobus Sirmondus in litteris ad Sebastianum Tegnagelium, datis 3. Non. Sept. 1696. *In Bibliotheca Patrum Græco-Latina duobus Voluminibus comprehensa desiit ὁ μακαρίτης, qui & alia, ut nosti, meditabatur, Nicephorum, Theodoretum, Cyrillum Alexandr. & Biblia Græco Latina. Ex quibus Nicephorum plane absolverat, Theodoretum magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, supplere ipse institui. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quæ usui tamen esse possint, si quis huc aliquando ad eam curam animum injiciet. In Bibliis sacris multum & diligenter laborarat, unumque hoc opus præ cæteris urgebat. Sed vereor, ut in posterum sperare liceat propter novam editionem Græco-Latinam, quæ hic jam inchoata est, curante ut audio Jo. Morino, è Congregatione Oratorii viro docto &c.*

3. *Conradi Rittershusii,* de quo vide Epistolam 352. & 353. inter Epistolas virorum doctorum ad Goldastum editas è Bibliotheca Clarissimi Thulemarii.

4. Dissertationem de scriptis Cyrilli Alex. promisit *Jo. Garnerius* ad Marium Mercatorem T. II. p. 43.

XXVII.

* Vulcanius præf. ad Arrianum, edita A. 1575. *seposito è manibus Cyrillo, cui vertendo, & Isidoro, cui castigando longam jam operam navaram, totum me magna animi alacritate ad Arrianum contuli.*

Digitized by Google

XXVII. ÆNEAS ex Gaza Syriæ, Philoſophus *a)* Platonicus, diſcipulus Hieroclis, *b)* (illius ut videtur cujus præclaros in aurea carmina commentarios habemus,) ſcripſit eo tempore, quo in Africa *c)* gravem perſecutionem in Catholicos moverant Ariani ſub Hunerico Vandalorum Rege A.C. 479. Scripſit Dialogum eruditum *de animorum immortalitate & reſurrectione corporis*, in quo colloquntur Ægyptus Alexandrinus, Axiotheus Syrus & à quo etiam titulus dialogo, qui ab Axiotheo eruditur *Theophraſtus* Athenienſis. Latine primùm vidit lucem ex *Ambroſii* Camaldulenſis interpretatione Baſil. 1516. cum Athenagora de reſurrectione, ex verſione Ficini, & Sexti Pythagorei ſententiis: Deinde Græce cum verſione *Johannis Wolfii* Tigurini, Tiguri apud Andream Geſnerum 1559. fol. cum Canonibus Apoſtolorum & veterum Conciliorum, Ignatii Epiſtolis interpolatis, Athenagoræ Apologia & lib. de reſurrectione, Demetrio Cydonio de morte contemnenda, Hermiæ irriſione Philoſophorum gentilium & Agapeti diaconi capitibus admonitoriis. Cum eadem Wolfii verſione legitur, ut Latinas Patrum Bibliothecas omittam, etiam in auctario Biblioth. Patrum Ducæano T. 2. p. 373. A. 1624. & in T. XII. edit. Morellianæ Pariſ. 1644. 1654. p. 617. Denique cum nova verſione ſua & notis vulgavit *Caſpar Barthius* Lipſiæ 1658.

a) In duobus Codicibus MSS. Regis Chriſtianiſſimi inſcribitur teſte Coteletio ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 397. Αἰνείου σοφιστοῦ καὶ Πλατωνικοῦ Χριστιανοῦ.

b) Æneas Gazæus p. 6. edit. Barthii: ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἱεροκλέους καὶ τῆς Ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ' ᾧ φιλοσοφίαν ἐκ παιδὸς καὶ ἀλλήλων ἐρῶντες πολλοὺς εἴχομεν ἐραστάς. Hunc ab Hierocle Bythino, qui contra Chriſtianos ſcripſit (ſupra p. 77.) diſtinguit p. 24. Ἱεροκλῆς δὲ οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ περιβαλλόμενος τὰ θαυμάσια (Apollonii Tyanenſis.)

b) p. 81. τὴν μεγάλην Λιβύην πικρὰ κατέχει τυραννίς. ἄπιστον δὲ τυραννίδι φιλανθρωπία καὶ ἀληθεῖς δόξαι. ὁ γοῦν Τύραννος (Hunericus) ἔγκλημα ποιεῖται τὴν τῶν ἀρχομένων εὐσέβειαν, καὶ τοῦτο καλὸν δόγμα τοὺς ἱερέας ἀρνεῖσθαι κελεύει. οὐ πειθομένων δὲ, ὢ τῆς ἀσεβείας, θεοφιλῆ γλῶτταν ἐκτέμνει - - οἱ δὲ τὸν τῆς φύσεως καλοῦσι δημιουργόν. ὁ δὲ νεωτέραν αὐτοῖς φύσιν ἡμέρᾳ τρίτῃ χαρίζεται, οὐ γλῶτταν ἑτέραν διδοὺς, ἀλλ' ἄνευ γλώττης σαφέστερον ἢ πρότερον διαλέγεσθαι. De illa perſecutione accurate Theodoricus Ruinartus, cui etiam Victorem Vitenſem illuſtratum debemus, Pariſ. 1694. 8. & Tillemontius T. 16. memor. p. 571. ſeq.

Digitized by Google

1658. 4. additam libro Zachariæ Mytilenæi, de quo mox ſum dicturus. Gallice Pariſiis forma minore impreſſus memoratur ab Andrea Verderio Bibl. Galliæ p. 16. Germanice prodiit Francofurti 1671. 8. Commentarius in Gazæum, quem promittit *Jo. Rondellus* lib. de ſuperſtitione p. 163. necdum vidit lucem quod ſciam. Dicitur etiam in Bibliothecis quibusdam ſervatus Æneæ Sophiſtæ MS. ἔλεγχος τῆς παρ᾽ Ἕλλησι λογομαχίας. Sed à Geſneri ætate, qui illius facit mentionem, nemo fuit, qui in lucem proferret. De ejusdem Æneæ Epiſtolis editis, ſed quæ ad noſtrum inſtitutum non pertinent, dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 10. §. 28.

XXVIII. ZACHARIAS Scholaſticus, (non diverſus fortaſſis à Zacharia Rhetore, cujus *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* ab auſpiciis Imperii Marciani usque ad Anaſtaſium ſive ab A. C. 450. ad 491. ſed ἐμπαθῶς nec ſine partium Neſtorianarum ſtudio ſcriptum memorat Evagrius atque Nicephorus: *) Philoſophiæ operam dedit Alexandriæ, atque deinde Beryti † jus Civile excoluit, factus interjecto tempore Epiſcopus Mytilenes, Lesbi inſulæ metropolis, ſicut habetur in titulo libri ejus: Ζαχαρίου σχολαστικοῦ Χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα Ἐπισκόπου Μυτιλήνης. Non interfuit Concilio quinto CPol. A. 553. ut poſt Caniſium & Poſſevinum tradunt Aubertus Miræus in auctario de ſcriptoribus Eccleſ. p. 28. Oudinus p. 127. Tillemontius T. IV. memor. p. 408. Ellies du Pin, aliique: nam in illo Concilio ſucceſſoris ejus Palladii, Epiſcopi Metropolitani mentio, cujus vicem agebat Joannes, Epiſcopus Cucuſenorum Civitatis.** Sed præſens adſuit in Concilio CPol. quod celebratum eſt ſub Menna A. 536. in cujus Actis plus ſimplici vice hic Zacharias, metropolita Mytilenæus memoratur. Ex ejus ſcriptis ad nos pervenere, quæ hoc loco commemorari à me merentur:

1. Ἀμμώνιος, *Ammonius* ſive Dialogus cum quodam Ammonii Alexandrini Philoſophi diſcipulo, qui ſtudii Legum cauſa Berytum ſe contulerat, & Ammonii ſententiam de mundi æternitate propugnabat. ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει. *Quod mundus non ſit DEO coæternus, ſed ejus opificium.* In hoc dialogo exponit Zacharias,

* Evagrius II. 2. III. 5. 6. 7. 18. Niceph. XVI. 5. 6. 9. &c. Hujus Zachariæ rhetoris hiſtoriam adhuc recentibus temporibus ſervatam CPoli, ex Conſtantini Vatini & Joannis Suzi Catalogis librorum MSS. annotavit Antonius Verderius. Nemo tamen quod ſciam fuit hactenus, qui eam viderit, nedum in lucem protulerit.

† De hac Academia Berytenſi iuris ſtudio celebratiſſima, exſtat eruditadiſſ. Jacobi Haſæi, V. C.

** Europe Savante A. 1718. Aout p. 233. 234.

Digitized by Google

rias, quæ de eodem argumento disputaverat Alexandriæ cum *Ammonio* illo Procli discipulo, & *Gessio* Jatrosophista sive Medicæ artis doctore. * Mentio etiam in hoc dialogo p. 333. *Eustathii* Episcopi *Berytii*, qui Synodo Ephesinæ A. 449. & Chalcedonensi A. 451. interfuit. Pythagoram & Platonem p. 341. notat fabulam de metempsychosi accepisse ab Ægyptiis. Mundum hunc visibilem, post res invisibiles *μετὰ τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν* productum contendit p. 362. Hujus Dialogi Latina versio à *Gentiano Herveto* concinnata, mihique nunquam visa, traditur in Catalogo Bibl. Barberinæ vidisse lucem Venetiis A. 1556. Alia *Gilberto Genebrardo* auctore sæpius prodiit in Bibliothecis Patrum, etiam in novissima Lugdunensi T. IX. p. 759. Sed & idem libellus editus fuit Græce & Latine cum versione & notis *Joannis Tarini* ad calcem Philocaliæ Origenis, Paris. 1619. 4. Cum ejusdem Tarini (non Turriani, ut in Cavei Hist. litteraria scriptor. Eccles. excusum) versione notisque & notis *Casp. Barthii* Lipsiæ 1654. 4. post Æneæ Gazæi Theophrastum, sive dialogum de animarum immortalitate: Fallitur enim Gesnerus Simlerusque, qui Zachariæ Theophrastum tribuunt. Exstat præterea Zachariæ Ammonius Græce & Latine cum versione Genebrardi & *Frontonis Ducæi* notis in Tomo priore auctarii Bibl. Patrum Paris. 1624. p. 331. & in Bibliotheca Patrum Morelliana A. 1644. 1654. Tomo XI. (notis Ducæi rejectis ad calcem Tomi XIII.)

2. *Disputatio contra ea, quæ de duobus principiis* à Manichæo *quodam scripta & projecta in vitam publicam reperit, Justiniano Imperatore.* Scriptum breve unius paginæ, quod exstat Latine ex *Francisci Turriani* versione in Henrici Canisii Antiquis Lect. T. V. pag. 143. Ingolstad. 1604. 4. & in Bibliothecis Patrum Colon. 1618. T. VI. & Paris. 1644. 1654. T. IV. parte 2. & Lugd. T. IX. pag. 794. Græce MS. Romæ in Collegio Jesuitarum.

XXIX. Caspar Barthius tum alibi, tum lib. V. Adversarior. cap. 3. (ubi plura illius illustrat loca,) PALLADIUM Alexandrinum appellat auctorem Actorum disputationis, quam per dies quinque coram Abramio

* p. 399. τῶν φοιτητῶν (τοῦ Ἀμμωνίου) ὁ κορυφαιότατος Γέσσιος, ὃς νῦν αὐχεῖ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ Κῴου καὶ Γαληνοῦ τοῦ ἐκ Περγάμου σοφίαν, καὶ τῶν ἰατρικὴν φιλοσοφούντων διδάσκαλος παρὰ τὸν Νεῖλον πεφήναθ ἡται. Ad hunc Gessium Epistola Æneæ Gazæi undevigesima.

mio Rege * Homeritanum Christiano & Episcopis, pluribusque Judæis & tota Civitate in Metropoli Homeritidis Taphar sive Saphar, in Arabia Felici circa A. C. 540. cum Herbano Judæo, quem *νομοδιδάσκαλον* Codices quidam appellant, GREGENTIUS Taphrensis Archi-Episcopus, qui diem obiit A. C. 552. (Justiniani 26.) 19. Decembr. post Abramium eodem An. 552. (regni 30.) defunctum, cum jam Rex Homeritarum esset Serdidus ** Abramii filius. Non dubium est Barthio fundum fuisse sententiæ suæ, quod pag. 184. edit. Gulonianæ (Ducæanæ pag. 462.) in illa disputatione legitur: *ταῦτα τὰ ῥήματα καὶ ἑτέροις δηλωθήσονται· Ἑώρα γὰρ Παλλάδιον τὸν σχολαστικὸν τοῦ Ἀρχιεπισκόπου, ὃν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἤγαγε, τὰ ῥήματα ἑκατέρων σημειούμενον. Hæc verba etiam aliis significabuntur: Videbat enim Palladium Scholasticum Archiepiscopi, quem ab Alexandria adduxerat, verba utriusque notantem.* Ad hunc locum Gulonius interpres notavit in margine: *Hinc conjicere licet Palladium authorem esse sive scriptorem hujus disputationis.* Sane verisimilius hoc esse non diffiteor, quam quod Lambecio Lib. V. p. 131. auctor videtur *Nonnosus* Justiniani Imp. ad Homeritas Legatus, cui etiam VIII. p. 387. Martyrium Arethæ & sociorum adscribit. Dixi de illo Nonnoso Volumine VI. Bibliothecæ Græcæ p. 279. Cæterum hanc disputationem ab Ægidio Noallio Regis Christianissimi Legato ex Oriente allatam Latine vertit *Nic. Gulonius* Græcarum litterarum Regius Professor, & utraque lingua vulgavit Paris. 1586. 8. unde Græce & Latine recusa est in Auctario Græco-Latino Bibl. Patrum Ducæano Paris. 1624. Tomo I. & in Bibl. Patrum Paris. 1644. 1654. T. XI. p. 194. ut Latinas editiones in Bibliothecis Patrum sæpius repetitas prætercam. In his editionibus omnibus quemadmodum etiam in Codice Cæsareo, de quo Lambecius lib. V. p. 131. & Segueriano, de quo Clariss. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 304. à principio quædam desunt, ut ex abrupto exordio statim cuivis patet. Non autem æque notum, in Bibl. Regia Berolinensi exstare MStum Codicem Slavonicum quadringentorum annorum, multis foliis ab initio auctiorem, cujus prima verba Latine conversa mecum communicavit eruditissimus Bibliothecæ illius præfectus Maturinus Veizerius la Crose.

Mensis Decembris XIX. Vita & conversatio Beati Patris nostri Gregorii
(ita

* *παρόντος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως καὶ τινῶν ἐπισκόπων καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἰουδαίων καὶ πάσης πόλεως.* p. 38. edit. Gulonii.

** Id. pag. 203. seq.

(ita semper pro Gregentio appellat, ut Menæis Græcorum dicitur Γρε-γέντιος) *Episcopi Taphronis Civitatis Homeritarum, & narratio miraculorum ab eo gestorum, scripta ab Episcopo Civitatis Negram.* (Hinc patet nec Palladium nec Nonnosum auctorem esse, sed Episcopum Negranis in Homeritarum regione, quæ martyrum Civitas appellatur in Actis Passionis S. Arethæ & sociorum CCCXL. qui A. C. 522. 24. Octobr. sub Dunam Hebræo Homeritarum tyranno passi traduntur) *Benedic Pater. Oppidum quoddam est haud magni nominis in finibus Avariæ & Asiæ, nomine Lopliane. In eo habitabant admirabilis Gregorii parentes Agapius & Theotecna, ex Christi præscripto, matrimonio conjuncti &c.*

Godex Cæsareus ita incipit: ἀρχὴ τῆς διαλέξεως τῶν Ἰουδαίων μετὰ τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου. Τούτων οὕτως γεγονότων καὶ οὕτω παρακολουθησάντων, καὶ τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τούτοις αἰνοῦντος τὸν Κύριον, καὶ τῶν Μεγιστάνων αὐτοῦ ἀδικεῖν τὸ οἱονοῦν μὴ τολμώντων, καὶ πάντων χαρᾷ εὐφραινομένων, παρεγένοντο καὶ Ἰουδαῖοι καθὰ καὶ ἐκελεύσθη αὖθις, ἀναλωθείσης αὐτοῖς ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Παρεγένοντο δὲ τοῦ διαλεχθῆναι ἕνεκα, καὶ τοῦ Βασιλέως ὑπομνησθέντος ἑτοιμασίας ἐν τῷ θολωτῷ γεγονυίας (minus bene editis: τῆς δοκιμασίας ἐν τῷ θρελλέτῳ γεγονυίας, confer Lambec. V. p. 129.) αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλειῶν περίεισι. Ἐκεῖσε τοιγαροῦν ἑτοιμασίας γεγονυίας, καὶ ἁπάσης τῆς τάξεως ἀθροισθείσης, παρούσης καὶ τῆς ἱερᾶς Συγκλήτου, παρεγίνετο δὲ ὁ Βασιλεὺς μετὰ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ &c. Hinc patet nec illum esse integrum sed prima mutilum parte, licet editis aliquando integriorem melioremque: atque ita accipiendus Rev. Wolfius noster in Bibl. Hebr. T. I. p. 352. De disputatione hac & fructu conversionis Judæorum eandem ut narrant insecuto, vide Antonii Davroultii Catechismum Historialem c. 1. tit. 4. & Josephi Caroli Imbonati Bibl. Latino Hebr. p. 38. sq. Hymnus sapphicus in CHRISTUM Græce Gregentio in MS. præfixus, cum Latina metaphrasi exhibetur à Barthio II. 15. Adversar. & ob piam suavitatem atque elegantiam memoriæ mandandus visus est clarissimo Henninio,* quem ideo subjungendum hoc loco putavi.

ΧΡΙΣΤΕ τῶν θνητῶν βασιλεῦ θεῶν τε	CHRISTE Rex pollens hominum Deumque
Χαῖρ' ἄναξ δῶτορ Σοφίης τηλαμπῆς	Fons ave illustris Sapientiæ, da
Εὐσεβὲς δός μοι περὶ σοῦ νοεῦν	Rite nos de te bene sentienteis
Ὡς θέμις εἰπεῖν.	Posse profari.

Εἰ Splen-

* Henricus Christianus Henninius in Hellenismo ὀρθῳδῷ p. 65.

Ἐι γὰρ ἀῤῥήτου Θεότητος αὐγὴ
Ἐκ φάους φῶς ϗ Θεὸς ἐκ Θεοῖο
Λαμπρότης, εἰκών, Λόγος οὐσιώδης
Πατρὸς ἀνάρχου.

Splendor immenſæ DEItatis ipſe es
Luce lux nata, exque DEO DEUS, qui
Fulgor & ſenſus Patris æviterni es
Vivaque imago.

Ἀγγέλων θεῖαι διὰ σοῦ χορεῖαι
Εἰσιν, αἰῶνές τε τρέχουσ' ἄπαυστοι
Ἥλιος, Μήνη, τὰ δὲ λαμπρὰ κόσμου
Ὄμματος στίλβει.

Conditæ per te choreæ Angelorum
Seclaque æterno rapiuntur actu
Luna, Sol, per te atque oculi orbis almi
Sidera florent.

Κοίρανος πάντων τὸ δ' ὅλον φυλάσσεις,
Ταῖς ἑοῦ μορφαῖς πολυδαιδάλοισι,
Τῶν δὲ ϗ μηδὲν δίχα σεῦ γένοιτ' ἂν
Ὅσσα τέτυκται.

Omnium Rector, variis figuris
Cunctaque qui in vita animata ſervas
Te ſine haut quicquam eſt, fuit aut futurum
Deinde, quod usquam eſt.

Σῶσον ὦ Σῶτερ πανάρχες Ἰησοῦ,
Ἄμμι δὸς γνῶναι τριφαὲς τὸ Θεῖον
Καί σε, ϗ τὸν σὸν Γενέτην, ϗ ἁγνὸν
Πνεῦμα σέβεσθαι.

Aſſere o Servator, o Alme JESU
Noſſe da nobis ſacra Trinitatis,
Et Tibi & Patri & dare Spirituique
Debitum honorem.

XXX. Prope præterieram NEMESIUM, æqualem Gregorii Nazianzeni, cui inter ſcriptores pro Veritate Religionis Chriſtianæ eximius locus debetur, quoniam in libro de natura hominis non modo immortalitatem animæ probat, & errores Philoſophorum de anima refellit c. 2. ſeq. Divinæque Sapientiæ, Bonitati ac Potentiæ non inficiandum perhiberi teſtimonium erudite docet per majorem libri partem, cap. 4--38. fati autem neceſſitate oppugnata libertatem voluntatis & Divinam Providentiam diligenter aſſerit ac tuetur cap. 36 -- ult. Is Nemeſius * Emeſenus in Phœnicia

* In MS. Codice Cæſareo, de quo Lambecius VII. p. 70. Νεμεσίου Ἐπισκόπου ὡς τινές φασι Κυρηνείας. Alii Nemeſii duo vel tres ad quos Iſidori Peluſiotæ Epiſtolæ, Nemeſii etiam ſive Nemeſionis legum periti mentio apud Æneam Gazæum Epiſtola 20. Fuit & Nemeſius presbyter Alexandrinus, qui depoſitioni Arii ſubſcripſit, Nemeſius Ægyptius Martyr, quem memorant Martyrologia 19. Nov. in Euſebii codicibus VI. 41. Hiſt. p. 240. eſt Nemeſion. De Nemeſio noſtro Cappadociæ præfecto Tillemont, T. IX. memoriar. p. 540. ſeq.

Digitized by Google

nicia Episcopus, non confundendus cum Nemesio, qui antea à CHRISTO alienus Cappadociæ præfectum egit, (ad quem Gregorii Nazianzeni Epistolæ 79. 183. 184. 185. & carmen LXI. Tom. 2. pag. 140. ubi eum tanquam legum peritum celebrat, atque ut desinat idola colere hortatur,) tamen sub idem tempus, *a)* antequam adhuc Pelagii, Nestorii & Eutychis hæreses Ecclesiam turbarent, scripsisse videtur *librum*, qui exstat certe insignem & præclarum *de natura hominis*, περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Nemesio eum Episcopo Emeseno tribuunt Codices plures MSS. S. Maximus T. 2. p. 153. Anastasius item Nicænus quæstionibus in S. Scripturam & Moses Barcepha cap. 20. libri de paradiso. Multa ex illo ad verbum, licet haud nominato, Julianus Pomerius, Jo. Damascenus, Elias Cretensis, Meletius Monachus, Adamantius sive Adamantion in λόγῳ κεφαλαιώδῃ MS. & Jo. Grammaticus ad Aristot. de anima. Turrianus in scholiis ad Jo. Cyparissiotæ decad. V. cap. 9. citat *Nemesium Adamantium* lib. 2. de homine. Et sub Adamantii Nemesii nomine exstat MS. in Bibl. Bodlejana Cod. 82. Barocc. *Gregorio Nysseno* à nonnullis adscribi contigit, quod Nyssenus etiam librum hujus argumenti *b)* composuisset. Hinc vicissim Gregorius pro *Nysseno* quibusdam *Emesenus*. Feruntur etiam inter Nysseni scripta in editionibus Latinis antiquis *libri octo de Philosophia*, quos post *Burgundionem* Pisanum *c)* qui A.C. 1194. obiit, Latine interpretatus est Basileæ A. 1512. Beato Rhenano hortante *Johannes Cono* Norimbergensis. Argentor. 1512. fol. & in Latinis Nysseni editionibus Colon. 1537. &c. Neque hi octo libri tantum modo idem cum Nemesii scripto opus sunt, sed etiam λόγοι sive *libelli duo de anima*, quos cum *Federici Morelli* versione exhibent Græco-Latinæ Nysseni editiones, nihil sunt aliud quam caput 2. & 3. libri Nemesiani. In Codice Bavarico 162. *Nemesii Episcopi Emeseni de natura hominis sermones XXXII.* Vide & 169. Quam peritus Physices & anatomes fuerit

P rit

a) Confer eruditam præfationem editioni Nemesii Oxoniensi præmissam. Pamelium qui ad Tertullianum de anima cap. 5. Nysseno hunc librum tribuere mavult (quo inclinare etiam videtur Mich. le Qvien ad Damascenum Tom. 1. pag. 196.) refellit Theophilus Raynaudus erotematibus de bonis & malis libris pag. 150. Vide & Hieron. Mercurialem IV. 4. Variar. lect. Rob. Coci censuram Vet. scriptorum pag. 150. Casp. Barthium ad Claudian. pag 859. & ad Zachariam Mytilenæum pag. 257. 270.

b) De hoc supra p. 86.

c) De hoc Burgundione, qui Chrysostomi etiam nonnulla & Damascenum de fide Orthodoxa Latine vertit, dixi lib. V. Bibl. Græcæ cap. 15. p. 648.

Digitized by Google

rit Nemesius, satis hoc libro prodit, quo de usu bilis, *d)* de splene, renibus, glandulis, & de admiranda sanguinis periodo ac circuitu, *e)* ea etiam tradit, in quibus veluti eximiis inventis placuerunt sibi recentium temporum ingenia.

Editiones Nemesii.

LATINE, ***Georgio Valla*** interprete apud Seb. Gryphium 1538. 4. Ellebodio judice, Valla *ὐ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεεν καὶ κατῄσχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ᾽ ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων.*

Ex ***Nicasii Ellebodii*** Casletani meliore versione sæpius prodiit in Bibliothecis Patrum, ut in novissima Lugdunensi Tom. VIII. pag. 619. Judice Barthio p. 2949. Adversar. Ellebodius Hellenismi maxime potens difficilior tamen interdum, quàm ut non, nullo negotio svavius scribere potuisset.

GRÆCE primus edidit è duobus MSS. & ad calcem voluminis ***Latinam*** versionem suam adjunxit Nicasius Ellebodius. Antwerp. apud Christoph. Plantin. 1565. 8.

Inde ***GRÆCE & LATINE*** cum Ellebodii versione prodiit in auctario Ducæano Bibliothecæ Patrum Paris. 1624. Tom. 2. p. 466. & in Biblio-

d) cap. 28. ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ &c. *Flava bilis & propter se & propter aliud constituta est, nam ad concoctionem confert, & depulsionem excrementorum movet: ideoque fit quodammodo una de partibus nutrientibus, quinimo & calorem quendam prabet corpori, ut vitalis facultas. Ac his quidem de causis propter se videtur extitisse, sed quia sanguinem purgat, sanguinis caussa quodammodo videtur esse facta.* Adde, si placet, quæ ibi sequuntur.

e) Capite 24. Confer Wilhelmi Wottoni reflections upon ancient and modern learning p. 226. sq. Theod. Jansonii Almelooveenii inventa novantiqua §. XXVIII. unde patet minus æquum fuisse, ingeniosum licet illum antiquæ ætatis detractorem, quo judice, antequam Guil. Harvei oriretur ingenium

- - *On ignoroit jusqu'aux routes certaines*
Du Meandre vivant qui coule dans les veines.

Rob. Grovius, Auctor carminis de sanguinis circuitu ab Harvæo Anglo primum invento (in Musarum Anglicanarum Analectis p. 144. Oxon 1699. 8)

Non hac docta licet veterum cognoverat atas
Non hac Phillyrides Chiron, non ipse Machaon &c.

Idem inventum Hispani Serveto, Galli Fabro Jesuitæ, Itali Paulo Sarpio tribuunt. Serveti locum ex libro V. restitutionis Christianismi habes etiam in Mich. de la Roche Biblioth. Anglica, edita Gallice Amst. 1717. 12. T. 1. p. 309.

Digitized by Google

bliotheca Patrum Morelliana Anno 1644. 1654. Tom. 12. pag. 708.

Denique cum eadem Ellebodii versione, ad duos MSS. castigatus & docta præfatione notisque auctior nitide recusus est Oxonii è theatro Scheldoniano 1671. 8. curante ni fallor *Jo. Fello*, Oxoniensi deinde Episcopo. Confer Martini Kempii Bibl. Theologicam Anglor. p. 514. In notis illis Nemesius subinde defenditur, ut pag. 42. adversus Pelagianismi & p. 20. Origeniani de animarum προϋπάρξει erroris criminationem. Jo. Launojus de varia Aristotelis fortuna p. 24. *Videtur Nemesius Origenianæ de animarum ortu sententiæ nonnibil favere. Quicquid id est, navus in candidissimo pectore non multum deformitatis importat.* Analysin libri Nemesiani exhibet Abraham Sculterus parte 3. Medullæ Patrum p. 385. seq.

Ex Nemesii Emeseni Episcopi *sermone de providentia* vide, quæ affert Anastasius Sinaita quæst. 18.

XXXI. Inedita etiam nonnulla juvat memorare, uti sunt quæ in Bibl. Segvieriana sive Coisloniana præter Anonymi dialogum Judæi cum Christiano p. 246. memoratum, servari Codice CCXCIX. testatur celeberrimus Montfauconus p. 415. Διδασκαλία Ἰακώβου νεοβαπτίστου, βαπτισθέντος ἐπὶ Ἡρακλίου παρὰ γνώμην ἰδίαν, πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων χειρὶ (sic) νεοβαπτίστους, προφάσεως ἀγαθῆς αὐτῶν γραμμένης (sic) τοῦ ἐπιγνῶναι τὸν Κύριον, ὅτι οὐ δεῖ σαββατίζειν μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ ὅτι ἀληθῶς αὐτός ἐστι Χριστὸς ὁ ἐλθὼν, καὶ οὐχ ἕτερος. i. *Doctrina Jacobi nuper baptizati, qui præter sententiam suam baptisma susceperat sub Heraclio, adversus eos, qui Judæorum manu recens baptizati sunt, occasione bona ipsis oblata, ut cognoscant Dominum, quod non oporteat sabbatizare post CHristi adventum, & quod ipse sit vere CHristus qui venit, & non alius.* Incip. Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται τὸν ἐρχόμενον Χριστόν.

Fol. 69. Dialogus Christiani nomine *Timothei* cum Judæo nomine *Aquila*, habitus Alexandriæ tempore S. Cyrilli Archiepisc. Alex. Init. Τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ γενομένης.

Fol. 112. Τῆς θείας καὶ ἀνικήτου Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ἀληθείας πεπραγμένα τρόπαια κατὰ Ἰουδαίων ἐν Δαμασκῷ τῇ φιλοχρίστῳ καὶ λαμπρᾷ μητροπόλει, τῷ ἔτει τῷ εἰκοστῷ Κωνσταντίνου (f. Κωνσταντίου) τοῦ θεοστηρίκτου τοῦ μετὰ Κωνσταντῖνον ἡμῶν βασιλέως· μηνὶ αὐγούστῳ ἰνδ. θ΄. πρόλογος. *Tropæa divina & invictæ DEI Ecclesiæ erecta contra Judæos in CHristi amanti & splendida Metropoli Damasco, anno vigesimo Constantini (f. Constantii) a DEO firmati, qui post*

Constantinum Imperator noster fuit, mense Augusto, Indictione nona. Init. Σοφίας ὄντως ἀληθῶς καὶ φιλοσοφίας τῆς ἀνωτάτω. Opus divisum in quatuor Dialogos.

Id. p. 186. CODEX CXI. olim CXIII. membranaceus, constat 373. foliis, tertii decimi circiter sæculi. Est opus contra Judæos ἀκέφαλον, cujus prima folia, ubi fortasse nomen auctoris & pars Prologi ferebatur, abscissa sunt. Prologus desinit. f. 6. verso in hæc verba, ἀλήθειαν τῶν δογμάτων ἀντιπαθίσαντας. Ibid. Cap. 1. incipit hoc titulo: Περὶ τῆς δόσεως τῆς παλαιᾶς νόμου καὶ τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ σύγκρισις ἀμφοτέρων. Init. Δεῖ δὲ λοιπὸν τὸν μέλλοντα τὴν πρὸς Ἰουδαίους ἀναδέχεσθαι.

Fol. 13. verf. cap. 2. De lege, quod sit carnalis, non spiritualis,* & pro infantibus. Fol. 17. verf. cap. 3. De concupiscentia Judæorum, & de imperfectione eorum in sentiendo. Fol. 23. verf. cap. 4. De incredulitate Judæorum, de contradictione, & de exploratoribus.

In toto Opere numerantur Capita 51. quorum postremum de Resurrectione CHristi &c. sic incipit: Πολλοὶ πολλάκις τὴν πεῖραν τῶν πολυτίμους ἀνιμ. Estque mutilum in fine.

XXXII. Ex LEONTII Neapoleos sive Hagiopoleos in Cypro insula Episcopi, qui Mauricii Imp. temporibus sub sæculi septimi initia floruit, *libro quinto Apologiæ pro Christianis contra Judæos*, Ἐκ τοῦ πέμπτου κατὰ Ἰουδαίων λόγου ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν ἀπολογίας. Græce & Latine affertur in Synodo septima Actione IV. T. 3. edit. Binianæ A. 1618. pag. 566. Labbeanæ T. 7. p. 236. & Harduinianæ T. IV. p. 139. Idem fragmentum in MS. Codice Biblioth. Cæsareæ exstat Græce teste Lambecio T. V. p. 135. Habes & in horto Crucis Jacobi Gretseri, & in auctario Bibliothecæ Patrum Ducæano T. 1. p. 730. seq. Incipit: Φέρε δὲ λοιπόν. Aliud Latine occurrit in limine tomi secundi supplementi Bibl. Patrum Morelliani Parif. 1639. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. Tom. XII. p. 294. ex Antiquis Lectionibus Henrici Camisii T. V. parte 1. p. 200—202. Incipit: *Ostende, inquit, mihi signa adventus CHRISTI apud Michaam.* Meminit illius Leontinei adversus Judæos operis etiam, & ex eo fragmenta affert, Joannes Damascenus Orationibus de imaginibus T. 1. edit. Lequinianæ p. 325. 326. 342. 373. 374. 375. 376. & Euthymius Zigabenus in panoplia T. 19. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 54.

Ex THEODOSII Judæi colloquio cum PHILIPPO Christiano, nonnulla parum digna fide refert Svidas in Ἰησοῦς. Colloquium ZAMBRI

* contra Rom. VII, 14.

BRI Judæi cum SILVESTRO Christiano exstat apud Cedrenum p. 224. Chronici, qui & ipse contra Judæos disputat p. 180. seq.

XXXIII. Ex scriptis JOHANNIS Alexandrini, qui cognomento PHILOPONI est notior, claruitque circa A. C. 620. ad institutum nostrum pertinent Κατὰ Πρόκλου περὶ ἀϊδιότητος κόσμου, λύσεις λόγων ιή. *Adversus Procli Diadochi pro æternitate Mundi argumenta duodeviginti, solutiones*, initio * & fine mutilæ, & Græce primum editæ à *Victore Trincavello* Medico, Venetiis in ædibus Bartholomæi Cisterzagensis, 1535. fol. & Latine ex versione eleganti *Joannis Mahotii* Argentenæi, qui eam Francisco à Turnone, Cardinali dedicavit. Lugd. 1557. fol. Etiam alteram Latinam versionem *Casparis Marcelli* Labbeus commemorat, vulgatam Venetiis 1551. fol. quam non vidi, nec Mahotium ejus meminisse observavi. Non dubium est, hoc opus intelligi à Svida in Πρόκλος, ** ubi ait, Proclum fuisse alterum, qui post Porphyrium adversus Christianos bellum moverit, & Philoponum ejus XVIII. ἐπιχειρήματα egregie confutasse. Non æque exploratum videtur, hoc opere contineri commemorata Simplicio † Philoponi quinque πολύστιχα βιβλία contra æternitatem Mundi, & librum sextum contra æternum mundi motum. Nam neque librorum numerus congruit, neque adeo prolixum opus hoc contra Proclum est, ut βιβλία πολύστιχα dici mereantur. Et præter pauca ea, quæ adversus Aristotelem disputat Philoponus ad argumentum Procli XI. cap. 9. seq. diserte etiam promisit se Aristotelis de mundi æternitate sententiam singulari operi oppugnaturum VII. 6. X. 5. XIII. 1. Quod vero ait suo tempore accidisse, quod anno Diocletiani 245. contigit, XVI. 4. καὶ νῦν γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ διακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν πέμπτον Διοκλητιανοῦ ἔτος ἐν τῷ αὐτῷ ζωδίῳ τῷ Ταύρῳ γεγόνασιν οἱ ἑπτὰ πλανώμενοι, εἰ καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ ἅπαντες· id paulo laxius accipiendum, vertendumque sic: *nam &*

P 3 *non*

* Initio deest libri primi caput 1. integrum & pars secundi capitis. Incipit Græca editio & Mahotii versio à verbis: αἰωνίως ἂν εἰς ταυτὸν ἄγειν, adeoque paullo locupletior est MSto Codice, quem evolvit Lambecius, qui incipiebat à verbis: τῇ γὰρ πεπερασμένῃ δυνάμει.

** Confer, quæ de Procli scriptis dixi Volum. VIII. Bibl. Græcæ cap. 26. p. 512. seq. & de Philopono Volum. IX. p. 538. seq. ubi etiam p. 602. index scriptorum in opere adversus Proclum laudatorum.

† Vide Vol. VIII. p. 631. & 653. sq. ubi annotata reperies loca varia, quibus Philoponum acerrime Simplicius perstringit, & oppugnat.

non longe à nostris temporibus anno 245. Diocletiani, in uno eodemque signo tauri, licet non in uno eodemque gradu omnes septem planetæ fuerunt. Nam annus Diocletiani 245. respondet anno CHristi 529. & alibi demonstratum est Philoponum centum annis post vixisse.

XXXIV. HIERONYMI presbyteri Hierosolymitani Dialogum Judæi & Christiani de SS. Trinitate laudat Joannes Damascenus Orat. 3. de imaginibus T. 1. edit. novæ p. 385. & post Federicum Morellum, qui primus Græce & Latine Paris. 1612. 8. & Christianum Daumium, qui Cygneæ 1677. 8. edidit, integrum cum altero ejus dialogo, quæ *φιλοπονία* Christiano cuilibet utilis inscribitur, exhibui Volum VIII. Bibl. Græcæ pag. 384.

XXXV. ANASTASIUS, Abbas Monasterii S. Euthymii in Palæstina, de quo Jo. Damascenus * initio libelli de Trisagio T. 1. pag. 481. & Baronius ad A. C. 749. Hujus esse videtur *ἀντίθεσις καὶ διάλεξις πρὸς Ἰουδαίων, liber contra Judæos*, quem Græce MS. servat Bibl. Cæsarea teste Lambecio V. pag. 135. Latine ex Turriani versione edidit H. Canisius T. 3. Antiquar. Lect. p. 123-186. unde recusus T. 13. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 334. Ait ille scriptor annum octingentesimum & amplius agi ** ex quo Judæos dispersit DEUS, & Titum atque Vespasianum ad vastandam urbem vocavit. Oracula CHristi ante 800. annos prædicta compleri & perfici. Turrianus hunc citans lib. 1. de Ecclesia & ordinatione Ministrorum: *Athanasius*, inquit, *in sermone de nativitate & eum secutus Anastasius Abbas, qui postea fuit Patriarcha Antiochenus in libro contra Judæos.* Sed utroque Patriarcha Antiocheno junior fuit, quemadmodum & Anastasio Sinaita, quem & ipsum contra Judæos scripsisse notabo infra capite 3.

Exstat etiam sub Anastasii Antiocheni nomine *ἐξήγησις περὶ τῶν ἐν Περσίδι πραχθέντων*. Narratio de disceptatione Christianorum præsulum cum

* Verba Damasceni sunt: *γράμμασιν ἡμῖν κατεμήνυσεν ὁ θεοσεβέστατος ἡμῶν ἀδελφὸς ὁ Ἀββᾶς Σέργιος ὁ ἀστὸς καὶ συνήθης καὶ φίλος διὰ τοῦ γνησίου ἀδελφοῦ τοῦ Ἀββᾶ Ἰὼβ, ὡς ὁ ἱερώτατος ἡμῶν πατὴρ ὁ Ἀββᾶς Ἀναστάσιος ὁ κλεινὸς τῆς εὐαγοῦς μονῆς Εὐθυμίου τοῦ μακαρίου καθηγεμών, χρήσεις τινὰς τῶν ἁγίων Πατέρων προσκεκόμικε δῆθεν εἰς τὸν Υἱὸν μόνον ἀναφερούσας τὸν τρισάγιον ὕμνον.*

** Floruit ergo sub finem sæculi IX. inquit Henschenius T. 2. Act. Sanctor. April. p. 854. Ab Oudino minus bene refertur ad A. C. 750. T. 1. de S. E. p. 1796.

Digitized by Google

cum Ethnicis, ſive Græcis & Judæis, judice Aphrodiſiano Regis Perſarum Archimagiro, cui etiam ſe Anaſtaſius interfuiſſe dicit, & quidem ſolum ex Romani Imperii Epiſcopis. Incipit: Βασιλεύοντος Ἀρηνάτου τῆς Περσικῆς χώρας. Memorat Allatius p. 83. de Simeonibus, & Gretſerus reperit in eodem Codice Auguſtano, ex quo Anaſtaſii Sinaitæ Hodegum edidit: exſtat etiam in Codice Regis Gall. 1370. teſte Labbeo, ſed Gretſerus hanc narrationem ait olere neſcio quid fabularum, ut difficile creditu ſit ex Anaſtaſii, Antiocheni Epiſcopi, circa A. C. 599. extincti officina prodiiſſe. Monuit etiam Henſchenius T. 2. April. pag. 854. illius tempore nullum fuiſſe Regem Perſarum Arenatum, ſed poſt Choſroën, qui annis duodequinquaginta præfuit, Hormiſdam regnaſſe annis quindecim. Omitto alias hujuſcemodi in Actis Sanct. obvias hinc inde cum Ethnicis concertationes.

XXXVI. JOANNIS DAMASCENI, extincti circa A. C. 756. Διάλεξις Σαρακηνοῦ καὶ χριστιανοῦ *Diſceptatio Chriſtiani & Sarraceni*, T. 1. edit. Græco-Lat. Lequinianæ Pariſ. 1712. fol. p. 466--469. Incipit: Τί λέγεις τὸν Χριστόν; Prodierat Latine ex veteri verſione in prioribus editionibus. Neque Lequinio ad manus fuit Græcus Codex, quem exſtare in Bibl. Cæſarea teſtis Lambecius V. pag. 126. tamen Græca quædam fragmenta adſcripſit ex Dialogis Theodori Abucaræ, ex quo etiam pag. 470. Græce & Latine ſubjunxit brevem dialogum Chriſtiani & Sarraceni ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαῤῥακηνοὺς ἀντιῤῥήσεων διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. Incipit: εἰπέ μοι, ὦ ἐπίσκοπε, οὐ κατείδωλος ἦν ὁ κόσμος;

XXXVII. Joannis Damaſceni diſcipulus THEODORUS ABUCARA, ſive Carrorum in Meſopotamia Pater ac Epiſcopus, varias reliquit diſputationes, quæ Græce & Latine exſtant, editæ à Jacobo Gretſero ad calcem Hodegi Anaſtaſiani Ingolſtad. 1606. 4. ut Latinas editiones in Bibliothecis Patrum omittam. Ex his opuſculum XXII. conſtituit partem priorem *diſceptationis* quam diu poſt *cum Abmede Saraceno* A. 1050. habuiſſe fertur SAMONAS Archiepiſcopus Gazenſis, ut notatum V. C. Michaëli le Quien ad Damaſcenum T. 1. pag. 655. Illum Samonam Nicolaus Comnenus Papadopoli p. 407. prænotionum myſtagogicarum Martyrem appellat. Illa cum Ahmede diſceptatio de veritate corporis & ſangvinis CHriſti Græce ſub Samonæ nomine prodiit una cum liturgiis SS. Jacobi, Baſilii, Chryſoſtomi p. 133. Pariſ. 1560. fol. Latine in Liturgiis SS. Patrum ex Claudii de Sainctes editione p. 79. Antwerp. 1562. 8. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. T. 18. p. 577. Græce & Latine in auctario Ducæano T. 2. p. 277. & in Bibliotheca Patrum Pariſ. 1644. 1654.

Digitized by Google

Tom. 12. pag. 522--526. Alia ex *Theodori* opuſculis huc ſpectantia ſunt

Tertium: Διάλογος γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου Ἐμέσης (λογοθέτην) αἰτησάμενον ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμοῦ ὅτι ἐστι Θεός. *Dialogus cum præfecto curſus publici Emeſeno, qui petierat, ut ratiocinatione demonſtraret DEUM eſſe.* Incipit: Ἀπόδος, ὦ οὗτος, ἀπόδειξιν. Verterunt Latine Genebrardus & Turrianus.

Octavum, Ἐρώτησις Ἀράβων πρὸς Χριστιανόν. *Interrogatio Arabum contra Chriſtianum.* Incipit: Εἰπέ μοι, Χριστὸς Θεός σου ἐστίν.

Nonum: Ἐρώτησις Ἀγαρηνοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Quæſtio ab Agareno eidem Chriſtiano propoſita.* Incipit: Εἰπέ μοι, οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστόν.

Decimum: Πρὸς Ἰουδαῖον. *Adverſus Judæum diſſertatio.* Incipit: Ὁ Ἰουδαῖος, ἐγώ σοι, φησίν.

Decimum ſextum: Ἐρώτησις ἀπίστου. *Quæſtio ab infideli propoſita.* Incipit: Οὐχί, φησι, ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται.

Duodevigeſimum: Ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαῤῥακηνοὺς ἀντιῤῥήσεων, διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. *Ex concertationibus cum Sarracenis, ex ore Johannis Damaſceni.* Hoc opuſculum Græce & Latine vulgavit primus V. C. Michael le Quien Pariſ. 1712. T. 1. Operum Joannis Damaſceni pag. 472. Nam Gretſerus tantum ediderat Latine ex Turriani verſione, cum Græcum in Codicibus Bavaricis non reperiiſſet. Incipit: Εἰπέ μοι ὦ Ἐπίσκοπε.

Undevigeſimum: Ὅτι ὁ Μωάμεθ οὐκ ἐστι ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Mahometem non eſſe ex DEO.* Incipit: Ἔθος τοῖς τῶν Σαῤῥακηνῶν ὑποκριταῖς.

Viceſimum: Ὅτι ὁ Μωάμεθ ἐχθρὸς ἦν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὸ δαίμονος ἠνοχλεῖτο. *Quod Mahometus fuerit hoſtis DEI, à Dæmone obſeſſus.* Incipit: Εἰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανὸν κτίσεως.

Viceſimum primum: Ἐρώτησις ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων κηρύγματος βεβαιοῦται τὸ Χριστιανῶν δόγμα. *Quod etiam ex vocibus humilium & abjecta prædicatione doctrina Chriſtianorum confirmatur.* Incipit: Τῶν ἐλλογίμων Σαῤῥακηνῶν.

Trigeſimum ſecundum, contra Sarracenos Theopaſchitas, exſtat tantum Latine ex Gilb. Genebrardi verſione, Græca enim Gretſerus non reperit. Incipit: *Alio in conventu Sarracenus.*

Trigeſimum quintum, Diſceptatio cum Sarraceno, *de auctore boni & mali.* Incipit: Τίνα λέγεις αἴτιον καλοῦ τι καὶ κακοῦ;

THEO-

Digitized by Google

THEODORI Amaseni Episcopi dogmaticam panopliam contra Judæos, Armenios & Sarracenos, ex Possevini apparatu sacro memorat Imbonatus Bibl. Latino Hebr. pag. 274. Sed nec lucem illa vidit, neque Possevinus ubi exstet, vel ubi ejus observaverit mentionem fieri, annotavit.

XXXVIII. In EUTHYMII ZIGABENI sive ZYGADENI, Monachi CPol. qui temporibus Alexii Comneni A. C. 1118. defuncti claruit, eique fuit superstes, Panoplia * dogmatica Πανοπλία δογματικὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἤτοι ὁπλοθήκη δογμάτων, quæ Græce prodiit Tergobysti in Walachia 1710. fol. & Latine ex Petri Francisci Zini, Veronensis versione Venet. 1555. fol. Lugd. 1556. 8. Paris. 1580. 8. & T. XIX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. 1677. fol. Titulus octavus est contra Judæos, κατὰ Ἑβραίων ἐκ τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης βίβλου τῆς προσαγορευομένης Θεογνωσίας, καὶ ἐκ τοῦ βίβλου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου τῆς περιεχούσης τοὺς κατὰ Ἰουδαίων λόγους. Titulus XX. contra Paulicianos, Manichæorum deliria de malo Principio refellit, & eundem esse Bonum DEUM Veteris & Novi Test. auctorem probat ex *Photii* libris IV. contra Manichæos, quos primus ex Codice Holsteniano Bibl. Hamb. edidit Græce & Lat. Vener. noster Jo. Christoph. Wolfius T. 1. & 2. anecdotorum Hamb. 1722. 8. Titulus XXVIII. contra Saracenos in Græca editione desideratur, prodiit autem separatim curante egregio viro Frid. Sylburgio, qui ex MSS. Codic. Palatinis Græce & Lat. cum notis suis anno ante obitum edidit *Saracenica* sive *Maometica*, Heidelb. ex Typographia Commelini 1595. 8. in quo volumine occurrunt

1) Ἔλεγχος σαφὴς τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῆς φλυαρίας τῶν δογμάτων αὐτῶν, *Ismaëlitarum, futiliumque ejus sectæ dogmatum perspicua confutatio*, pag. 1--34. cum Latina versione *Jo. Jacobi Beureri*, Professoris Græcæ Linguæ in Academia Friburgensi, qui sine nomine auctoris hoc scriptum ad Sylburgium misit, Sylburgius vero observavit esse titulum XXVIII. Panopliæ ** *Euthymii* Zigabeni, κατὰ Σαρακηνῶν, contulitque cum quatuor Codicibus MSS. Bibl. Palatinæ, & cum Latina interpretatione *Petri Francisci Zeni*, qui totam Panopliam, ut dixi, Latine vertit. Jam sufficiat notasse Elenchum hunc Ismaëlitarum ex Sylburgii editione legi etiam in Auctario Græco-Latino Bibl. Patrum Ducæano Paris. 1624. Tom. 2. p. 292. & in Bibl. Patrum edit. Morellianæ Paris. 1644. 1654. T. 12. p. 536--551.

Q 2) Περὶ

* Simile opus ἡ τῆς ἱερᾶς ὁπλοθήκης βίβλος, Manuelis, ut videtur Comneni auspiciis ex Patrum scriptis congestum, cujus meminit Georgius Pachymeres in Andronico Palæologo lib. 2. cap. 1.

** In Bibliotheca Patrum edit. Lugd. cujus Tomo XIX. Panoplia Euthymiana exstat ex Zini versione, Latine, est Titulus XXIV. p. 208. seq.

2) Περὶ τοῦ ἀρχηγοῦ τῶν Σαρακηνῶν Μωάμεθ, τοῦ καὶ Μουχουμέτ. *De Saracenorum Principe Maometho*, incerti scriptoris, p. 54--73. cum versione Sylburgii, qui observat gemina fere legi non modo in Georgio Cedreno p. 346. seq. edit. Basil. sed etiam in MS. *Joannis Siculi* Chronico, quod in Michaële Theophili filio desinit.

3) Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Σαρακηνῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν τῶν χριστιανῶν. *Ordo qui observatur super iis, & anathematismi ab illis dicendi, qui à Saracenis ad nostram Christianorum puram veramque fidem se convertunt*, p. 74--91. cum ejusdem Sylburgii versione. *Catechesis ista*, inquit, *Saracenorum ad Christianam fidem accedentium è MS. Palatinæ Bibliothecæ libro satis vetere desumta est: in quo multæ sunt ejusmodi constitutiones sive ordinationes super iis, qui ab Hæresi aliqua Gentilismo, Judaismo & similibus ad Christianam Religionem se aggregant.* Hoc κατηχητικὸν πυκτίον, in quo anathema *adversus Deum Mohamedis*, respicitur à NICETA Choniate, qui circa A. 1200. claruit, in Manuele Comneno, p. 138--141. Confer etiam anathematismos Saraceni, qui ex libro XX. thesauri Orthodoxæ fidei ejusdem *Nicetæ* * leguntur Latine in Biblioth. Patrum edit. Lugd. T. XXV. p. 186. seq. Græce & Latine vero T. 2. Auctarii Ducæani p. 282. seq. & T. 12. Bibl. Patrum Parif. 1644. & 1654. pag. 527--533. Non omittendum denique quod Sylburgius in notis p. 128. ex eodem MS. Codice Græce & Latine exhibet *Modum recipiendi Hæreticos in Ecclesia:* πῶς χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένους.

4) Ex *Theophanis* Monachi Chronographia, & qui Theophanem Latine vertit *Anastasii* Bibliothecarii Historia Ecclesiastica, *narratio de Saracenicæ sive Maomedicæ sectæ primordiis* p. 92--105. Utrumque, Theophanem & Anastasium ab eo tempore integros vulgarunt viri eruditi, ut Vol. VI. Bibl. Gr. p. 151. seq. dictum est, sed Sylburgio eos MStos Bibl. Palatina suppeditavit. *Erunt autem fortasse*, inquit, *qui & alia his addi potuisse dicturi sunt. Fateor. Primum enim* Joannem Damascenum * * *paullo post*

* Idem Nicetas lib. 1. ejusdem thesauri sive panopliæ dogmaticæ, disputat adversus Ethnicos ac Judæos Græce thesaurus ille necdum vidit lucem, MStus in variis Bibliothecis Bodlejana, Medicea aliisque, vide Volum VI. Bibliothecæ Græcæ p. 418. seq. Latine libri quinque primores ex Petri Morelli Turonensis versione Parif. 1561. 1610. 1579. 8. & Genev. 1629. 8. nec non in Bibliothecis Patrum Colon. 1618. T. 12. & Lugd. 1677. T. 25.

** Fortasse respexit, quæ habet *Damascenus* ad calcem libri de hæresibus in Cotelerii monum. Ecclesiæ Græcæ T. 1. p. 326--335. atque inter Damasceni opera T. 1. edit. Viri Clariss. Mich. le Quien p. 110. seq.

Digitized by Google

post Saracenæ sectæ initium vixisse, & contra eam scripsisse, sed pauca valde, in cribrationis suæ prologo tradit illustris ille Cardinalis Nicolaus de Cusa, atque adeo inter Damasceni opera exstat † *Christiani & Saraceni disputatio. Deinde Romæ in Vaticana Bibliotheca exstare dicitur* Nicetæ Byzantini Philosophi *contra Maomedem liber, & Epistolæ ab Agarenis missæ confutatio ad Michaëlem Theophili filium, Imperat. CPolitanum. Sed quoniam neque illius neque hujus exemplaria Græca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum exspectanda fuit occasio.* Joannis Cantacuzeni †† *contra Maomedem orationes quatuor, & tres* * *Christianæ religionis contra Saracenorum hæresin Apologetici; ad hæc* Richardi Florentini ** *confutatio Corani Moamedici à* Demetrio Cydonio

Q 2 *in*

† Latine in antiquis Damasceni editionibus legitur, & incipit: *Si interrogatus à Saraceno, quis sit CHristus.* In nova editione T. I. p. 466. Græca quidem addita ex *Theodoro Abucara*, sed passim manca, & subjunctus p. 470. alius dialogus Saraceni Theodori, ex ore Joannis Damasceni, hoc initio: Εἰπέ μοι ὦ Ἐπίσκοπε. Græca ad Jo. Aubertum miserat Allatius. In MS. autem Vindobonensi, teste Lambecio V. pag. 126. prior Διάλεξις MS. exstat Græce alio ordine, atque incipit sic: Ἐρωτηθεὶς ὁ χριστιανὸς παρὰ Σαρακηνοῦ, τίνα λέγεις αἰτίαν καλοῦ καὶ κακοῦ. Conferenda etiam, quæ de Muhamede tradit *Constantinus Porphyrogenitus* lib. de administrando Imperio cap. 14. seq.

†† De his infra p. 124.

* quatuor.

** Richardi propugnaculum fidei adversus deliramenta Alcorani prodiit Latine Paris. 1511. Hispali 1520. & Venet. 1607. 4. Græca autem *Demetrii Cydonii* versio cum Latina interpretatione Bartholomæi Piceni de Monte Arduo ad Ferdinandum, Arragoniæ & Siciliæ Regem, exstat in Theodori Bibliandri Syntagmate scriptorum Anti-Muhamedanorum Basil. 1543. fol. subjuncta Christianæ fidei exomologesi adversus Saracenos, incerto auctore, Græce & Latine. Recusa Romæ 1606. 8. memoratur in Catalogo Bibl. Barberinæ pag. 322. In Codice MS. Cæsareo hæc est inscriptio libri Richardi: Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τοῦ νόμου Μωαμὲθ, ὑπὸ μὲν Ῥικάρδου τινὲς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς. ὑπὸ δὲ τοῦ Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς. Vide Lambecium lib. I. pag. 145. & lib. V. p. 168. In Bibliandri editione ita inscribitur: Ῥικάρδου τοῦ τῷ τάγματι τῶν παρὰ Λατίνοις καλουμένων Πρεδικατόρων κατειλεγμένου ἀνασκευὴ τῆς παρὰ τοῦ καταράτου Μαχουμὲθ τοῖς Σαρακηνοῖς τεθείσης νομοθεσίας, μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἰταλῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα, διά τινος Δημητρίου. De Richardo illo, sive Ricoldo, Ordinis Dominicani Monacho, qui circa A. C. 1300. floruit, vide Ambrosii de Altamura Bibliothecam Ordinis Prædicator. p. 86. & 465. seq. & Jacobum Quetif & Jac. Echardum de scriptoribus ejusdem Ordinis ad A. 1309. & 1513. De Demetrio Cydonio, qui Imp. Joanni Cantacuzeno charus fuit medio sæculo XIV. & quam plurima scripsit, in his librum de morte contemnenda, in quo non contemnenda pro animæ immortalitate argumenta, dixi Volum. X. Bibl. Græcæ p. 385. seq.

Digitized by Google

in Graecum sermonem conversa, consulto à nobis omissa, quod & recentiora essent. & prolixiora quam quae enchiridii forma exarari possent.

XXXIX. NICOLAI *Hydruntini*, quem sub tertii decimi saeculi initia constat claruisse, dialogus cum Judaeo MS. in Bibl. Regis Christianissimi Cod. 2813.

LX. JOANNES CANTACUZENUS, Imperator CPolitanus, qui A.C. 1355. cedens Imperio, indutoque Monachi habitu jam *Joasaphi* nomen adscivit, jam *Christoduli* appellatione usus est: cujus exstant *Apologiae IV.* sive assertio *pro Christiana Religione* adversus Muhamedanos, & *IV.* λόγοι sive *libri adversus Mahomedis errores*, quibus varia Alcorani capita confutantur. Hoc opus Cantacuzenus anno post CHristi σαύρωσιν 1360. ut ipse testatur, in Monasterio scripsit in gratiam amici sui *Achamenidis*, qui è Mahomedano Christianus Monasticae vitae & ipse nomen dedit & *Meletius* dictus est. Eum Muselmanus, *Sampsates* Isphachanes Persa literis scriptis ad deserendam Christianam fidem sollicitaverat, quas confutaturus Cantacuzenus non satis habuit respondere ad objectiones, sed plurima etiam addidit ad fidem religioni nostrae faciendam, & Mahometis explodenda commenta. Duos hujus operis Codices Graecos MSS. (alius exstat etiam in Cod. Bavarico 189.) quorum alterum *Emanuel Zycandyla* exarasse se subscriptione fuit testatus, *Theodorus Bibliander* communicavit cum *Rudolpho Gvaltbero* Tigurino, qui illud Latine vertit ediditque Basil. 1543. fol. & Graeca ad calcem voluminis subjunxit. Notat Gvaltherus, multos Judaeorum errores, quos nempe cum Mahometanis communes habent, simul à Cantacuzeno refelli: unde suspiceris libros Cantacuzeni *adversus Judaeos* Simlero memoratos ab his non diversos esse. Certe editi hactenus alii nulli sunt. Sed tamen Χριστοδούλου μοναχοῦ κατὰ τῶν ἰουδαίων βιβλία γ´ MSta laudat David Chytraeus Oratione de statu Ecclesiarum in Graecia: & *novem sermones* Christoduli Monachi adversus Judaeos memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 1354. iidem exstant in Bibl. Leidensi, * colloquuntur Imperator Jo. Cantacuzenus & peregrinus Hebraeus. Praefatur carmine Simon Archiepiscopus Thebarum.

Ex illis Cantacuzeni λόγοις adversus Mahomedanas non pauca ad verbum *Georgius Phranzes*, protovestiarius, qui captae CPoli A. 1453. miser ipse interfuit, in Chronico rerum Byzantinarum, quod Graece necdum vidit

* Vide Catalogum ejus Bibl, editum A. 1716. f. 336.

vidit lucem, Latine ſed multis ab interprete reſciſſis ex verſione Jacobi Pontani S. I. editum eſt Ingolſtad. 1604. 4.

NILI Monachi decem λόγους contra Mohametem MStos habuit Patriarcha CPolitanus, Jeremias.

XLI. ANDRONICUS COMNENUS, ex Imperatorum Comnenorum ſtirpe CPolitanus, clarus circa A. C. 1320. ſcripſit *dialogum contra Judæos*, qui Græce necdum vidit lucem, Latine ex Jo. Livineii interpretatione exſtat in Petri Stevartii tomo ſingulari inſignium auctorum, Ingolſtad. 1616. 4. atque inde in Bibliothecis Patrum edit. Colon. T. XIV. edit. Lugd. T. XXVI. p. 39.

XLII. THEOPHANES Nicænus Archiepiſcopus, clarus circa A. C. 1370. præter alia, inſigne opus condidit *adverſus Judæos*, quod Græce MS. Franciſcus Turrianus legavit Bibliothecæ Romanæ Collegii S. I. Argumentum operis, quod exhibet in apparatu Poſſevinus, T. 2. p. 470. & ex Poſſevino Caſimirus Oudinus T. 3. commentar. de S. E. buia opus adhuc eſt ineditum, ſubjungere hoc loco juvat:

„Liber primus prioris tomi, demonſtrat, eos, qui nunc Judæi appellantur, ex nulla parte ad Judæos veteres pertinere, neque fide in Deum, neque Dei cultu, neque genere, neque lingua & id circa non eſſe nomine Judæorum appellandos.“

„Ejusdem contra eos Liber ſecundus, in quo demonſtratur non propter aliud Judæos in ea mala, in quibus nunc ſunt, incidiſſe, niſi propter ſolam impietatem: & quod Lex Moſis tanquam quæ non poſſit hominem perficere ſecundum animam, abrogata eſt à Deo, & data altera Evangelica excellentior & perfectior.“

„Ejusdem contra eosdem Liber tertius prioris tomi, in quo demonſtratur, non eſſe aliam legem pro Vetere datam, niſi Evangelium Chriſti: quod quidem Evangelium, ex miraculis Chriſti, quæ tunc facta ſunt, & quæ in omni Chriſti Eccleſia nunc fiunt, fidem habet & autoritatem irrefragibilem.“

„Ejusdem contra eosdem Liber quartus prioris tomi, in quo demonſtratur à Deo datum eſſe Evangelium, vel ex eo, quod omnes homines Græcos & barbaros potuit à vita ferina ad vitam Evangelicam traducere: quod quidem Lex vetus nequaquam poterat. Item de Judæorum vana expectatione Meſſiæ.“

Digitized by Google

„Ejusdem contra eosdem tomus ſecundus, in quo Evangelium „comparatum cum Lege, demonſtratur longe excellentius eſſe in omni„bus, & quod ſolum uniat & aſſimilet Deo homin[illegible]quantum homines „conſequi poſſunt, quod eſt ultimum bonum & ver[illegible]titudo.

„*Secundi* tomi Liber primus, in quo demonſtratur, Theologiam „Evangelii, excellentiorem eſſe & perfectiorem Theologia veteris legis: „& quod Prophetæ non ſolum divina inſpiratione edocti fuerunt, ſed et„iam aliis mediocriter ejus ſecreta aperire voluerunt, quantum capere „poterant tunc, qui erant, mente purgata.

„Ejusdem contra eosdem tomi ſecundi Liber ſecundus, in quo de„monſtratur adhuc Theologiam Evangelii & rerum Divinarum ſapien„tiam, multo majorem eſſe Moſaica, vel ex præmio virtutis, quia ſcilicet „Lex vetus bona terræ promitteret & daret: Evangelium vero, „Dei viſionem & regnum. Item de Oratione, & quod Prophetæ ſancti „per omnia cernantur vitam ſuam ad Leges & regulas Evangelicas „dirigere.

„Ejusdem contra eosdem tomi ſecundi Liber tertius, in quo de„monſtratur, Sapientiam Evangelii altiorem & ſublimiorem eſſe Veteri „Teſtamento, idque ex virtutibus moralibus, quibus ornat animam: po„tiſſimumque ex charitate erga Deum & proximum, & quod Prophetæ his „virtutibus fuerunt præditi.

„Porro adhæc ejusdem *Symphonia Veteris & Novæ Scripturæ adver„ſus Judæos*, continet quod Prophetæ futuram Gentium converſionem „ab idololatria ad Deum, clare appellant cognitionem Dei, id eſt pietatem „cap. 1.

„Quod omnes Gentes aſcenſuræ erant in Hieruſalem, & adoraturæ „Deum illic, & quod inde mandata ejus diſcenda erant. cap. 2.

„Quod ex Hieruſalem egreſſura erat Lex æterna, & danda omni„bus hominibus, Judæis & Gentibus: ita ut deinceps Lex vetus de medio „ſublata eſſet. cap. 3.

„Quod Prophetæ Chriſtum aperte confeſſi ſunt Deum cap. 4.

„Quod Chriſtus Dominus quoque dictus eſt à Prophetis, quod „idem valet atque Dei nomen: & quod unus idemque eſt Deus & homo. „cap. 5.

„Quod Prophetæ ſimiliter atque Evangelium, Chriſtum dicunt „etiam Dei Filium legitimum ex ſubſtantia ejus, qui eum genuit, genitum „& dilectum. cap. 6.

Quod

Quod Prophetæ Christum ex Virgine natum prædixerunt & in" Bethleem, concorditer Evangelio. cap. 7."

Concordia Prophetarum cum Evangelio de tempore, quo venit" ad nos Christus cap. 8."

Hic demonstratur quemadmodum Prophetæ cum Evangelio con-" sentientes, ex semine Abraham & tribu David, Christum proficisci di-" cunt. cap. 9."

Quomodo Prophetæ concorditer Evangelio, prædixerunt Epi-" phaniam Domini, & de Divinitate ejus testimonium cœleste vocis pa-" ternæ, & miraculorum ejus. cap. 10."

De eo, quod sponte sua venit ad Passionem Dominus & Salvator" noster, & de ingressu illo novo & inaudito in Hierusalem, & de miraculis" tunc factis, quomodo hæc Prophetæ Evangelice praedixerint. cap. 11."

Quomodo Prophetae concordantes cum Evangelio, praedicant" singillatim Passionem Domini, & quaecunque in ea ausi sunt, qui Deum" occiderunt: & quae tunc miracula facta sunt. Epilogus."

Quod post Passionem & Mortem, Salvator noster tertia die resur-" rexit à Mortuis. cap. 12."

Quod assumptus est in cœlum, post Resurrectionem, & sedet ad" dextram Dei Patris. cap. 13."

De Spiritu Sancto e cœlo Apostolis misso, & per eos effuso in" omnes in Christum credentes cap. 14.

De praedicatione Apostolorum in cuncto orbe cap. 15."

De vocatione Gentium, & subjectione earum sub Christo. cap. 16."

De Baptismo salutari cap. 17."

De erectis in toto orbe Sacris Aris. cap. 18."

Quod minor pars Judaeorum, quae in Christum credidit, anima" & corpore servata est, calamitatis Hierosolymitanæ mala evadens" cap. 19."

Quod maxima pars Judæorum in perfidia remanens, periit anima" & corpore, à Romanorum exercitibus consumpta. cap. 20."

De frangendis & delendis omnino idolis, & de sanctis imaginibus" eorum loco * habendis. cap. 21."

De Cœlesti Hierusalem, patria omnium Sanctorum. cap. 22."

Hic demonstrantur Prophetae concordare cum Evangelio, etiam" in Mysterio communis Resurrectionis hominum, & adventus terribilis in

* Alienum hoc à more primorum Christianorum & doctrina Apostolica.

„in terram Chriſti Dei & hominis, Judicis & Regis omnium, & Judicii ac „remunerationis factorum cujusque, & mutationis Univerſi. c. 23. Hæc Poſſevinus de magno illo opere Theophanis Nicæni Archiepiſcopi contra Judæos, quod habuit apud ſe olim. Exſtant quoque Excerpta ex his Libris facta à *Mathuſala* Monacho Sancti Montis Sinai, in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, Codice MS. Philoſophico Græco LXVIII. num 8. ut habet Lambecius Lib. VII. Commentariorum hujus Bibliothecæ p. 112. his verbis:

„Octavo & quidem à fol. 104. pag. 1. usque ad fol. 114. pag. 2. „*Ex Theophanis Metropolitæ Nicæni Libro quarto contra Judæos, Ecloga ſive* „*excerpta Mathuſalæ Monachi de Proceſſione Spiritus Sancti ex ſolo Patre:* „quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Θεοφάνους τοῦ Μητροπολίτου Νικαίας „δ΄ λόγου ἐκλογαὶ Μαθουσαλᾶ τοῦ ἀσκητοῦ. Τοῖς προεστηκόσι καὶ ὑπεραγω„νιζομένοις τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν ἀληθείας &c. Ἐπεὶ δὲ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν περὶ „τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἢ κἀκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ὡς ἡ „Θεολογία βούλεται τῶν Λατίνων &c. Vide quoque Philippi Labbei Soc. „Jeſu *novam Bibliothecam Manuſcriptorum librorum* pag. 91. ubi refert *ex-* „*tare Theophanis Nicæni Metropolitæ contra Judæos Libros ſex in Bibliotheca* „*Regia Pariſina Manuſcriptis Codicibus* 788. & 1806. Ex λόγῳ octavo Theophanis contra Judæos locum affert Allatius pag. 599. libri de Proceſſione Spiritus S. Alia ex Libro ſive Oratione ſexta pag. 187. ſeqq. contra Hottingerum.

XLIII. *Bartholomæi* Monachi Edeſſeni, cujus ætas ignoratur, ἔλεγχος Ἀγαρηνοῦ, elenchus & confutatio Hagareni, initio mutila Græce ex Codice legati Warneriani Bibl. publicæ Leidenſis prodiit in Variis ſaris viri eruditiſſimi Stephani le Moyne, qui Latinam addidit verſionem. Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. Tomo I. p. 302-----420. Incipit: Καὶ οὕτως εὗρον πάντα ἐν τῷ Κουρανίῳ σου γεγραμμένα.

Anonymi contra Maomedem, κατὰ Μαωμέδ. Ex eodem MS. Codice, p. 429--451. Incipit: Κατὰ Σαρακηνῶν οἱ καλοῦνται Ἰσμαηλῖται.

Similiter incertæ ætatis eſt, ne de variis adverſus Judæos ſcriptis Græcis *anonymis* dicam, quæ in Bibl. Cæſarea occurrere MSta notatum eſt à Lambecio, lib. V. p. 111. & 126. THADDÆUS *Peluſiota*, cujus librum Græce ſcriptum contra Judæos Geſnerus manu exaratum fuiſſe teſtatur in Gallia apud illuſtrem Virum Henricum Memmium: nec non MATTHÆUS *Hieromonachus*, cujus libri quinque in Judæos MSS. in Bibl. Bodlejana inter Codices Baroccianos n. 33.

ATHA-

ATHANASII junioris disputatio cum *Zacchao*, Judæorum Nomodidascalo, MS. in Bibl. Cæsarea, teste Lambecio V. pag. 135. Incipit: Πλανᾶσθε οἱ Χριστιανοὶ πρῶτον ὅτι νομίζετε καὶ ἑτέρους Θεοὺς εἶναι. Idem Lambecius p. 136. testatur eodem codice haberi & aliorum quorundam veterum adversus Judæos excerpta.

PACHOMII Monachi, qui post Saracenorum in Syria & aliis Asiæ regionibus grassationes scripsit, sermo insignis nuper Græce & Latine est editus à venerando Theologo, meritisque & eruditione maxime illustri Valentino Ernesto Lœschero, * λόγος ὑπεραπολογητικός τε καὶ ἠθικὸς πρὸς τοὺς δυσαναχετοῦντας πρὸς τὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐπαγομένας θλίψεις, καὶ τὴν θείαν πρόνοιαν λοιδοροῦντας. *Sermo defensorius & moralis ad illos, qui calamitates ab infidelibus ingruentes impatienter ferunt, & Divinam Providentiam convitiantur.* Incip. Ἰησοῦ Κυρίου προηγουμένου κελεύοντος.

XLIV. MANUELIS PALÆOLOGI, qui CPoli imperitavit ab A.C. 1384. ad 1419. ad fratrem Theodorum Dialogi XXXVI. cum Persa dignitate Μουδερίζη, habiti Ancyræ in Palatio, Græce MSti servantur in Bibl. Seguieriana sive Coisliniana, teste laudatissimo Montfaucono in Catalogo ejus Bibl. p. 201.

Ex scriptis GEORGII Scholarii, qui ex Patriarcha CPol. Monachus factus, GENNADII nomen suscepit, & circa A. 1460. diem obiit, plura exstant, quæ hoc loco mihi veniunt memoranda. Eorum brevem notitiam ex V. C. Eusebii Renaudtoi ** observationibus exhibeo, quibus meas adjunxi.

Primum inter illa locum tenet, *Expositio fidei Christianæ coram Turcarum Imperatore Muhamede facta, & scripto comprehensa.* Hujus duplex editio est, altera prolixior, altera brevior. Primæ titulus in nostro & Regiis Codd. talis est: Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ Σουλτάνῳ αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγενημένας· καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀμφότερα Ἀῤῥαβικῶς, καὶ οὕτως ἐξεδόθη. *Gennadii & Monachi Patriarchæ Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus Sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in Patriarchio, & deinde aliud brevius editum est: ambo autem Arabice interpretata sunt, & ita publicata.*

* in appendice ad Stromateum Witeb. 1724. 4. p. 122-169.

** Eusebius Renaudotus ad Gennadii homilias Paris. 1709. 4. p. 83.

Digitized by Google

Græce & Latine vulgavit Jo. Alexander Brassicanus Viennæ 1530. 8. & post eum Christianus Daumius ὁ μακαρίτης, una cum Hieronymi Theologi Græci dialogo de SS. Trinitate, Cygneæ 1677. 8. Arabice cum interpretatum ajunt, Turcice intellige, neque enim ullum Arabicæ versionis vestigium in Codd. MSS. Extat illud in plerisque Codicibus. De eo Allatius libro de Georgiis p. 402. Brevius alterum opusculum pro veritate fidei Christianæ ad Amuratem Suldanum Muhamedem II. capitibus XX. idem est, quod in Historia Eccles. Emanuelis Malaxi Græce & Latine p. 110-119. Basil. 1594. fol. edidit Turco-Græciæ l. 2. Martinus Crusius, cum versione Turcica, Græcis expressa literis, quæ, ut titulus habet, facta est ab Ahmeto Judice Berrhœæ, patre Mahmouti Chelebi, Scribæ Imperatorii. Ejusdem exemplar simul cum Turcica versione elegantissima manuscriptum, sed Græcis literis, & fortassis idem, quod aut Imperatori, aut primario alicui Turcæ destinatum fuit, habetur in Bibl. Regia n. 2961.

Editum quoque Latine est Basil. Anno 1556. fol. in Hæresiologia Jo. Heroldi, curante Joanne Polo de Albo Castro, translatum à Gregorio Hermonymo, Spartano, & in Bibliothecis Patrum, ut edit. Paris. 1575. T. 5. & 1589. T. 4. & Lugd. T. 26. p. 556. & Græce ac Latine ad calcem orationis Dav. Chytræi de statu Ecclesiarum in Græcia, Asia, Africa, Ungaria, Bohemia. Francof. 1583. 8. & curante Joanne à Fuchte, sed octo postremis capitibus omissis, (addito tamen prolixiore illo dialogo, de quo jam dictum,) Helmstadii 1611. 4. & in Bibliotheca Patrum Paris. 1654. tom. 4. pag. 950. De eo videnda, quæ scribit Possevinus Apparatu sacro: quamquam falso suspicatur à Græcis subtracta quædam fuisse, quæ ad processionem Spiritus Sancti à Patre & Filio pertinerent. Id enim non ex collatione MSS. codicum, sed conjectando tantum colligit, quia Gennadium, qui ipsi Catholicus videbatur, ea silentio præteriisse non existimabat. Sed quam inanis hæc conjectura sit, ex alibi à Renaudato dictis manifestum est.

2. Contra Judæos scripsit per modum dialogi librum hoc titulo: Ἔλεγχος τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἔκ τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὴν χριστιανικὴν ἀλήθειαν παράθεσις ἐν σχήματι διαλόγου. *Confutatio erroris Judaici ex Scriptura & rebus gestis, & ad Christianam veritatem Cohortatio, per modum dialogi.* Colloquuntur Christianus & Judæus. Initium est: Βούλει διαλεχθῶμεν ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα χριστιανοί τε καὶ Ἰουδαῖοι. Extat in Cod. Reg. 2954. & 2959. & in nostro similiter. In utroque scriptus dicitur, ἐν τῇ τρίτῃ μου βίαιᾳ πρὸς τὴν πόλιν ἀνόδῳ.

In

In meo additur, καὶ δόξα ἐκεῖθεν ἐλευθερώσαντί με τρίτον ἤδη Θεῷ, *scriptus in tertia mea ad urbem violenta profectione, & gloria Deo tertium inde me liberum abire sinenti.* Non viderat Allatius, qui ex Bibliotheca Roberti Constantini titulum citat p. 408. Opus non contemnendum, satisque prolixum, foliorum circiter sexaginta in eodem Regio.

3. Ejusdem, Ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητειῶν αἱ σαφέστεραι, *sive Collectio Prophetiarum de Christo, quæ magis perspicua sunt.* Incipit: Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, in nostro Cod. & in Reg. 2959. Non meminit Allatius.

4. Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν, ἤτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐστι καὶ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἐν τριάδι ὑποστάσεων. *Contra Automatistas & Hellenistas, sive multorum Deorum opinionem tenentes, & quod unus Deus sit conditor universi in trinitate hypostaseon.* Incipit: Οἴεσθαι μὲν μὴ εἶναι Θεόν. Scriptum fuit opus in Monasterio Prodromi in monte Menœceo: habetur in Codd. Reg. 2955. 2958. 2959. & in nostro.

5. Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς θειότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Interrogationes & responsiones de Divinitate Domini nostri JESU CHristi:* ex disputatione habita cum Primariis duobus Turcis, qui missis litteris ex Monasterio Ferras eum venire jusserant. Extat in Codice Reg. 2955. Πρὸς τῷ τέλει τοῦ Μαΐου.

6. Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, ἢ νόμος εὐαγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ. *De primo DEI cultu, sive lex Evangelica compendio explicata.* Opus dividitur in capita 40. scriptum est rogante quodam familiari Monacho, raptim Anno 6966. J. C. 1458. in Monasterio S. Joann. Baptistæ in Menœceo monte post abdicatam dignitatem, Μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀποκατάθεσιν, ut habet idem Cod. Regius. Incipit, Δυεῖν οὐ τῶν τοῖς εὐσεβοῦσι λατρειῶν. Extat in Codice Reg. 2955. & 2959.

7. Περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ. *De Divina Providentia & Prædestinatione.* Initium est: Τὴν ἐξ ἀϊδίου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γνῶσιν.

8. Περὶ προορισμοῦ, δεύτερον. *De Prædestinatione secundum.* Initium: Κλινοπετὴς ἐδεξάμην. Is libellus editus est Græce Augustæ Vindelicorum à Davide Hœschelio, Anno 1603. 4. Iterum cum versione Latina à Carolo Libertino, Societatis JEsu Theologo, Vratislaviæ Anno 1681. 4. Scriptus fuit ad Joannem Archiepiscopum Thessalonicensem, in eodem Monasterio.

Digitized by Google

9. Περὶ τῆς θείας προορισμοῦ, τρίτον. *De Divina Prædestinatione tertium*, ad eundem. Incipit: Πολλήν οἶδά σοι χάριν.

10. Περὶ τῦ θείυ προορισμῦ τέταρτον. *De Divina Prædestinatione quartum.* Ad magnum Oeconomum dominum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν φίλτατε. Quatuor illi de Prædestinatione libri ſcripti videntur poſtquam privatus factus Gennadius in monaſterium ſe recepiſſet. Extant ſimul in Codd. Regiis 2955. & 2959.

11. Ὅπως ἡ θεία πρόνοια καὶ ὁ θεῖος προορισμὸς ὐκ ἀναιρεῖ τὸ χρήσιμον τῶν εὐχῶν. *Quod divina Providentia & divina Prædeſtinatio non aufert precum utilitatem,* in Cod. Reg. 2958. Incipit: Ὁ περὶ τῆς θείας προνοίας λόγος, cod. Reg. 2958.

GEORGII *Trapezuntii* ** de veritate fidei Chriſtianæ liber ad Ameram Moamedanum, ſcriptus circa A. 1453. quem cum verſione ſua edere voluerat Leo Allatius tomo octavo ſymmictorum. MS. in Bibl. Lolliana.

MELETII PIGÆ, τῦ Πηγᾶ, Patriarchæ Alexandrini, liber contra Judæos Græce & Ruthenice excuſus Leopoli A. 1593.

Appendix I. de Scriptis Græcis Judæorum, Veritati Religionis ſuffragantibus.

I.

DUo claruere Judæi, Apoſtolorum vicini ætati, PHILO & FL. JOSEPHUS, quorum lucubrationes, Græce exaratas, ad nos perniſſe gaudemus. Eorum utriusque teſtimoniis Euſebius fuit uſus in opere de Præparatione Evangelica: nec ſine cauſa ambo referri merentur inter eos, qui pro captu ſuo religionis veritatem defenſitarunt, licet à CHRISTI nomine alieni fuerint. PHILO quidem, Moſaicæ Legis divinitatem, & Numinis providentiam ubique aſſerit egregie; in aliis monarchiam ſive unius DEI cultum tuetur & Judæorum cauſam agit adverſus Ethnicos: in libro de legatione ad Cajum † teſtatur Pilatum multos levi vel nulla de cauſa ſupplicio tradidiſſe. Alibi Eſſenorum vitam & mores deſcribit & commendat ita, ut multi Chriſtianos in illis agnoſcere ſibi viſi fuerint: De Λόγῳ etiam, & de Mundo per eum facto paſſim facit

** Giornale de' letterati d' Italia T. XVI. p. 435. † p. 800. edit. Genev. 1613.

facit mentionem, ut libro περὶ φυγάδων p. 307. γεγένηται ὁ κόσμος καὶ πάντως ὑπ' αἰτίου τινὸς γέγονεν. ὁ δὲ τοῦ ποιοῦντος λόγος αὐτός ἐστιν ἡ σφραγὶς ᾗ τῶν ὄντων ἕκαστον μεμόρφωται. Et p. 316. λέγομεν γὰρ τὸν ἀρχιερέα οὐκ ἄνθρωπον ἀλλὰ Λόγον θεῖον εἶναι, πάντων οὐχ ἑκουσίων μόνον ἀλλὰ καὶ ἀκουσίων ἀδικημάτων ἀμέτοχον. Et lib. 2. de Monarchia p. 563. Λόγος δέ ἐστιν εἰκὼν Θεοῦ, δι' οὗ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο. Et de confusione linguarum pag. 255. Ἄνθρωπος Θεοῦ, ὃς τοῦ ἀϊδίου Λόγος ὤν, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτός ἐστιν ἄφθαρτος. Et p. 258. Τοῦτον μὲν γὰρ πρεσβύτατον υἱὸν ὁ τῶν ὄντων ἀνέτειλε Πατὴρ ὃν ἑτέρωθι πρωτόγονον ὠνόμασε. Omitto alia bene multa, quæ ex Philone producit Vir Clarissimus *Petrus Allixius* capite XX. libri Anglice vulgati Lond. 1699. 8. & Germanice versi à Christophoro Matthæo Seidelio, Inspectore Tangermundano in Marchia, editique Berolini 1707. 4. cum præf. Godfridi Arnoldi, sub titulo: Judgment of the ancient Jewish Church against Unitarians, in the Controversy upon the holy Trinity, and the Divinity of our blessed Saviour; *Judicium veteris Ecclesiæ Judaicæ contra Unitarios in controversia de SS. Trinitate, & de Deitate Salvatoris nostri JESU CHRISTI.* Nec tamen ideo Joannem Evangelistam in limine Evangelii, vel Paulum Apostolum in Epistola ad Hebræos ex Philone sapuisse credamus, sed potius quæ de Λόγῳ obtinebat pervagata Judæorum, neque Philoni adeo ignota traditio, ad JESUM ambos sublimiore sensu applicuisse.

II. Quoniam liber Allixii dignus mihi visus est consideratione præ aliis haud paucis, illius capitum argumenta Latine expressa à me subjicere hoc loco placet, ut de methodo auctoris constare possit:

Post Præfationem, Caput 1. De scopo libri & argumentis, quæ in illo tractantur. pag. 1.

C. 2. Quod tempore CHRISTI Salvatoris nostri Optimi, inter Judæos obtinuerit ac receptum fuerit genus quoddam exponendi scripta Veteris Testamenti, nixum avita traditione, & CHristi atque Apostolorum suffragio in multis confirmatum. p. 11.

3. Judæis fuisse certas regulas interpretationis ad Scripturas secundum Traditionem arcano sensu intelligendas & explicandas. p. 32.

4. JEsum CHristum Ejusque Apostolos varia capita Christianorum dogmatum ex illa communiter inter Judæos recepta traditione confirmasse, quod facere tam commode haud potuissent, si loca ab

C. 19. Novi

III. FL. JOSEPHUM inter præcipuos Veritatis Religionis testes referre non dubito, quis enim est, qui pœnas gravissimas à DEO sumtas de Judæis & à CHRISTO graviter & expresse prænunciatas vel fide dignius vel disertius describit? Idem Evangelicam & Apostolicam historiam in bene multis sive firmat sive illustrat capitibus, etiamsi vel maxime cum viris quibusdam doctis ponamus insertam ab aliena manu, vel quod citius mihi persuaserim (additis verbis ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, quæ Hieron. tamen vertit *& credebatur esse CHRISTUS*,) interpolatum esse locum decantatissimum

mum de CHristo Servatore lib. XVIII. Antiquitatt. cap. 4.* Certe in dubium nemo vocat, quæ de Joanne Baptista leguntur lib. XVIII. cap. 7. *Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ. κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσιν καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνη καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις, βαπτισμῷ συνιέναι.* vel quæ de Jacobo lib. XX. cap. 8. *Παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους παρέδωκε λευσθησομένους. ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ* &c. ne dicam, quæ de dirutis propter Jacobi necem injustam Hierosolymis, de Johanne Baptista Propheta, & de CHristo cum Sacerdote, adolente in templo ex iisdem Josephi libris laudant Origenes I. contra Celsum p. 35. lib. 2. p. 69. & in Matthæi XIII. p. 223. Eusebius lib. II. Hist. c. 23. Hieronymus Catalogo Scriptor. Ecclesi. c. 2. & 13. Suidas in *Ἰησοῦς* & *Ἰώσηπος*, hodie vero in Josephi libris * non reperiuntur. Locum Josephi de Jacobo respicit etiam Anastasius Sinaita, quando in homilia de S. Synaxi quam edidit Henricus Canisius T. 3. Antiquar. Lect. p. 78. *μέμνησαι*, inquit, *Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, οὗ καὶ οἱ* ΓΑΛΙΛΑΊΟΙ ΛΟΓΟΓΡΆΦΟΙ *μέμνηνται, εὐχόμενον ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.*

IV. *Catalogus Scriptorum veterum, qui locum Josephi de CHristo tanquam genuinum laudant.*

GRÆCI.

Macarius Martyr in sermone ad Diocletianum Imp. si modo genuina vel non interpolata sint ejus Acta Græca martyrii T. V. Act. Sanctor. Maji pag. 149. & in Wilh. Ernesti Tentzelii τοῦ *μακαρίτου* dialogis menstruis vernaculis (Monatliche Unterredungen) A. 1697. p. 556. adde lib. IV. Bibl. Græc. c. 6. p. 237.

Eusebius,

* Huetius proposit. 3. demonstrationis Evangelicæ §. 10. contendit illa à Judæis fuisse erasa: at Blondellus lib. 1. de Sibyllis c. 7. eadem à Christianis in libros Iosephi inserta. Neutrum crediderim. Sed videmus passim ab iis, qui scriptores laudant, sententias illorum malo exemplo mutari & interpolari. Etiam Orosius VII. 6. ex Iosepho refert expulsos Româ à Claudio Imp. universos Christianos, quod in editis frustra quæres. Sed & Is. Vossius libro de LXX. Interpretibus hinc inde profert è Syncello vel è Codicibus Iosephi MSS. quæ in editis haud exstant. Plura etiam ex Codicibus MSS. restituit in præclara sua editione celeberrimus Hudsonus, quæ in prioribus desiderabantur.

Digitized by Google

Eusebius, lib. I. Hist. Eccles. c. 11. & Demonstrationis Evangelicæ lib. 3. c. 5. pag. 124. Ex Eusebio *Sozomenus* lib. I. Hist. Eccles. cap. I. *Nicephorus* lib. I. c. 39.

Isidorus Pelusiota lib. IV. Epist. 225.

Græcus interpres Hieronymi de Script. Eccles. c. 13.

Joannes Malala p. 319. Chronici, & alii Chronographi Græci *Joannes Zonaras*, *Georgius Cedrenus*, *Georgius Hamartolus*, *Michaël Glycas* &c.

Suidas in ἰώσηπ⊙-.

LATINI.

Hieronymus de Scriptoribus Eccles. c. 13.

Latinus interpres Antiquitatum Josephi, ætate Cassiodori Senatoris.

Hegesippus lib. 2. de excidio Hierosol. cap. 12. atque in anacephalæosi p. 685.

Haymo Halberstadiensis lib. I. Hist. Eccles. c. 13.

Joannes Sarisberiensis lib. I. Policratici c. 9.

Freculfus & alii Chronicorum scriptores Latini, Albertus Stadensis, Conradus Urspergensis, Vincentius Bellovacensis in speculo Historiali, Anonymus Bambergensis MS. in Bibl. Academiæ Jenensis, inspectus Bosio &c.

Petrus Comestor in Historia Scholastica.

His accedit consensus Codicum MSS. Josephi non *Græcorum* modo & *Latinorum*, quoscunque viri docti inspexerunt, sed ut ajunt etiam *Hebraicorum*. Nam in Hebraica versione Josephi extitisse illud testimonium in pervetusto Codice MS. Bibl. Vaticanæ, sed abrasum à Judæis, testatur Baronius ad A. C. XXXIV. n. 226. quod licet aliena fide narratum Casaubono videtur XVI. ult. Exerc. p. 677. vel plane confictum, ut suspicatur Jo. Clericus T. 23. Bibl. select. p. 197. seq. tamen confirmatur ab Huetio Demonstrationis Evangelicæ Propos. 3. §. 13. & à Theophilo Comite de Windischgrætz, qui Codicem illum sibi Romæ demonstratum, Wagenseilio affirmavit, ut legas in Christophori Arnoldi collectione Epistolarum de testimonio Josephi p. 249. seq. Cui addendum, quod de Joanne Baptista locus legitur apud Gorionidem pag. 533. seq. edit. Breithauptii, & quod ex inedito Gyraldi Cambrensis libro de institutione Principis affert præstantissimus Caveus: *Robertus* (Canutus, qui circa A. C. 1170. claruit,) *Prior S. Friduwida apud Oxoniam, Hebraice doctus, in duobus Exemplaribus Josephi Hebraice scriptis invenit testimonium de CHristo in aliis nuper erasum,*

quod & Judæis Oxoniæ degentibus ostensum fuit. Quoniam vero & in Münsteri editione Gorionidis est alicubi hiulca oratio, velut observavit Cloppenburgius, cumque ipsum locum esse à Judæis erasum nonnulli suspicantur, fateor me assentiri Carolo Daubuz, qui ita scribit lib. I. de testimonio Josephi p. 49. *Nunquam ego adducar, ut credam in isto Gorionidis, vel alio quovis Hebræorum Codice extitisse hoc de CHristo testimonium. Omnes in atra caligine versabantur, & andabatarum more pugnabant, qui de hac periocha ex Romano Codice abrasâ verba faciebant, donec exortus sit Vir in litteris Hebraicis doctissimus Jo. Christophorus Wagenseil,* * *qui ex editione Hebræa Cracoviensi & Germanica versione Pragæ per Judæos edita, ostendit in istis verbis hinc sublatis & abrasis, illic omissis sermonem esse de Tiberio Cæsare Pilatoque, qui statuas in Urbem Hierosolymam noctu est conatus inducere, quibus plebs Judæorum valde fuit commota. Quæ verba cum sint in Tiberium paullo duriora, ne hodiernos Imperatores offenderent, partim ex ineditis Codicibus sunt sublata, partim etiam in editis quibusdam omissa à Judæis Germanis; licet alii in sua Sarmatia Cæsaris iram non pertimescentes, hæc verba reposuerunt.*

V. *Scriptores recentiores, pugnantes hunc locum genuinum esse.*

Natalis Alexander. T. 6. Hist. Eccles. V. T. diss. 10.
Jac. Altingius lib. IV. de Schilo c. 29.
Christophorus Arnoldus in testimonio Flaviano p. 185.
Tho. Bangius id. p. 286.
Cæsar Baronius ad A. C. XXXIV. n. 226. & XCVI. 2.
Jo. Henricus Bæclerus in Arnoldi testimonio Flaviano p. 253. 263.
Guil. Bonjour dialogo tertio triduanæ de Canone sacrorum librorum concertationis Rom. 1704. 4.
Guil. Caveus parte 2. Hist. litterariæ ad A. C. 67.
Carolus Daubuz, presbyter & A. M. in libris II. pro testimonio Fl. Josephi de CHristo, quorum priore de varia ejus fortuna usuque nec non auctoris consilio in eo conscribendo pertractatur: posteriore vero ex stylo ac dicendi modo & sensu (contra Tan. Fabrum) ejus veritas comprobatur. Lond. 1706. 8. Huic Daubusio pag. 93. 221. Josephus videtur semichristianus imbutus dogmatibus Essenorum p. 212. 224. seq. & in gratiam Epaphroditi p. 103. & Flaviæ Domitillæ

* Vide Christoph. Arnoldi testimonium Flavianum Epist. 26. p. 277. 279. 282. seq.

Digitized by Google

mitillæ ac Flavii Clementis Chriſtianorum p. 107. illa de CHriſto hiſtoriæ ſuæ inſeruiſſe.

Juſtus Chriſtophorus Ditmarus, ſingulari diſſ. Francof. ad Viadrum 1715. 4.

Robertus Eſtrangius prolegom. ad Anglicam Joſephi verſionem.

Conradus Daniel Frick, Ulmenſis, ὁ μακαρίτης, ſingulari diſſ. Lipſ. 1698. 4.

Jo. Erneſtus Grabe, præf. ad Caroli Daubuz libros duos, quos modo memoravi.

Houtevillius in libro, la religion Chrétienne prouvée par les faits pag. 65. 77. ſeq.

Joannes Hudſonus præclariſſime de Joſepho promeritus nova editione ** quæ nunc novis Clariſſimi Haverkampii ornata curis in Belgio recuditur, ratus Joſephum fuiſſe unum ex baptizatis à Joanne (quem laudat XVIII. 6. 2.) ideo non dubitavit etiam genuinum eſſe hoc de CHriſto, quemadmodum & de Jacobo teſtimonium.

Cherubinus de S. Joſepho, Carmelita T. 3. Bibliothecæ Criticæ S. diſſ. 1. parte 3.

Hadr. Junius apud Arnoldum p. 196.

Tho. Lanſius id. p. 228.

Petrus Lambecius lib. VIII. Bibl. Vindol. pag. 22. ſeq. ſed qui in eo vix quenquam lectorem habebit aſſentientem, quod verba Joſephi ad ignominiam CHriſti pertinere contendit.

Sebaſt. Lepuſculus inter Epiſtolas Philologicas Goldaſti Epiſt. LXI.

Honoratus de S. Maria reflexions ſur les regles & l'uſage de la Critique Pariſ. 1723. 4. T. 3. diſſ. 4.

David Martin in diſſ. duplici Critica Gallice edita, quarum prior dictum 1. Joh. V, 7. altera locum Joſephi tuetur Ultraject. 1717. 12. Acta Erud. 1718. p. 449. Europe ſavante A. 1718. Maj. Journal des Sav. 1718. Aout p. 215. &c.

Jo. Micrælius lib. IV. Judæ, Dialogo 2. Arnoldi teſtimon. Flavian. p. 416.

B. D. Joannes Müllerus noſter in Judaiſmo detecto p. 1103. ſeq. Arnold. p. 397.

Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. C. XXXII. n. 15.

Thomas Reineſius Epiſt. ad Rupertum p. 609. & in Arnoldi teſtimonio Flaviano p. 125. Epiſt. ad Snellium id. p. 134.

S 2 *Fran-*

** Act. Er. 1721. p. 135. Bibl. ancienne & moderne T. 14. p. 237. 303. Mem. litteraires de la grande Bretagne T. V. p. 212.

Digitized by Google

Franciscus de Roy, JCtus Andegavensis, in peculiari diss. vulgata Andegavi Anno 1656. ad calcem historiæ de vita, hæresi & pœnitentia Berengarii.

Christoph. Adamus Rupertus Epist. ad Snellium in Christoph. Arnoldi testimonio Flaviano p. 63. 104. & ad Reinesium p. 118. (inter Reinesianas p. 601.)

Henricus Valesius notis ad Eusebium p. 16. & 20. ubi respondet ad Tan. Fabri argumenta.

Ab *Isaaco Vossio* habitum testimonium hoc pro genuino testatur Jo. Frid. Gronovius in Christoph. Arnoldi testimonio Flaviano p. 285.

Jo. Christophorus Wagenseilius id. p. 218. 266.

D. *Mich. Waltherus* præf. Commentarii in Epist. ad Hebræos, num IV. Arnold. p. 404. 287.

Abraham Whelocus id. p. 218.

Georgius Wolfgangus Wedelius Centur. 2. Exerc. Medico-Philolog. decad. 2. diss. 1.

VI. *Suppositițium esse disputant*

Christophorus Arnoldus in testimonio Flaviano sive Epistolis XXX. Philogicis & Historicis editis Noribergæ 2661. 12. variorum sententias pro illo Josephi loco: aliorum vicissim, quibus illum falsitatis arguunt, affert, quibus ipse assentitur p. 150. 169. consentientes secum laudans Boxhornium, Gronovium, Salmasium. His pag. 177. seq. junguntur Heinsius, Cloppenburgius, Capellus, (adde p. 388. seq.) & p. 193. Vorstius: iisdem etiam possunt addi Obertus Gisanius, Joannnes Dallæus aliique.

David Blondellus in Timanni Gallesii Hist. Eccles. p. 125. & apud Arnoldum p. 205.

Joannes Clericus T. XVI. Bibl. veteris & novæ Gallica lingua editæ pag. 90. seq. & in libro, Sentimens de quelques Theologiens de Hollande p. 146. seq.

Tan. Fabri Epistola ad Joannem Chabrolium lib. 1. Epist. 44. pag. 125. Salmur. 1675. 4. & in Arnoldi testimonio Flaviano p. 289.

Hispanus quidam in libro ἀκεφάλῳ de quo Arnoldus p. 152.

Menasse ben Israël, id. p. 163.

Abbatis

Digitized by Google

Abbatis de Longuerue * diss. quam Parisiis ad se missam edidit Joannes Clericus T. VII. Bibl. veteris & novæ p. 237.
Christianus Noldius in historia Idumæa, sive de vita & gestis Herodum n. XX.
Lucas Osiander Hist. Eccles. Centur. 1. lib. 2. c. 7. primus quantum constat eorum, qui locum Josephi in dubium vocarunt.
Piquesius Doctor Sorbonicus, sive potius Rich. Simon Bibl. Critique T. 2. p. 26. seq.
Sebaldus Snellius Epist. ad Rupertum, in Arnoldi testimonio Flaviano p. 83. & ad Reinesium p. 130. ad Arnoldum p. 176.

Præ cæteris urgetur ab iis, quibus hoc Josephi testimonium ab aliena manu suppositum videtur, quod eo haud utuntur Justinus, Tertullianus, aliique quando contra Judæos disputant. Nonnihil tamen, negativi hujus argumenti ponderi detrahit, quod nec meminerunt juniores Eusebio & Hieronymo, qui tamen illud vel in Josephi Codicibus vel apud Eusebium legere potuerunt, ut contra Judæos Chrysostomus, & in cujus Bibliotheca bis de Antiquitatibus Josephi differitur, Photius Cod. 76. & 238.

VII. *Pro Interpolato habent*

Jo. Henr. Boeclerus in Arnoldi testimonio Flaviano p. 265.
Mr. l'Abbé de Fontaines † lettre à Mr. Houtteville (Journal des Sav. 1723. Jul. p. 10--12.)
B. Tho. Ittigius, Doctor olim meus, prolegom. in Josephi Opera Lipsiæ edita, & in selectis capitibus Hist. Eccles. sæculi I. p. 356. sq. 374.
Rich. Montacutius ad Eusebii demonstrat. lib. 3.
Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 931.
Vorstius apud Arnoldum p. 151. 152.
Jo. Henricus Ursinus id. p. 231. seq. 274.
Jo. Christoph. Wagenseilius Tomo IV. peræ librorum juvenilium p. 189.

VIII. Antequam de Josepho dicere desinam, paucis memorandi ejus περὶ ἀρχαιότητος Ἰουδαίων πρὸς τοὺς Ἕλληνας, *de Antiquitate Gentis Judaicæ libri II.*

* Journal. des Sav. p. 644.

† Hujus scriptoris, singularis & parum credibilis hæc est sententia, quod locus ipse à Josepho non in corpore ipso scriptus historiæ, sed post historiam absolutam in margine allitus fuerit.

Digitized by Google

libri II. adversus Manethonem, * Apollonium Molonem, Lysimachum, Posidonium & alios Ethnicos, Apionem ** præcipue, qui nationi Judæorum detraxerat libro tertio & quarto rerum Ægyptiacarum. Singulari præterea scripto Judæis Apionem insultasse affirmant Justinus Martyr, Clemens Alex. Julius Africanus, Eusebius & Hieronymus, cujus hæc sunt verba c. 13. de scriptoribus Eccles. *Scripsit & Josephus duos ἀρχαιότητος adversum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium contra Philonem, etiam librum, vituperationem gentis Judaicæ continentem, scripserat.* At hujus non meminit Josephus, qui hos quoque binos libros Epaphrodito suo κρατίστῳ & τιμιωτάτῳ inscripsit, unde ante annum Christi XCV. editos fuisse oportet, quo Epaphroditum Domitianus interfecit. Sed & Apio ipse, ut Manetho cum reliquis jam mortuus erat, cum Josephus eum confutaret, ut constat è lib. 2. pag. 1071. Laudat Hieronymus his verbis Epist. 84. ad Magnum Oratorem: *Josephus antiquitatem approbans Judaici populi, duos libros scripsit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta secularium profert testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo vir Hebræus & ab infantia sacris litteris eruditus, cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.* In libro secundo pag. 1064. seq. est magna in Græcis lacuna, quam fortasse supplere aliquando dabitur alicui è MSto codice. Hos libros respicit Gorionides pag. 466. edit. Breipthauptii per ספר תובחות ומריבות *Volumen refutationis & controversiarum* adversus Gentilium Scriptores.

Appendix

* In editionibus quibusdam, ut Latina Paris. 1514. fol. minore, per Albertum Goullet Prof. Theol. emendata, liber prior inscribitur *de Antiquitate contra Manethonem Ægyptium,* liber posterior *de Antiquitate contra Apionem & fautores.* Labbeus p. 275. Bibl. novæ MSS. testatur in codice MS. 349. Regis Christianissimi exstare *Josephum contra Manethonem & alios Stoicos* (Chæremonem puta) *Latine.* Sane magna pars libri prioris occupatur in confutandis iis, quæ Manetho de Judæis tradiderat. Vide pag. 1039. seq. 1042. & 1052. seq. & sub initium libri secundi ait se respondisse priore libro Manethoni, Chæremoni, & aliis quibusdam. Auctor autem ipse in titulo libri nullum nomen adversarii posuerat, sed tantum inscripserat περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ut ab Origene, Eusebio, & aliis veteribus allegatur. Porphyrius lib. IV. de abstinentia ab animantibus, βιβλία πρὸς τοὺς Ἕλληνας vocat.

* De Appione isto Plistonice Posidonii fil. Oasitano, qui ob civitatis jus acceptum malebat audire Alexandrinus, consuli poterunt Cotelerius ad Patres Apostolicos T. 1. pag. 592. Vossius de Hist. Græcis, Meursius in Bibl. Græca, Bælius T. 1 Dictionarii & Tillemontius Hist. Imperatorum T. 1. p. 775. seq. Appion scribendum an (quod præfert) Apion disquirit Harduinus in nummis urbium illustratis p. 521.

Digitized by Google

Appendix II. de ſcriptis Græcis Ethnicorum, Veritati Religionis ſuffragantibus.

I.

HAud dubium eſt in Paganorum quoque ſcriptis reperiri multa & egregia, quæ non modo teſtentur DEUM, non ſine teſtimonio reliquiſſe ſemetipſum in eorum animis, ſed etiam quibus capita religionis, ſaltim naturalis, argumentis ſolidis atque idoneis confirmentur. Volumina integra recentium Scriptorum, quibus teſtimonia ex Ethnicorum monumentis ſelecta ac digeſta ſunt, laudabo infra Capite XXXII. In præſenti tantum ſcripta Græcorum veterum quædam juvat commemorare, quibus contra Atheos vel Epicureos atque irreligioſos homines ex inſtituto nec infeliciter ab iis pugnatur.

II. Providentiam Numinis defendit *Plutarchus* in dialogo, quem evolviſſe non quenquam pœnitebit, ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, *quod non poſſit homo ſvaviter vivere ſecundum Epicuri decreta.* Præter Xylandri verſionem, quam habes in edit. Græco-Latina T. 2. p. 1086. vertit hunc librum etiam Arnoldus Ferronus Burdegalenſis, cujus interpretationem exhibet Henricus Stephanus T. 3. p. 425. Ejusdem Plutarchi liber de fato ad Piſonem huc pertinet, qui extrema parte mutilus ad nos pervenit: nec non alter de communibus notitiis adverſus Stoicos, itemque tertius, Stoicos abſurdiora quam Poëtas tradere. In *Simplicii* ad Epictetum commentariis pulchræ leguntur diſputationes, quibus probat non modo eſſe DEUM, p. 222. ſq. ſed & Providentiam p. 237. ſq. & DEUM non eſſe cauſam mali, p. 24. 80. ſq. 156. ſq. 162. ſq. edit. Lugd. Bat. 1640. 4. His jungenda, quæ diſputat *Proclus* libellis de Providentia & fato ad Theodorum Mechanicum & de malorum ſubſiſtentia, quos ex veteri Latina verſione vulgavi Volumine octavo Bibliothecæ Græcæ. Sed etiam *Theo* Rhetor Providentiæ cauſam bene agit in ſuis progymnaſmatis capite περὶ θέσεως p. 100. ſeq. ut *Plotinum* Ennead. III. 2. ſeq. *Hieroclem* apud Photium Cod. 214. & 251. *Maximum Tyrium* diſſ. 25. aliosque Platonicos prætercam. Ipſe etiam Scepticus ſcriptor *Sextus Empiricus* ea affert argumenta libro I. adverſus Phyſicos, quibus opponere velut paris ponderis objectiones Atheorum & Epicureorum certe debuiſſet erubeſcere.

III. Ex

Digitized by Google

III. Ex *Galeni* lucubrationibus hûc pertinet, insigne omnino scriptum *περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων, de usu partium corporis humani,* libri XVII. ad Boëthum Proconsulem Syriæ Palæstinæ. T. 4. edit. Græco-Lat. Paril. p. 284. Basil. Græc. T. 1. p. 367. in qua editione VII. 14. est lacuna pag. 447. quam ex Jo. Cajo supplet Græce Hofinannus in appendice ad commentarium suum p. 373--378. Vertit Nicolaus de Rhegio Calaber A. C. 1317. recensuit Augustinus Gadaldinus Classe 1. edit. Junt. p. 113. & separatim Latine Lugd. 1550. 12. apud Gvil. Rovillium, & 1566. 8. prodiit & Græce separatim Parisf. 1544. fol. & Commentarius Casparis Hofmanni fol. Francof. 1625. (post edit. 1618. in 4.) Si nihil aliud scripsisset Galenus quam hoc opus, vel ob istud unum lectu sane dignissimum summis merito viris omnium judicio accensendus esset. Quanta enim sollertia artificium Divini conditoris in corpore nostro singulisque ejus membris inquirit & explicat, quam multis quamque solidis argumenris illud adversus novos Prometheos & Momos Epicurum, Asclepiadem & alios Sophistas Divinam providentiam atque artem inficiantes tuetur, quam pie denique virtutem Opificis celebrat admirabundus, hanc ratus esse *τὴν ὄντως εὐσέβειαν,* & hunc vere *ἱερὸν λόγον* & *ὕμνον ἀληθινόν,* non si mille offerat hecatombas, sed si cognoverit ipse prius, tum demonstraverit etiam aliis *quantus Deus sit sapientia, quantus potentia, quantus bonitate.* III. 10. Ad artificium opticum explicandum testatur se singillatim per somnium à Numine aliquo monitum X. 12. & 14. Moysen melius Epicuro scripsisse profitetur XI. 14. etsi persuadere sibi homo Ethnicus non potuit, Deum facere posse quæcunque velit, * ex cinere equum vel bovem, ex lapide hominem, è materia corruptibili animalia immortalia (XIV. 2,) sed ex iis quæ possit, optima quæque ait eligere. Lectorum iniquiora judicia parum revereri se docet his verbis XII. 6. *Καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀγνοοῦντες ὡς ἐπηρεασθήσεται καὶ προπηλακισθήσεται μυριάκις ὅδε ὁ λόγος, οἷα παῖς ὀρφανὸς ἐμπεσὼν χερσὶ μεθυόντων ὑπ᾽ ἀφροσύνης τε καὶ ἀπαιδευσίας ἀνθρώπων, ὅμως ἐπιχειροῦμεν γράφειν τῶν ὀλίγων ἐκείνων ἕνεκα τῶν ἀκούειν ὀρθῶς καὶ κρίνειν δυναμένων τὰ λεγόμενα.* Meminit hujus operis præter Theodoritum V. 9. de hæreticis fab. Galenus ipse T. 1. edit. Basil. p. 245. 312. 320. 219. T. 2. p. 161. T. 3. p. 487. T. 4. p. 54. &c. D. Jo. Conradus Dietericus in Anatomia sacra p. 774. Antiqu. Bibl. V. T.

Lege

* Hanc Galeni perversam de DEI potentia sententiam refellit Moses Maimonides sub extremum aphorismorum ex Galeno collectorum & Latine editorum Basileæ 1579. 8. pag. 520. seq.

Lege septendecim Galeni libros, quos de corpore humano ceu totidem divinarum perfectionum hymnos elucubravit, & admirare hominis Ethnici ὑπηρεφὲς *ingenium, & imitare hanc bonitatem mentis, assurge cum illo in DEUM ut potentiæ & Majestatis DEI cultor atque prædicator: DEI fabricam admirabilem grato deprædicato pectore, illius in pangendo corpore, in connectendis membris, in disponendis providentiam, potestatem, sapientiam admirare, cole, adora.* Tho. Bartholinus diss. III. de legendis libris pag. 85. *Coacæ prænotiones ex Hippocrate seliguntur, & ex Aristotele libri de Animalibus, Analytica & Politica. Ex operoso Galeni catalogo paucos excerpimus reliquis præferendos: de usu partium, locis affectis, methodo medendi, simplicium facultatibus.* Gallice versos hosce Galeni libros à Jacobo Dalechampio testatur Franciscus à Cruce p. 181. Bibl. Gallicæ. Latine compendium eorum edidit *Seb. Meyerus* Med. D. Friburgi Brisgoviæ 1627. 12. hoc titulo: *Augusta laudes Divinæ Majestatis, cunctis pensandæ mortalibus à CXXXIX. miraculis in Homine, è divinis Galeni de de usu partium libris XVII. selecta.* In præfat. ait insignem ejus hoc in opere testatam luculentissime pietatem haud male de ipso jubere sperare, sed manibus ejus ominari potius precarique meliora: non enim de illis fuisse, qui cum cognovissent DEUM, non sicut DEUM glorificaverunt aut gratias non egerunt. Idem negat se extra sacras literas quicquam pulchrius hoc opere Galeni legisse. Præclare de eodem argumento S. *Chrysostomus* homilia XI. ad populum Antiochen. *Gregorius* Nyssenus & *Basilius* (supra p. 86.) *Theodoretus* lib. 3. seq. de providentia. *Nemesius* de natura hominis (supra p. 112.) *Meletius* iatrosophista, Græce adhuc ineditus, sed Latine vulgatus Venetiis 1552. 4. *Theophilus* protospatharius, quem post edit. Paris. 1555. 8. dedi Græce & Lat. T. 12. Bibl. Gr. (ut omittam anonymi isagogen ἀνατομικὴν à Petro Laurenbergio editam Græce & Lat. Hamb. 1616. 4. & *Hypatum* ac *Georgium Sanginaticium* MSS. de partibus corporis humani, quem laudat Cangius Glossario Græco.) E Latinis *Cicero* 2. de natura Deor. c. 53. seq. *Plinius* lib. 7. Hist. Nat. *Lactantius* de DEI opificio (supra p. 200.) Confer etiam è recentioribus Sam. Sorbierii librum Gallice editum sub titulo: *Lettres & discourses de M. de Sorbiere.* Paris 1660. 4. Epist. 39. quæ est de usu partium in animalibus adversus Epicuri errores, p. 286. seq. Gassendum de Physiologia Epicuri in librum X. Laërtii T. 1. p. 355. seq. qui totum opus Galeni videri scriptum affirmat divine atque ἐνθουσιαστικῶς. Quanquam in Galeno, quemadmodum in Vesalio quoque reprehendunt Anatomici, quod partes animalium quandoque pro partibus

Digitized by Google

bus corporis humani describat. *Antonii Zeni* de natura humana libellum Venet. 1491. 4. per Dionysium Bononiensem. *Janocii de Manettis* Florentini (qui Manuelis Chrysoloræ discipulus fuit,) de dignitate & excellentia hominis libros IV. qui ex Jo. Alex. Brassicani Bibliotheca viderunt lucem Basil. 1532. 8. *Casparis Dornavi* Menenium Agrippam, sive corporis humani cum Rep. comparationem, Hanov. 1615. 4. *Joannis Ligai* libros IV. de corporis humani harmonia, scriptos carmine heroico, & recusos in Jani Gruteri deliciis Poëtarum Gallorum T. 2. p. 423-453.

IV. Adversus fatum exstat liber haud contemnendus *Alexandri* Aphrodisiensis, Philosophi Peripatetici, qui circa An. CHRISTI 200. claruit, περὶ εἱμαρμένης * καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν. Ad Imperatores Severum & Antoninum Caracallam *de fato, deque eo quod in nostra potestate est,* ex mente Aristotelis, è quo prolixum locum, quo fatum impugnatur, adducit Eusebius VI. 9. de præparat. Evangel. Pleraque breviter repetit iisdem fere verbis Aphrodiseus ipse, postremis capitibus libri posterioris de anima. Apud Eusebium quidem male Vigerus verba τοῖς περὶ εἱμαρμένης vertit *in libris iis, quos de fato edidit,* parum quoque accurate omittit insigne elogium, quod Aphrodiseo ibi tribuit Eusebius, vocans eum ἄνδρα εὖ μάλα διαφανῆ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις. Hoc libro Alexander videtur Severi Imp. animum (ut suspicatur Joh. Picus p. 282. Opp.) à superstitione Astrologica revocare voluisse. Cæterum non in omnibus satisfecit noster olim Hierocli, qui in libro suo de fato & providentia inter alios Alexandrum oppugnavit, teste Photio Cod. 214. Nec Petro Pomponatio, qui libro primo de fato Aphrodiseum refellit, & c. 10. p. 414. *certe,* inquit, *non possum non mirari de tanto Philosopho, adeo ut multoties dubitem hunc libellum fuisse Alexandri, cum tam (parum) Peripatetice loquatur* &c. Vocabulum *parum,* sensu postulante addidi. Confer Clariss. Heumanni Acta Philosophor. IX. p. 575. De fato contra Pomponatium pro Aphrodiseo scripsit Ambrosius Neapolitanus, ut refert Philippus Elssius in Encomiastico Monachorum S. Augustini p. 46. Cardanus quoque in libro de scriptis propriis ait *Ciceronem de fato ornatius quam verius, Aphrodiseum male, Pomponatium tenuiter, neminem sufficienter scripsisse. Græce* prodiit (sine capitum distinctione) edente Victore Trincavello Medico, Venetiis 1534. fol. ex Aldi officina, ad calcem commentariorum

* Fragmentum Alexandri de eodem argumento adhuc ineditum Græce habere se testatus est Thomas Galeus V. C. notis ad Sallustium de Diis c. 9. Vide & lib. 1. Alexandri quæstionum & solutionum cap. 4.

tariorum Themistii, quibus libros duos Alexandri Aphrodis. de anima adjunxit Trincavellus, in Epistola ad Casparem Contarenum observans Alexandrum hunc esse, quem Themistius sæpissime sectetur & imitetur. Biennio post itidem Venetiis A. 1530. sed minus nitido typorum charactere hunc de fato librum subjecit Trincavellus libris quatuor quæstionum Alexandri Aphrod. in fol. editis, & Petro Danesio inscriptis, cujus studium in emendandis illis celebrat. Promittit titulus etiam Metaphrasin ex Damascio in primum librum de cœlo & mundo, Epitomen per modum commentarii in quatuor primos & octavum Physices libros, Theophrasti librum de sensu & Priscani Lydi Metaphrasin in libros Theophrasti de sensu & phantasia: Sed in volumine ipso frustra illa quæsivi, licet plura illius editionis exempla viderim. Ab eo tempore recensitus & emendatior editus Græce separatim est liber de fato à Joh. Caselio, Rostoch. 1588. 4.

Latine vertit *Hieronymus Bagolinus*, qui divisit in capita undeviginti, & libris quatuor quæstionum Alexandri subjecit. Venet. 1541. apud Hieron. Scotum fol. atque inde 1549. 1555. 1559.

Gentiani Herveti versio Lugd. 1544. 8.

Hugonis Grotii interpretatio extat in Philosophorum * sententiis de fato, à magno illo viro, ut consensum eorum in libertate adserenda probaret, collectis partim, partim de Græco versis Paris. 1640. 4. & Amst. 1648. 12. testaturque Grotius se ad versionem suam concinnandam Græca & cum Eusebio & cum MSto Codice contulisse. Exstant etiam in ejus Operibus Theolog. T. 3. 409.

Denique *Græce & Latine* cum nova versione prodiit hic Alexandri liber in sectiones tributus 39. nescio quo editore, Londini 1688. 8. addito ad calcem, *Ammonii* loco ejusdem argumenti ex commentario ejus in Aristotelem περὶ ἑρμηνείας.

T 2 V. *Platonis*

* Philosophi illi sunt, *Græci* quidem, Alcinous, Alexander Aphrodisiensis, Ammonius Hermeæ, Bardesanes apud Eusebium, Chrysippus apud Plutarchum, Clemens Alex. Clemens Rom. libro Circuitionum, Diogenianus apud Plutarchum, Epictetus, Epicurus apud Plutarch. & Laërt. Hierocles, Jamblichus, Josephus, Justinus Martyr. Maximus Tyrius, Origenes, Plato, Plotinus, Plutarchus, scriptor de placitis Philosophorum, Proclus, scriptor responsionum ad orthodoxos, Simplicius & Tatianus. *Latini*, Apulejus, Chalcidius, Cicero, Gellius, Lucretius, Tacitus. Ex *Judæis* Moses Maimonides in ductore dubitantium Parte 3. c. 17.

Digitized by Google

V. *Platonis* prisci illius diserti & suavis Philosophi præcipua adversus impietatem disputatio occurrit libro decimo de legibus, in quo & Deum esse & providere rebus humanis: & sceleratis certissimas ac gravissimas pœnas esse propositas probat, sicut pios non inficianda præmia manere etiam post hanc vitam, de quibus tractat etiam libro decimo de Republica.

Ex ejusdem *Platonis* scriptis ad institutum nostrum pertinet φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς, ἠθικός. *Dialogus de anima immortalitate*, quam variis argumentis confirmat, licet fatetur planè certam demonstrationem afferri in præsenti vita vel plane non posse, vel difficillime posse, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι, *nisi detur firmius securiusque niti Divino aliquo testimonio.* Hunc Dialogum Platoni frustra abjudicasse traditur *Panætius* Stoicus, cujus sententiam eleganter refellit Epigramma lib. 1. Anthologiæ c. 44. p. 94. quod in MS. tribuitur Leonidi Alexandrino: Εἰς τὸν Φαίδωνα διάλογον Πλάτωνος, νοθευόμενον ὑπὸ Παναιτίου.

Εἴ με Πλάτων οὐ γράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνε,
Σωκρατικῶν ὀάρων ἄνθεα πάντα φέρω.
Ἀλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος, ὅς ῥ' ἐτάλασσε
Καὶ ψυχὴν θνητήν, κἀμὲ νόθον τελέσαι.

Nempe Panætius à Platone de animæ immortalitate dissentiebat, ut auctor etiam Cicero 1. Tusc. qu. c. 23. Ait igitur Poëta non mirum esse, si Phædo Platonis in dubium vocetur ab eo, qui ipsam negavit animorum immortalitatem. Sed fortassis falsus est Poëta, nec rectè cepit, quod apud Laërtium II. 64. legas à Panætio solos tanquam genuinos Socraticos admissos dialogos, quos edidissent Plato, Xenophon, Antisthenes, Aeschines: De Phædonis & Euclidis addubitatum, reliquos universos rejectos. Ex quibus verbis perspicuum est, Panætium non in dubium vocasse Phædonem Platonis, sed dubitasse, an dialogi à Phædone & Euclide editi verè Socraticorum nomen mererentur. Scripsit autem Phædo Eliensis teste eodem Laërtio II. 109. dialogos Zopyrum, Simonem & forte alios, sed de quorum auctore ambigebatur, Niciam, Medum, Antimachum sive Senes, & Sermones Scythicos. Cæterum hunc, de quo in præsenti agimus, dialogum Platonis Phædo ipse legit teste Athenæo lib. XI. p. 505. & negavit, se quicquam ejusmodi dixisse, qualia à Platone locutus fingatur. Idem Cicero, ne alios jam nominem, sine controversia adscribit Platoni. *Platonis*, inquit, *liber, qui est de animo, is alio nomine Phædon dicitur.*

Digitized by Google

tur.lib.1.Tusc. qu.c.11. Et licet inter *Æschinis* Socratici dialogos quoque fuit Phædo, si Suidæ credimus, falso sæpe atque incerto testi: Platonis tamen nomine hunc omnes laudant, Christiani præcipue scriptores, * Tertullianus, Origenes, Eusebius & alii: Sed Ethnici quoque, Græci & Latini. Notum prætereà vel ex Flori IV. 2.71. quod *Cato* antequam mortem sibi consciseeret, lecto noctu ad lucernam, Platonis Phædone paululum quievit: tum circa primam vigiliam stricto gladio revelatum manu pectus semel iterumque percussit. Idem refert Dio XLIII. p. 218. Appian. 2. Civil. f. 489. seq. Plures scriptores eandem rem narrantes, in notis ad Florum laudarunt Johannes Camers & Freinshemius. Simile quid apud Ciceronem, Lactantium, Hieronymum, Augustinum, Nonnum hist. 15. in Greg. Nazianz. & in Palladæ Epigrammate p. 275. edit. Wechel. & alios legitur de *Cleombroto*, quem Ἀμβρακιώτικον μειράκιον vocat Georgius Pachymeres in diatriba de sex Philosophiæ definitionibus. Ovidius in Ibin:

Vel de præcipiti venias in tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

In eundem Cleombrotum exstat Callimachi Epigramma lib. 3. Antholog. c. 33. quod occurrit etiam apud Sextum Empiricum p. 10. contra Mathemat. Ammonium Hermeæ in Porphyrii Isagogen p. 6. alterum Ammonium in γράμμα & Theodosium Alex. in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem, ubi Cleombroti facto, qui post lectum Platonis librum de muro se præcipitavit, (sive ut Callimachus ait, ἥλατο εἰς ἀΐδην, *desiliit in mortem*, Sen. Epist. 77.) oppositum legas judicium *Olympiodori* Philosophi, qui affirmavit jam pridem se è vita excedere voluisse, nisi de statu animæ ex Platonis Phædone certior redditus fuisset.

Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωὴν,
Ἤδη λυγρὸν ἔλυσα βίου πολυκηδέα δεσμόν.

Paulino tamen judice, carmine adversus paganos v. 38. Platonis de anima liber *præter titulum nil certi continet intus.* Certe ne Aristoteli quidem persuasit, si credimus Theodorito lib. 5. Θεραπευτ. Argumenta Platonis confutanda sibi sumsit Gomesius Pereira in margarita philosophica p. 619---632.

Olympiodori illius responsionem ad objectiones varias Phædoni oppositas una cum commentario ad capita CLVII. habeo MSS. meminit in illo commentariorum *Jamblichi* & *Plutarchi* & *Syriani.*

T 3 *Procli*

* Adde Jac. Pontani Φιλοκαλίαν VII. 13. p. 235. seq.

Digitized by Google

Procli in Phædonem intercidit, & Latina *Apuleji* verſio, Sidonio 2. Epiſt. 9. memorata.

E recentioribus Phædonem illuſtravit *Sebaſtianus Foxius*, cujus commentarius vulgatus eſt Baſileæ 1566. fol. Gallicè poſt Ludovicum Regium cum notis edidit *Andreas Dacerius*. Italicè *Sebaſt. Erycius*. Anglice *Theobaldus* (idem qui vitam Catonis eadem lingua vulgavit,) Lond. 1716. Nec prætereundum *Danielis Heinſii* Poëma eximium de contemtu mortis, cujus argumentum magnam partem petitum à Platone. Dum autem Plato immortalem animum eſſe defendit, ex altera parte incidit non modo in falſum dogma de animabus ante corpora præexiſtentibus, & de *μετεμψυχώσει* quam recidivatum & reciprocum diſcurſum animarum appellat Tertullianus: Sed & in alium incurriſſe videtur errorem haud levem, quod immortalitatem hanc, atque ut dicam, indeſtructibilitatem ſuperſtruxit dogmati de *αὐτοκινησίᾳ* animæ, unde ſequatur illam æternum eſſe & increatum motus principium, † quod ſoli DEO proprium eſt. Vide Joh. Baptiſtam Criſpum de Philoſophis caute legendis diſtribut. I. lib. 1. & P. Baylii librum Gallice editum ſub titulo reſponſionis ad quæſtiones cujusdam hominis è Provincia Tomo I. c. 12. , Nicolaum le Nourry Apparat. ad Bibliothecam Patrum f. 420. Usque adeo abeſt Plato * & abfuit procul ab Epicuri opinione, animum noſtrum natura mortalem ſtatuente, quam utinam profanis hominibus incruſtandam nuper reliquiſſet doctiſſimus & præſtantiſſimus vir Henricus Dodvellus.

VI. In

† Huc ſpectat illud Arnobii lib. 47. *Animus qui immortalis vobis* (neceſſitate nimirum eſſentiæ qua ratione ſolus Deus habet immortalitatem 1. Tim. VI 16. non Dei conditoris voluntate immortalem ipſi naturam tribuentis) *& DEUS narratur*. Rectius idem Plato in Timæo: Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Confer Jo. Turneri, Vicarii Greenvicenſis, Epiſtolam contra Dodwellum p. 83.

* Platonem veluti ſuæ ſententiæ faventem allegat Dodvellus in Diſſertat. Epiſtolica Anglice edita Lond. 1706. 8. de anima per naturam mortali p. 22. 59. 95. & in præmonit. p. 21. Sed adverſarium ipſe agnoſcit p. 33. 60. & 66. ut probe obſervavit S. m. Clarke Epiſtola ad Dodwell. p. 25. Sane in Timæo etiam, ubi nihil non extra Deum, atque adeo animas quoque natura diſſolubiles docet Plato, hoc neutiquam eo ſenſu intelligit, quaſi à Deo non ipſis data fuiſſet natura immortalis, quæ Viri Clariſſimi ſententia eſt, opinantis in ſolis illis, quibuscum fœdus iniit Deus, animos ab ipſo poſt fata conſervari, præter naturam illorum, per ipſius omnipotentiam ad pœnas infligendas, vel per ſpiritum Chriſti in baptiſmo impertitum & ab anima hominis diſtinctum ad vitæ ſempiternæ perfruitionem. Platonis contra Timæus animas diſſolubiles fuiſſe annuit, niſi Deus, qui eas progenuit, univerſas immortales eſſe juſſiſſet. Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 224. Irenæus II. 64. &c.

Digitized by Google

VI. In libro de Mundo, qui ambulat inter *Aristotelis* opera, quemque *Apulejus* olim Latina veste induit, DEUS Mundi rector salusque & perseverantia earum, quas effecit rerum, eleganter demonstratur.

In *Arriani* dissertationibus Epicteteis plures leguntur haud contemnendæ adversus Epicurum, & pro Numinis providentia: ut lib. I. cap. 6. 14. 16. 23. & III. 7. 17. & adversus Scepticos atque Academicos lib. 2. cap. 20. & lib. 1. c. 5.

CAPUT III.

De Scriptis deperditis Græcis, ad Veritatem Religionis asserendam facientibus.

I.

NOn adeo referre videtur deperdita annotare: recte putanti tamen & illam rem utilitatis nonnihil habere apparebit, ut & Veritati defensores suos nullo tempore aut loco defuisse intelligamus, & fragmenta detur colligere, & scriptorum illorum aliquod si ex occulto aliquo angulo in dias luminis auras proferendi occasio contingat, facilius agnosci possit. Liber *Philonis* Judæi de Providentia, qui S. Hieronymo c. 11. libri de S. E. memoratur, intercidit exceptis fragmentis, quæ Eusebius VII. 21. & VIII. 14. præparat. Evangelicæ servavit, vel quæ ex Michaëlis Apostolii ἰωνιᾷ MS. vulgavit David Hœschelius una cum libro de septenario. Perierunt etiam Ethnicorum scriptorum, *Alexandri* Aphrodisei liber adversus Zenobium Epicureum, laudatus Simplicio in Physica Aristotelis p. 113. b. & *Claudii Æliani* libri tres vel etiam plures de Divina providentia, ex quibus proferuntur quædam à Svida in ἀθανάτοις & alibi: atque ab Eustathio ad Homerum & Dionysium Periegetem, ut notatum doctissimis Variæ Historiæ editoribus Joach. Kühnio & Jacobo Perizonio, in Æliani fragmentis. Diversusne, an (quod Clarissimo Perizonio videtur,) idem cum hoc de Providentia opere fuerit liber Æliani περὶ θείων ἐναργειῶν, *de Divinis* sive *Divinæ Providentiæ declarationibus, manifestisque documentis*, non plane exploratum est. Laudatur à Svida in ἀνεμάξατε, ἐνστάτης, καλλιγόλας, ὠψίσθη. Ex eodem sunt quæ refert in ἰαχήν. In hoc opere adversus Epicurum passim disputaverat

verat Ælianus: itaque illud reſpicitur à Caſaubono cum in commentariis ad Athenæum memorat Ælianum de doctrina Epicuri, qui qualis ſit aut quando vixerit ſcire ſe potuiſſe negat Jo. Scheferus in limine notarum ad varias hiſtorias. Epicureos tangit idem Ælianus VII. 44. hiſt animal. ἐλέφαντες μὲν οὖν Θεοὺς προσκυνοῦσι, οἱ δὲ ἄνθρωποι εἰ ἄρα γε Θεοί εἰσι, καὶ ὄντες εἰ φροντίζουσιν ἡμῶν, διαπορoῦσι. Deſideramus etiam *Hieroclis* Alexandrini Philoſophi libros VII. περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ τῆς τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως de Providentia & fato, arbitriique noſtri cum Divina gubernatione conſiſtentia, ad Olympiodorum, è quibus fragmenta quædam ſervavit Photius Cod. 214. & 251. quæ ſolent etiam pulcherrimis ejuſdem Hieroclis in aurea carmina Pythagoræ commentariis ſubjungi. Sed miſſis jam hiſce ſcripta Chriſtianorum veterum pleraque pro religione, Græce exarata olim, quæ hodie non exſtant vel in βιβλιοταφίῳ quodam deliteſcunt, enumerare juvat.

II. ARISTO ex *Pella* Palæſtinæ opido Judæus, atque inde Chriſtianiſmi adverſus Judæos propugnator, (diverſus ab Ariſtone, tertio Smyrnæ Epiſcopo, Conſt. Apoſtol. VII. 46.) imperantibus Hadriano & Antonino Pio clarus, ſcripſit teſte S. Maximo ad Dionyſ. c. 1. de Myſtica Theologia T. 2. p. 14. διάλεξιν * Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος, qua Judæum Alexandrinum *Papiſcum* cum Chriſtiano Hebræo *Jaſone* (incertum an illo qui domum habebat Theſſalonicæ Actor. XVII. 1. 5. Unde Sixto Sen. aliiſque Thaſſalonicenſis, cujus & Rom. XVI. 11. mentio, Troadis poſtea, ſi pſeudo Dorotheum audimus, Epiſcopus,) diſputantem ac denique convictum & manus dantem ** introduxit. In Chronico

* S. Lucæ illam διάλεξιν tribuit Clemens Alex. ſexto Hypotypoſeon, teſte eod. Maximo, cujus ecce tibi verba: ἀνέγνων δὲ τοῦτο, ἐπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησιν ἀναγράψαι.

** Celſus Chriſtianus præfat. ad Vigilium: *Ut duri cordis tunc & impiæ plebis ad Domini metum ipſo Domino evangelizante converſas mentes ſileam; ut Apoſtolorum ejus prædicatione multiplicatum in toto orbe & reverſum credentium populum conticeſcam; illud præclarum atque memorabile glorioſumque* Jaſonis *Hebræi, Chriſtiani, &* Papiſci *Alexandrini Judæi, diſceptationis occurrit: Judaici cordis obſtinatam duritiam, Hebræa monitione ac leni increpatione mollitam; victricem in Papiſci corde, Jaſonis de Spiritus Sancti infuſione doctrinam. Quæ Papiſcus*

nico Paschali p. 255. ad annum 2. Olympiadis 228. legas: τούτῳ τῷ ἔτει Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων, ὧν μέμνηται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ, ἐπιδίδωσιν ἀπολογίας σύνταξιν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ. Eusebio nusquam memorantur Apelles & Aristo, sed pag. 118. Aristo Pellæus: itaque non dubito pro Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων ὧν legendum esse ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων οὗ. Idque confirmat, quod deinde sequitur ἐπιδίδωσι, non ἐπιδιδοῦσιν. Laudant hanc διάλεξιν Origenes contra Celsum IV. p. 199. Hieronymus in Epist. ad Galatas III. 13. & traditt. Hebr. in Genes. V. Opus ex Græco Latine pridem (diu post S. Cypriani ut videtur tempora) convertit fessus jam senio *Celsus* quidam (alius haud dubie ab Iconiensi Episcopo, cujus mentio apud Eusebium VI. 19. Hist. p. 222.) sed nihil nec de opere nec de versione exstat præter interpretis Celsi præfationem ad Vigilium, quem * sanctissimum appellat, quæ legitur inter Opuscula S. Cypriano adscripta p. 30. edit. Oxon. & præter paucissima fragmenta, quæ ex Eusebio, Hieronymo & Maximo colligit Grabius T. 2. spicilegii Patrum p. 131. sq. qui etiam ex hac διαλέξει petita esse putat, quæ de obsidione Betheræ & Judæorum post illam expugnatam afflictione ex Aristone Pellæo refert Eusebius IV. 6. Hist. Admodum contemtim de illa διαλέξει Celsus Epicureus, οἵαν δὴ καὶ Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. Sed quid mirum, cum jam Apostolus Paulus testatus sit Doctrinam Evangelii, illam Divinam δύναμιν & σοφίαν Ethnicis nihil nisi meram stultitiam visam fuisse, 1. Cor. I, 23. Quam vero iniqua Celsi hæc fuerit censura, Origenes, qui Aristonis scriptum legit, testatur his verbis:

U Οὐδὲν

Papiscus ad intellectum veritatis admissus, & ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, & in JEsum CHristum Filium DEI credidit, & ut signaculum sumeret deprecatus, Jasonem postulavit. Probat hoc Scriptura concertationis ipsorum, qua collidentium inter se Papisci adversantis veritati, & Jasonis asserentis & vindicantis dispositionem & plenitudinem CHristi, Græci sermonis opere signata est: ad cujus translationem, ad intellectum Latinum, animante DEI ope, & fidei urventis firmitate, servata verborum proprietate, intrepidus accessi; & his qui ab intellectu Græci docilitatis alieni sunt, interpretata integra significatione verborum, & intellectus omnis ac veritatis manifestatione patefacta, Romani sermonis ratione discussa, disserui. Cujus laboris probationem tibi, carissime, qui utrinsque linguæ instructione fundatus es, impensa petitione committo.

* Non diversus hic fortassis à Vigilio Athenis inter Græcos versato, & Episcopo postea Tapsitano circa A. C. 484. Certe argumenta quibus antiquiorem Celsum interpretem viri docti faciunt, non adeo firma esse, expendenti patebit.

Οὐδὲν δ' ἧττον ἐβουλόμην πάνθ' ὁντινοῦν ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσωνος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἄξιον εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ· ἵν' αὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ. ἐὰν δ' ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει ὅτι οὐδ' ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν τῷ Ἰησοῦ· καί τοι γε οὐκ ἀγεννῶς οὐδ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον. οὐκ οἶδα δ' ὅπως τὰ ἄμικτα, καὶ οὐ πεφυκότα ἅμα συμβαίνειν ἀνθρωπίνῃ φύσει, συναγαγὼν, εἶπε τὸ βιβλίον ἐκεῖνο ἐλέους καὶ μίσους ἄξιον εἶναι. πᾶς γὰρ ὁμολογήσει, τὸν ἐλεούμενον μὴ μισεῖσθαι ὅτ' ἐλεεῖται, καὶ τὸν μισούμενον μὴ ἐλεεῖσθαι ὅ,τι μισεῖται. Διὰ τοῦτο δὲ μὴ προκεῖσθαι ἐλέγχειν φησὶ ταῦτα ὁ Κέλσος, ἐπεὶ οἴεται αὐτὰ παντί που δῆλα εἶναι καὶ πρὸ τοῦ ἐπαγομένου λογικῶς ἐλέγχου, ὡς φαῦλα καὶ ἐλέους καὶ μίσους ἄξια. παρακαλοῦμεν δὲ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇ ἀπολογίᾳ ταύτῃ πρὸς τὴν Κέλσου κατηγορίαν γεγραμμένῃ, ἀνασχέσθαι καὶ ἐπακοῦσαι τῶν συγγραμμάτων ἡμῶν, καὶ, ὅση δύναμις, ἐκ τῶν γεγραμμένων στοχάσασθαι τῆς προαι-

Ego tamen cuperem quemcunque, post audita grandia Celsi verba, dicentis scriptum illud, cui titulus est, Jasonis & Papisci contentio de CHristo, non risu sed odio dignum esse, accepto in manus opusculo aliquantum operæ lectioni ejus insumere, ut reipsa doctus nihil inesse ibi dignum odio damnet Celsi vaniloquentiam. Si enim incorrupto animo ad legendum accesserit, ne ridiculum quidem quicquam in eo inveniet, in quo inducitur Christianus cum Judæo disputans, & ex ipsis Judæorum literis evincens, quæcunque de CHristo per Prophetas prædicta sunt, in JESUM competere, quamvis strenue satisque Judaicè contradicat adversarius. Ceterum, nescio quomodo, res, quas natura non patitur convenire in animum hominis, iste conjunxerit, *libellum* dicens *miseratione dignum & odio:* cum constet, cujus misertum sit, eum non posse interim haberi odio, nec contra qui odio habeatur eum tantisper miseratione dignari. Celsus porrò ideo negat sibi propositum ista redarguere, quod vel citra confutationem manifestum sit ea digna esse tum miseratione tum odio. Nos autem oramus omnes, quotquot in hanc nostram contra illum apologiam inciderint, ne graventur nostrorum hominum scriptis attendere, &, quantum fieri potest, mentem eorum ex ipsis scriptis colligere,

προαιρέσεως τῶν γραψάντων, καὶ τῆς συνειδήσεως, καὶ τῆς διαθέσεως· εὑρήσει γὰρ ἄνδρας διαπύρως περὶ ὧν ὑπειλήφασι διατεινομένους· τινὰς δὲ ἐμφαίνοντας καὶ τὸ ἱστορίαν ἑωραμένην καὶ καταληφθεῖσαν ἀναγράφειν, ὡς παράδοξον καὶ γραφῆς ἀξίαν, ἐπὶ ὠφελείᾳ τῶν ἀκουσομένων. ἢ τολμάτω τις λέγειν, μὴ πάσης σοφίας εἶναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν τὸ πιστεῦσαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ; καὶ πάντα πράττειν, κατ᾽ ἀναφορὰν τοῦ ἐκείνῳ ἀρέσκειν περὶ οὑτινοσοῦν; καὶ μηδὲν ἀπάρεστον αὐτῷ μηδ᾽ ἐνθυμεῖσθαι; ὡς οὐ μόνον λόγων καὶ ἔργων, ἀλλὰ καὶ διαλογισμῶν, κριθησομένων· καὶ τίς ἂν ἄλλος λόγος ἐπιστρεφέστερον προσάγει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῷ εὖ ζῆν, ὡς ἡ πίστις ἢ ἡ διάληψις περὶ τοῦ πάντ᾽ ἐφορᾶν ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενα; * παραβαλλέτω γὰρ ὁ βουλόμενος ἄλλην ὁδὸν ἐπιστρέφουσαν ἅμα καὶ βελτιοῦσαν οὐ μόνον ἕνα τινὰ καὶ δεύτερον, ἀλλ᾽, ὅση δύναμις, καὶ πλείστους ὅσους, ἵνα τις τῇ παραθέσει ἀμφοτέρων τῶν ὁδῶν ἀκριβῶς κατανοήσῃ τὸν διατιθέντα πρὸς * (τὸ) καλὸν λόγον.

* παραβαλέτω. ** τὸν.

gere, simulque conscientiam atque propositum: inveniet enim homines fervidè contendentes de his, quæ persuasa habent; & in his nonnullos satis declarantes, quod comperta prodant & memoratu dignissima in utilitatem omnium, ad quorum aures perventura sint. Aut perfricet aliquis frontem, & neget omnis sapientiæ fontem esse ac principium DEO credere, cunctasque suas actiones ad eum scopum referre, ut DEO placeant? ita ut ne in mentem quidem aut cogitationem admittatur, quod illi displiceat, quandoquidem non verborum tantum & operum, sed cogitationum etiam reddenda est ratio ad tribunal summi judicis. Nam quis alius modus est, qui facilius hominem ad recte vivendum convertat, quam fides, certaque persuasio, nihil à nobis vel dici, vel geri, vel cogitari denique, quin oculis DEI pateat? conferat qui vult cum hac aliam viam convertentem ad meliora non unum aut alterum quempiam, sed quam fieri potest plurimos, ut ex collatione ambarum ad amussim intelligat quodnam dicendi genus ad bonum instituat.

De eodem scripto Gvil. Spencerus ad laudatum Origenis locum: Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης in diss. de Patribus Apostolicis p. 91. seq. & Venerandi viri Jo. Christoph. Wolfius Bibl. Hebr. T. 1. pag. 599. & Henricus Scharbau, Pastor Ecclesiæ Lubecensis, in Judaismo detecto p. 67. seq.

Digitized by Google

III. QVADRATUS post Publium Martyrem Athenienſis * Epiſcopus, quem licet Apoſtolicis temporibus proximum, non minus falſo aliqui ** per Angelum Philadelphienſis Eccleſiæ, quam ſub Angeli Eccleſiæ Pergamenæ nomine † Papiam in S. Johannis Apocalypſi intelligi ſibi perſuaſerunt: Hadriano Imp. circa A.C. 131. Athenis hiemem exigenti librum pro religione noſtra obtulit, è quo fragmentum ſervavit Euſebius IV. 3. Hiſt. unde id repetunt Hieronymus de ſcript. Eccleſ. c. 19. Syncellus pag. 348. Nicephorus III. 21. Hiſt. aliique. Ex Qvadrato etiam nonnulla produxerat Euſebius Seculo VI. Epiſcopus Theſſalonicenſis libris X. contra Andream Monachum, teſte Photio, Cod. 162. Confer Halloixium †† & Caveum in Quadrati vita, Henſchenium ad 26. Maji, T. 6. pag. 357. ſeq. qui Qvadratum Magneſiæ Epiſcopum & ſub Decio martyrem à noſtro recte diſtinguit, Ittigium diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 166. ſeq. & Grabium T. 2. Spicilegii p. 119. ſeq. qui contra Valeſium, Lemonium, Dupinum, Tillemontium ††† aliosque probe obſervat non eſſe diſtinguendos velut duos Quadratos, unum Apoſtolorum diſcipulum Prophetico chariſmate ornatum auctorem Apologiæ, & illum de quo Dionyſius Corinthius apud Euſeb. IV. 23. Epiſcopum Athenarum. Alios complures Quadratos in veterum monumentis obvios refert Halloixius T. 1. p. 690. & Lemonius prolegomenis ad Varia ſacra, * 9. De noſtro autem adſcribere juvat locum Hieronymi Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem, qua alii etiam Apologiarum pro Chriſtianis ſcriptores celebrantur: *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ, nonne Adriano Principi Eleuſinæ ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit, & tanta admirationi omnibus fuit, ut perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium.*

IV. ARISTIDES, Athenienſis Philoſophus, vir eloquentiſſimus, eodem quo Quadratus tempore Apologeticum pro Chriſtianis Hadriano Imp. Euſebio teſte in Chron. & IV. 3. Hiſt. obtulit, magnam partem *contextum ſententiis Philoſophorum, quem imitatus poſtea Juſtinus*, ut ſcribit Hieronymus Epiſt. 84. ad Magnum. Idem c. 20. de Script. Eccleſ. *Ariſtides, Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus, & ſub priſtino habitu diſcipulus CHriſti,*

* Dionyſius Corinth. apud Euſeb. IV. 23.
** Nic. Lyranus in Apocalypſ. *dicunt expoſitores communiter, quod iſte fuit Quadratus.*
† Ita Antiochus Brondus in Apoc. apud Halloix. T. 1. p. 658. & 691.
†† T. 1. Scriptor. Oriental.
††† T. 2. Hiſt. Imperator. p. 1013.

Digitized by Google

CHristi, volumen nostri dogmatis rationem continens eodem tempore, quo & Quadratus Hadriano Principi dedit, id est Apologeticum pro Christianis, quod usque hodie perseverans apud Philologos ingenii ejus indicium est. Martyrologium Rom. 31. August. addit Aristidem, *quod CHristus JESUS solus esset DEUS, præsente ipso Imperatore, luculentissime perorasse.* Paulus Colomesius in paralipomenis de scriptoribus Ecclesiasticis: *Aristidis Apologetici fragmentum de Dionysio Areopagita affert Usuardus* (& Ado * 3. Octobr.) *in Martyrologio è Menologio Græcorum. Ex quo, jure mihi videor colligere, à vero prorsus non abhorrere, quod refert Clariss. Guilletertius ** in Itinerario Atheniensi Gallice scripto, nempe apud quosdam Calogeros, qui proxime Athenas in Monasterio Midelli habitunt, extare Bibliothecam, in qua Aristidis Apologiam latitare credebatur.* Cum hoc non confundendus Aristides, cui Julius Africanus sæculo tertio dicavit Harmoniam genealogiarum CHRISTI apud Matthæum & Lucam, teste Eusebio VI. 31. Hieronymo c. 63. Photio Cod. 35. De aliis hujus nominis dixi lib. IV. Bibliothecæ Græcæ c. 30. §. 8.

V. Cum Quadrato & Aristide SERENI GRANNII, legati Imperatorii, insigne pro Christianis testimonium memorat Eusebius in Chron. & ex eo Syncellus p. 348.

Κοδράτος ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν, ὧδέ πως ἱστορῶν, ἐν οἷς ἔφη. τοῦ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν. ἀληθῆ γὰρ ἦν, οἱ θεραπευθέντες, καὶ οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οὐκ ὤφθησαν μόνον οἱ θεραπευόμενοι, καὶ οἱ ἀναστάμενοι· ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες, οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνῳ ἱκανῷ. ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο. τούτῳ καὶ Ἀριστείδης

Apostolorum sacer auditor Quadratus Ælio Adriano pro Christianis defensionem obtulit, in hunc fere modum res ab eis gestas persecutus: *Quæ præstabat opera Salvator, conspiciebantur: à præstigiis enim longe aberant, & à morbis curari, & à mortuis homines excitari non vidimus duntaxat, sed & ipsi à morbis curati, & à mortuis excitati perstitere vivi: nec modo Salvatore in terris adhuc peregrinante visi, sed illo etiam in cælos abeunte superfuere diutius: adeo ut eorum quidam nostra etiam tempora attigerint.* Oratione non absimili

* Steph. le Moyne not. ad Varia sacra p. 157.

** *Quelques Caloyers se vantent d'avoir cette Apologie dans la Bibliotheque du Monastere de Medelli, qui est six mille d'Athenes.*

στείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀκόλουθα τῷ αὐτοκράτορι προσεφώνησεν Ἀδριανῷ, ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη κτείνειν γραψαμένου Χριστιανοὺς ἀκρίτως, ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων, γράφει Μινουκίῳ Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας.

absimili Ariſtides Athenienſis Philoſophus pro Chriſtianis coram Adriano Principe declamavit. His acceptis, lectis etiam, quæ Serenus Grannius Dux Illuſtriſſimus ſcripſerat, *cauſa* nimirum *haud dicta ſceleris nullius obtentu Chriſtianos occidi nefas eſſe*: Minutio Fundano Aſiæ Proconſuli litteris Adrianus imperat, nullum crimine non plene probato, & accuſatione non præmiſſa, morti tradendum.

VI. Intercidit etiam JUSTINI Martyris σχολικὸν περὶ ψυχῆς, liber per ſcholiorum modum *de anima*, in quo Philoſophorum pugnantes de anima ſententias expoſuerat, alio ad eas confutandas deſtinato, ut teſtatur Euſebius IV. 18. Hiſt. cui adde ſis Valeſium in notis, & Grabii ſpicilegium Patrum T. 2. p. 168.

Ejusdem Juſtini liber *de reſurrectione mortuorum*, περὶ ἀναστάσεως, ex quo primam partem & luculenta fragmenta ſervavit Jo. Damaſcenus in præclaro parallelorum opere, atque inde Græce & Latine edidit Halloixius in vita Juſtini c. 27. & Grabius p. 177–193. qui Methodii etiam lib. de reſurrect. apud Photium memorati Cod. 234. p. 488. & Procopii Gazæi in 3. Geneſeos teſtimonia affert. Vide & Petavii dogmata Theol. T. 1. de DEO p. 678. 837. & Davidem Humphreys ad calcem Anglicæ edit. Athenagoræ. Reſurrectionem CHriſti tota prædicaſſe libertate Juſtinum ſcribit Hieronymus Epiſt. 84.

Denique deſideratur *liber de fide ac Providentia*, λόγος περὶ προνοίας καὶ πίστεως, ad Euphraſium Sophiſtam, (junioris ut videtur Juſtini,) quem laudat S. Maximus T. 2. Opp. pag. 154. & Euthymius parte 2. panopliæ tit. 15.

VII. HEGESIPPUM adverſus idola diſputaſſe ex Euſebio IV. 18. Hiſt. & Hieronymo c. 22. de ſcriptoribus Eccleſ. conſtat, ubi fragmentum ejus legitur. Non dubito autem hoc eum feciſſe in libris ὑπομνημάτων, quæ ſæpius idem laudat Euſebius, & è quibus fragmenta collecta exhibentur à laudato Grabio T. 2. ſpicilegii p. 205. ſeq.

VIII. BAR-

Digitized by Google

VIII. BARDESANIS Edesseni contra fatum clarissimus & fortissimus extabat liber ad M. Antoninum, & multa alia super persecutione volumina, ex Syriaco Græce versa ab ejus sectatoribus teste Hieronymo c. 33. Eusebius IV. 33. Hist. ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἱκανώτατος αὐτοῦ περὶ εἱμαρμένης διάλογος, ὅσα τε ἄλλα φασὶν αὐτὸν προφάσει τοῦ τότε διωγμοῦ συγγράψαι. Ex libro contra fatum, fragmenta insignia apud Eusebium VI. 10. præparat. cui loca gemina leguntur in recognitionibus Clementinis lib. IX. 19. & in Cæsarii quæstionibus 47. seq. (edit. Leunclav. 109. seq.) Bardisanis imitatione, qui Abidam astrologum teste Epiphanio hæres. LVI. 1. confutavit, Ephraimum Syrum decem hymnos Astrologis opposuisse docet Josephus Simonius Assemanus Bibl. Orient. T. 1. pag. 122. seq.

IX. S. ABERCII Hierapolitani, * ut ajunt, post Papiam in Phrygia Episcopi Epistolam ad M. Aurelium Antoninum Imp. quam spiritum Apostolicum redolentem ex Sirleti Codice edere voluit Baronius, postea è manibus elapsam dolet ad A. C. 163. ac ne funditus perierit, metuendum esse ait Halloixius, qui de hoc Abercio fuse commentatur T. 2. scriptor. Oriental. p. 40. Cæterum Abercii hujus acta, quæ Simeone Metaphraste auctore feruntur Græce MSS. in Biblioth. Cæsarea, Lambec. VIII. p. 253. 259. 262. & Segvieriana seu Coisliniana p. 211. & Latine apud Lipomannum Tom. VI. & Surium 22. Octobr. non adeo magnæ esse fidei docet Tillemontius T. 2. memor. Hist. Eccles. p. 299. 621. edit. Paris.

X. S. IRENÆI *contra gentes* volumen breve, πρὸς Ἕλληνας λόγος συντομώτατος καὶ μάλιστα ἀναγκαιότατος περὶ ἐπιστήμης ἐπιγεγραμμένος laudatur ab Eusebio V. 26. Hist. & Hieronymo c. 35. qui librum de disciplina ab libro contra gentes præter Eusebii mentem distinguit. Ab iisdem memoratur liber Irenæi *ad Florinum de Monarchia*, sive *quod DEUS non sit conditor malorum.* Περὶ μοναρχίας, ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν.

XI. TATIANI liber, quem promisit ** πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ incertum an ab auctore elaboratus, certe nemini veterum lectus est, nedum ut ad nostram ætatem pervenerit.

XII. Ex CLEMENTIS Alexandrini libro περὶ προνοίας, *de Providentia*, fragmenta apud S. Maximum T. 2. Opp. 144. 152. itemque aliud ex

* Ad Abercium Marcellum scripsit Claudius Apollinaris Hierapolitanus Episcopus Montani hæresin oppugnans teste Eusebio V. 16. & Nicephoro IV. 23.

** Vide supra p. 50.

Digitized by Google

ex MS. Reg. apud Clariff. Nourrium p. 1336. ſeq. apparatus ad Bibliothecam Patrum. Sed ſimiliter incertum, an perfecerit librum *de reſurrectione mortuorum,* quem promittit lib. 2. pædagogi c. 20. p. 199. ὡς ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται. Et lib. 1. c. 6. p. 104. ἀλλὰ γὰρ αὖθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται.

XIII. CLAUDIUS APOLLINARIS, Hierapolitanus in Phrygia Epiſcopus, naſcenti circa A. C. 171. Montaniſtarum hæreſi ſe oppoſuit, nec multis annis poſt diem obiit ſupremum. De illo videndi præter Halloixium T. 2. vitis ſcriptor. Oriental. pag. 790. ſeqq. Tillemontius Tomo 2. Memor. Hiſt. Eccleſ. p. 452. ſeqq. edit. Pariſ. & Bollandus ad diem ſeptimum Februarii T. 2. p. 4. ſeqq. licet Baronius in Martyrologio ſuo Apollinarem hunc ad diem octavum Januarii retulit. Interciderunt ejus:

Inſigne volumen pro fide Chriſtianorum ad M. Antoninum Verum. Hieron. c. 26. de Script. Eccleſ. & Euſebius IV. 27. ubi poſt vocabulum λόγος videntur excidiſſe verba ὑπὲρ τῆς πίστεως, ex Hieronymo & Nicephori IV. 11. ſupplenda.

Adverſus gentes libri V. Euſeb. Hieron. & Niceph. qui dialogi more ſcriptos innuit. Legit & Photius Cod. XIV.

De veritate libri II. Euſeb. Hieron. & Niceph. Incertum num idem opus ſub titulo περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit Photius, an diverſum fuerit *de Pietate,* περὶ εὐσεβείας, atque idem fortaſſe cum illo ὑπὲρ τῆς πίστεως jam memorato. In his Scriptis inter alia Catholicam doctrinam de CHRISTO anima humana prædito aſſeruerat, ut teſtatur Socrates III. 7. Hiſt.

Contra Judæos libri II. Euſeb. & Nicephorus.

XIV. MELITO Aſianus, Sardenſis in Lydia Epiſcopus, *librum Imperatori M. Antonino Vero, qui Frontonis Oratoris diſcipulus fuit, pro Chriſtiano dogmate dedit,* teſte Hieronymo c. 24. τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον & ὑπὲρ τῆς πίστεως, apologiam vocat Euſebius, qui fragmenta ejus refert IV. 25. Hiſt. & ex eo Nicephorus IV. 10. & auctor Chronici Paſchalis p. 259. 260. edit. Cangii. Alia Melitonis fragmenta vide ſis apud Halloixium T. 2. ſcriptor. Oriental. p. 830. ſeq. Inter ſcripta ejus refertur etiam liber de veritate, & alius de Prophetia ſive de Prophetis.

XV. Hieronymus Epiſtola LXXXIV. ad Magnum: *Scripſit & Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hippolytus quoque & Apollonius*

Romana

Digitized by Google

Romana Urbis Senator * *propria opuscula condiderunt.* De APOLLONII hujus *Apologia* pro Christianis quam in Senatu pronunciavit, antequam martyrium Commodo imperitante Romæ subiret, videndus Eusebius V. 21. & Hieron. c. 42. Catalogi. Cæterum hic Apollonius licet inter Græcos in Epistola Hieronymi refertur, non Græce dixit sed Latine, ut idem Hieronymus c. 53. docet. At Eusebius Græce redditam illius Apologiam suæ Martyrum Historiæ inseruerat, sed quæ hodie non exstat. De hoc Apollonio plura Tillemontius T. 3. memor. Hist. Eccles. pag. 55. & Henschenius ad XVIII. Aprilis T. 2. p. 539. seq.

XVI. MILTIADES πρὸς τοὺς ** κοσμικοὺς ἄρχοντας, h. e. ad Marcum & Lucium, vel ad Marcum & Commodum scripsit *Apologiam pro Christianis.* Vide Dodwellum diss. IV. ad Irenæum §. 38. Ab illa diversus λόγος πρὸς Ἕλληνας, de quo Hieron. c. 84. *Scripsit & Miltiades contra Gentes volumen egregium.* Præterea fuit ipsius liber *adversus Judæos*, & alius *adversus Montanistas*, in quo inter alia disputavit non decere Prophetam in ecstasi loqui. Ex illo Anonymus adversus Montanistas Scriptor apud Eusebium V. 17. quædam retulit fratrem eum appellans: ubi pro Μιλτιάδου male Ἀλκιβιάδου habent quidam Eusebii Codices. Quemadmodum verba V. 16. λόγον εἰς τὴν τῶν μετὰ Μιλτιάδην λεγομένην αἵρεσιν rectius Valesio exponit Dodwellus p. 371. ad Irenæum. Anonymum illum Hieronymus c. 39. *Rhodonem vocat*, sed ibidem parum accurate scribit Apologeticum Miltiadis datum *Principi illius temporis*, cum ex Eusebio debuisset scribere *Principibus.* Ex eo autem quod Tertullianus Miltiadem *Ecclesiæ Sophistam* vocat c. 5. adversus Valentinianos, non licet concludere eum fuisse Rhetorem, sed Sophista potuit appellari, sive eodem modo quo Tatianus, atque à Christiana quam coluit Philosophia ἀφ' ἧς μετῄει φιλοσοφίας, ut verbis Eusebii de Miltiade utar, sive quod in Apologetico & libro contra gentes veluti in foro causam Christianorum egit. In Honorii Augustod. Codicibus male scribitur *Melciades.* Cæterum fuit quidam Rhetor Miltiades nostro prior, cujus apud Senecam controvers. 25. mentio.

XVII. Ex S. Hippolyti scriptis deperditis huc pretinent: Προτρεπτικὸς πρὸς Σεβήρειναν, ad fœminam aliquam nomine Severinam, Sam.

X Basnage

* Senatorem fuisse hunc Appollonium non sine causa dubitat Stephanus le Moyne, quem vide prolegom. ad Varia Sacra * 32.

** His opponuntur ἄρχοντες Ἐκκλησιῶν sive Episcopi. Euseb. IV. 24. extrem.

Basnage ad A.C.222. n.10. sive potius ut Steph. le Moyne p. 1105. Σεβήραν Philippi Arabis conjugem. πρὸς Βασιλίδα τινὰ Theodorit. dialog. 2. & 3. pag. 165. 294. Juliam Mammæam intelligit Baronius ad A. C. 229. n. 10.

Περὶ Θεοῦ, καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως. *De Deo & de resurrectione.* Hieron. & Niceph. IV. 31. Sed pro Θεοῦ Ed. Bernhardus & Tho. Galeus malint Χριστοῦ, quia de laude Domini Salvatoris homiliam Hippolyti memorant Hieron. & Niceph. IV. 31. Hist. Fragmentum ex Hippolyti περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας apud Anastasium Sinaitam c. 23. Hodegi p. 356. Confer S. Hippolyti opera à me edita Hamb. 1716. fol. T. 1. p. 88.* seq.

Περὶ τ' ἀγαθοῦ, καὶ πόθεν τὸ κακόν. *De bono, & unde malum.* Fortasse *contra Marcionem*, quod memorat Euseb. VI. 22. & Hieron. Nicephorus IV. 31. ἀντιῤῥητικὸν πρὸς Μαρκίωνα vocat. Laudat & Theodoritus lib. 1. de hæret. fabulis c. 25. Syncell. p. 358. adde Steph. le Moyne notas ad varia sacra p. 1117. seq.

XVIII. SEXTUS sub Imp. Severo librum *de resurrectione* scripserat, laudatum Eusebio V. 27. Hist. & Hieronymo c. 50. Incertum, idem ne Sextus Eccesiasticus Philosophus, qui citatur à S. Maximo ad Dionysium de Mystica Theologia c. 5. T. 2. p. 55.

XIX. MAXIMUS sub eodem Imp. Severo Episcopus Hierosol. (Euseb. V. 12.) composuerat librum περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, de notissima Valentinianorum & Marcionitarum quæstione unde malum, & quod materia à DEO facta sit. Idem lib. V. c. 27. Niceph. IV. 35. & Hieron. c. 47. qui insigne volumen appellat. Fragmentum operis Maximi hujus περὶ ὕλης occurrit apud Origenem dialogo contra Marcionitas p. 92. seq. Nam ex illo petitum esse docet Eusebius VII. 22. præparat. cui Maximus ille laudatur ὁ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἄσημος ἀνήρ.

XX. ORIGENIS *Libros duos de resurrectione* memorat idem Eusebius VI. 24. dialogos duos Hieron. Epistola ad Paulam apud Rufinum invectiva 2. Confer Huetii Origeniana p. 264. 266. De resurrectione scripsisse se Origenes ipse testatur lib. V. contra Celsum p. 244. Meminit & Pamphilus in Apologia. Fuit & Origenis opus, quo *fatum* oppugnavit, sicut de libero arbitrio scripsisse se refert in VII. ad Romanos, nisi respicit librum tertium περὶ ἀρχῶν.

XXI. PAM-

Digitized by Google

XXI. PAMPHILI Martyris adverſus Mathematicos, ſive contra fatum Aſtrologicum ſententias à Rufino verſas memorat Gennadius de ſcript. Eccleſ. c. 17. MACARII Monachi adverſus Mathematicos, id. c. 28.

Scripta Variorum contra Porphyrium.

XXII. *Porphyrium* Tyrium Philoſophum, qui A. CHriſti 233. diem ſeptuagenario major Romæ obiit, opus *κατὰ Χριστιανῶν, adverſus Chriſtianos,* libris XV. in Sicilia * compoſuiſſe, teſtatur Euſebius & Hieron. *Catholicæ veritatis peſſimum impugnatorem* vocat Jo. Sarisberienſis VIII. 6. Policratici. S. Auguſtinus Epiſtola XLIX. (edit. novæ CII.) de ſex quæſtionibus contra paganos nonnulla *de Porphyrio tanquam validiora decerpta* confutat. De hoc Porphyrii opere vide Socratem III. 23. Hiſt. Eliam Cretenſem p. 482. ad Nazianzen. Orat. Svid. in συλλέχεια. Holſtenium in vita Porphyri cap. III. & præcipue XI. Tillemontii Hiſt. Imperat. T. IV. p. 118. & Joh. Andreæ Boſii Epiſtolas ad Reineſium pag. 66. ſeq. In Pſeudo Dextri Chronicis ad A. C. 310. legas, triginta circiter ſcriptores Catholicos & in his nonnullos Hiſpanos adverſus Porphyrii blaſphemias ſcripſiſſe. *Apollinaris* quidem Laodicenus triginta libris Porphyrium confutaverat, quem memorat etiam Vincentius Lirinenſis, & Euſebio ac Methodio ἐπὶ πολὺ κρατεῖν ſive multum præferendum duxit Philoſtorgius VIII. 14. *Euſebius* libris quinque & viginti teſte Hieronymo Epiſt. ad Magnum Oratorem. Vide Socratem III. 23. pag. 200. *Methodius* in opere adverſus Porphyrium, quod Hieronymo teſte, proceſſit ad decem millia usque verſuum, & cujus pauca quædam fragmenta collegit Combefiſius. Conferendæ Jac. Gothofredi notæ p. 347. ſq. ad Philoſtorgium, & Methodius Combefiſii pag. 442. ſeq. *Philoſtorgius* & ipſe ſe adverſus Porphyrium ſcripſiſſe, teſtatur X. 10. Cæterum Nicephorus X. 36. ubi ait Origenem adverſus Marcellum & Porphyrium ſcripſiſſe, pro Origene

* Hinc Porphyrius à quibusdam veteribus dicitur *Siculus,* ut S. Auguſtino de conſenſu Evangeliſtarum lib. 1. c. 15. In Siciliam profectus eſt anno ætatis 35 CHRISTI 268. Vide vitam Plotini c. 5. 6. & 11. Holſtenium c. 2. Ex Sicilia videtur in Africam trajeciſſe, nam Carthagine verſatum ſe innuit lib. 3. de abſtinentia ab animatis p. 251. Fallitur autem haud dubie Octavius Cajetanus S. I. qui in Iſagoge poſtuma ad hiſtoriam ſacram Siculam (edita Panormi 1707. 4. c. 34. p. 238. ſeq.) Porphyrium Siculum à Tyrio diſtinguit. Inepte etiam Gabriel Barletta ſermone de S. Andrea ad Porphyrium auctorem refert blaſphemiam de tribus impoſtoribus. Vide Menagiana Tom. 4. pag. 380.

Digitized by Google

Eusebium nominare debuit, cujus adversus Marcellum Ancyranum libri etiamnum exstant. In Conringianis, Helmstadii A. 1708. 12. editis p. 71. legas Salvium multum laborasse, ut hos Porphyrii libros sibi compararet, quos ex Is. Vossio intellexerat clanculum asservari hodieque Florentiæ in Bibliotheca magni Ducis. Sed non potuit sibi persuadere Conringius, adhuc superesse opus, quod jampridem undique conquisitum & auctoritate publica combustum constet ex edictis Constantini & Theodosii junioris A. C. 435. quod legitur in Actis Concilii Ephesini T. 1. Binii pag. 470. 471. & T. 1. Harduini p. 1719. Philosophus porro, quem Lactantius V. 2. tres libros in Bithynia adversus Christianos scripsisse affirmat, alius à Porphyrio est, ut notavit Tillemontius T. 4. Hist. Imperat. p. 531. & Holstenius c. 3. & ult.

Alia Scripta pro Veritate Religionis, quæ hodie desideramus.

XXII. METHODIUS præter libros adversus Porphyrium scripserat etiam

1) *De resurrectione opus egregium contra Origenem.* Fuit dialogus in plures libros distributus ad Theophilum quendam, quem κράτιστον appellat apud Epiphan. T. 1. p. 540. 560. 590. In hoc Methodius & Auxentius introducuntur disputantes cum *Proclo* & *Aglaophonte,* Origenis partes tuentibus. Fragmenta amplissima extant apud Epiphanium hæresi LXIV. & Photium Cod. 234. nonnulla etiam apud Damascen. Orat. 3. de imagin. & in parallelis. Vide collecta Græce & Latine à Combefisio * in Methodii operibus: & Latine in Bibl. Concionatoria feria 4. quatuor temporum quadragesimæ. Laudat etiam Eustathius Antiochenus de engastrimytho p. 394.

2) *De Autexusio* ** περὶ αὐτεξουσίου, καὶ πόθεν τὰ κακά, *de libero arbitrio, & unde mala,* ac quis eorum auctor, adversus Valentinianos, & Origenem, quod MS. habuit & cum versione sua editurum se recepit Allatius diatriba de Methodiis pag. 340. & ad Eustathium Antiochenum p. 45. 46. Combefisius ampla ejus dedit excerpta ac fragmenta ex Photii

* Seriem editionis operum Methodii Combefisianæ Paris. 1644. fol. Amphilochii & Andreæ Cretensis scriptis junctæ diligenter recenset Labbeus T. 2. de scriptoribus Eccles. p. 88. seq. Latine recusa est Tomo tertio Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677.

** Apud Honorium Augustodunensem & Trithemium male legas: *de anima exitu.* Methodii apospasmation de autexusio quale Meursius edidit, exstat etiam MS. in Bibl. Vindob. vide Lambecium III. p. 74.

Digitized by Google

Photii Cod. 236. ex Jo. Meursii Variis divinis p. 91. Lugd. Bat. 1619. 4. & ex MS. quod à Sirmundo acceperat. Citat etiam Turrianus IV. 2. apologiæ pro Epistolis Pontificum p. 412. seq.

XXIII. DIONYSII Alexandrini Epistolam de persecutione Decii ad Hermammonem & fratres in Ægypto memorat Eusebius VII. c. 22. & fragmentum ex ea affert c. 23. licet Hieronymus c. 69. de Script. Eccles. Epistolam de persecutione Decii ab illa ad Hermammonem distinguit.

XXIV. Ex LUCIANI Martyris Apologia, quæ memoratur ab Eusebio IX. 6. Hist. Rufinus breve argumentum ex Actis Martyrii, historiæ suæ Ecclesiasticæ intexuit. Confer Bollandum T. 1. Act. Sanctorum ad 7. Januar.

XXV. PHILEÆ Thmuitani elegantissimum librum de Martyrum laude & disputationem actorum habitam adversus Judicem, qui eum sacrificare cogebat, memorat Hieronymus c. 78. Fragmentum insigne ex Epistola Phileæ hujus Martyris ad Thmuitas, servavit Eusebius VIII. 10. Ambo Lucianus Nicomediæ & Phileas in Ægypto CHristum morte martyrii celebrarunt in persecutione Maximini A. C. 311. Confer Acta Sanctorum 4. Febr. T. 1. p. 459. seq.

XXVI. AMMONII Alexandrini *de Moysis & JESU consonantia elegans opus* laudatur ab Hieronymo c. 55. *περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας.* Euseb. VI. 19.

XXVII. Præter EUSEBII Episcopi Cæsariensis libros decem Demonstrationis Evangelicæ posteriores & libros contra Porphyrium, de quibus dicere me memini supra p. 75. & p. 163. & præter viginti libros *συναγωγῆς τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων,* de quibus p. 77. interciderunt *libri Ecclesiasticæ præparationis & Ecclesiasticæ demonstrationis libri,* quorum illi à Photio Cod. XI. hi in Jure Græco Romano Leunclavii lib. IV. pag. 295. laudantur. Nec non *ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, Confutationis & Apologiæ* pro Christiana Religione adversus Ethnicorum objectiones libri duo: itemque alii duo ejusdem argumenti, & sententiis verbisque propemodum iidem (fortasse altera priorum editio) de quibus Photius Cod. 13. Singulare etiam opus de *CHristi vaticiniis eventu comprobatis* condidisse se innuit lib. 1. præparationis Evangelicæ c. 3. pag. 8. *καὶ ἄλλα δὲ μυρία πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λεχθέντα τε καὶ προῤῥηθέντα ἐν οἰκείᾳ συναγαγόντες ὑποθέσει ταῖς τε ἐνθέοις αὐτοῦ προγνώσεσι τὰς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεις συμφώνους παραστήσαντες ἀναμφίλεκτον τῶν περὶ αὐτοῦ δοξαζομένων ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐπι-*

 δείκνυ-

διάκινυμι. Fieri autem potest, ut hoc argumentum persecutus fuerit Eusebius in libris demonstrationis Ecclesiasticæ.

Περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων διαφωνίας, *De Evangeliorum diaphonia* scripsisse Eusebium testatur Hieronymus in Catalogo cap. 81. & ex eo Suidas. *Librum resolutionum contrariorum, quæ sunt in Evangeliis*, vocat Hebed JESU in Catalogo librorum Chaldaicorum. Atque in Sicilia inventos libros Eusebii tres de diaphonia Evangeliorum scribit Latinus Latinius T. 2. Epistolar. p. 116. Sed nemo fuit adhuc, qui in lucem illos proferret. Græca Catena MS. in Marcum, de qua Rich. Simon lib. 3. Hist. Crit. pag. 89. laudat Eusebium ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον * περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας. Hujus scripti fragmentum servavit Anastasius Sinaita qv. CLIII. Alia fragmenta duo Græce & Latine edidit Combefisius in Auctario Novo Parif. 1648. fol. T. 1. p. 781. 783. unum quod ex Ambrosii Mediolanensis, Monachi Cassinatis versione etiam teste Sixto Senensi exstat in illud: ὀψὲ σαββάτων, *sero Sabbatorum*. Alterum περὶ τῶν ἐν μνημείῳ ἀγγέλων, *de Angelis ad monumentum visis*. Voluerat hæc quoque edere Holstenius teste Lambecio lib. 1. de Bibl. Vindob. pag. 112. sed morte præventus omisit. Eusebii *de triduo sepulturæ Domini* memorat Labbeus Bibl. nova MSS. pag. 184. Exstant & illius nonnulla in Catenis ad Evangelistas editis & ineditis, quorum pleraque ex eodem, ut videtur opere repetita. Ex Catenis in Lucam plura Eusebii Latine exhibet idem Combefisius in Bibl. Concionatoria. Ex Eusebio Pamphili ad Marinum occurrunt fragmenta in Anastasii Sinaitæ quæst. IX. & CXLVIII. sed illa alterius sunt argumenti. Clariss. Caveus memorat Eusebium *de Evangeliorum dissonantia ad Stephanum*. Quæ vero *de symphonia* sive *concordia Evangeliorum in Genealogia CHRISTI* Eusebius Julium Africanum secutus scripsit, exstant lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. iisque usus S. Ambrosius in 3. Lucæ. Ad illa respicit Eusebius VII. demonstrat. p. 353.

XXIX. EUSEBII, Emeseni Episcopi, A. C. 360. defuncti scripta studiosissime lecta olim & in his præcipuos libros *adversum Judæos & Gentes* testatur Hieronymus c. 91. Ex his κατασυλλογισμὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους MS. servari in Bibl. Cæsarea disces ex Lambecio IV. p. 184.

XXX. Inter

* Ex Eusebio πρὸς Μαρῖνον fragmentum in Codice Vindob, de quo Lambecius T. IV. pag. 173. Simile exstat in Codice Bodlej, de duplici gradu vitæ Christianorum sublimiore ac cœlestiore, & communiore, MS. Vide & Montfauconi Biblioth. Coislinianam p. 68.

Digitized by Google

XXX. Inter PHOTINI Episcopi Sirmiensis, qui Hebionis hæresin instaurare conatus est, scripta complura præcipuos idem Hieronymus c. 107. testatur fuisse *contra Gentes* & ad Valentinianum libros.

XXXI. Cognoscimus ex eodem Hieronymo c. 124. SOPHRONIUM, qui æqualis ejus fuit, insignem librum composuisse *de subversione Serapis* idoli Alexandrini, in quo eum adversus stolidas Ethnicorum superstitiones pro ingenii ac doctrinæ suæ copia disputasse, est verisimile. De illa simulacri Serapidis & templi Serapei, quæ primis annis Theodosii majoris contigit, eversione videndus Rufinus lib. XI. Hist. Eccles. c. 23. & 27. seq.

XXXII. Præter APOLLINARIS Laodiceni libros *contra Porphyrium*, de quibus supra p. 163. desideramus etiam ejus ψαλμῳδίας, quæ perstringebant Gentilium Deos, ἥπλοντο τῶν ἑλληνικῶν Θεῶν, καὶ τῶν πεπιστευκότων αὐτοῖς τε καὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, Socrat. III. 18. tum librum *contra Julianum*, λόγον πρὸς βασιλέα τὸν Ἰουλιανὸν, ἤτοι τοὺς παρ' Ἕλλησι φιλοσόφους λόγον ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας ἔδειξεν αὐτοὺς ἀποβουκοληθέντας τοῦ δέοντος περὶ Θεοῦ φρονεῖν. Sozom. V. 18. Sarisberiensis lib. VIII. policratici c. 21. *Fecit & librum nobilem ad ipsum Imperatorem, sive contra Philosophos, in quo tacitis sacra Scriptura testimoniis illos irrefragibili ratione desipere probavit, & se vere sentire de DEO. Qua legens Imperator (Julianus) claris tunc scripsit Episcopis:* agnovi, legi, & reprehendi. Ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. *Cui Episcopi rescripserunt:* Etsi legisti, non agnovisti. Si enim agnovisses, nequaquam reprehendisses, κἂν ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως. Ἐὰν γὰρ ἔγνως, οὐ κατέγνως. Hanc responsionem Basilio M. non Apollinari plerosque tribuisse Sozomenus narrat. Videtur autem inde Apollinaris permotus esse, ut post brevem istum libellum editum, justo deinde opere libros, quorum maxima erat apud Ethnicos auctoritas, Tyrii Philosophi Porphyrii adversus Christianos confutaret. Ægre enim assentior viris doctis, qui libros XXX. contra Porphyrium cum hoc λόγῳ confundunt. Post Porphyrium à pluribus Christianis confutatum, videtur Julianus ipse deinde causæ labantis Ethnicismi voluisse consulere novo adversus Christianos opere, de quo supra p. 100. sq.

XXXIII. CÆSARII, fratris Gregorii Nazianzeni scriptum κατὰ Ἑλλήνων, quod memorant Cedrenus p. 153. & Svidas, intercidit utique, nisi intellexerunt ea, quæ in Cæsarii editis quæstionibus hinc inde adversus Ethnicos, & quæst. 47. seq. (edit. Leunclavii 109. seq.) adversus fatum disputantur. Confer Volum. VII. Bibl. Græcæ p. 542.

XXXIV. AM-

XXXIV. AMMONEM Adrianopolitanum *de resurrectione mortuorum* laudat S. Maximus in Dionysium de cœlesti hierarchia pag. 88. Omitto *Antipatri* Bostrensis, & *Apollinaris* Laodiceni scripta de hoc argumento similiter jamdiu deperdita.

XXXV. DIODORUS sive THEODORUS, Tarsensis Episcopus, A.C. 394. defunctus, cui quæstiones ad Orthodoxos, inter Justini Martyris opere obvias tribui à Viro eruditissimo M. V. la Crose notavi supra p. 48. Præter multa alia scripserat etiam libros VIII. sive capita LIII. κατ' εἱμαρμένης, *contra fatum*, illudque asserentes Astronomos atque Astrologos & hæreticos. Ex hoc opere, quod memorat & Theodorus Lector apud Svidam Διόδωρος, atque Syriace superesse Hebed Jesu auctor est, exstant ampla excerpta apud Photium Cod. 223. Quod autem in hoc opere scripsit Diodorus pag. 358. τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος πρὸ τετρακοσίων ἐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἀθρόον δὲ πᾶσαν λαβεῖν τὴν οἰκουμένην. *Christianos cœpisse ante annos CCCC.*, *atque totam occupasse terram*, non præcise sed cum aliqua latitudine accipiendum.

2) Singulare opus *adversus Ethnicos* eorumque Idola scripsisse colligit Tillemontius ex Juliani Imperat. Epistola ad Photinum, cujus magnam partem Latine versam refert Facundus IV. 2. p. 522. ubi inter alia de Diodoro, quem *Nazarei magum* blaspheme Julianus appellat: *Iste enim malo communis utilitatis Athenas navigans & philosophans imprudenter, musicorum participatus est rationem, & rhetoris confectionibus odibilem adarmavit linguam adversus cœlestes Deos, usque adeo ignorans paganorum mysteria, omnemque miserabiliter imbibens, ut ajunt, degenerum & imperitorum ejus Theologorum piscatorum errorem.* Videtur hoc esse, quod Theodorus Lector apud Svidam memorat κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ Θεῶν. Mirum autem, quod ignorantiam sæcularium literarum Diodoro objectat Hieronymus in catalogo 119.

Præterea Svidas memorat ejusdem Diodori κατ' Ἰουδαίων, *contra Judæos*, quem librum Syriace adhuc superesse scripsit Hebed Jesu in Catalogo.

Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, *de resurrectione mortuorum.*

Περὶ ψυχῆς κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. *De anima, adversus varias de illa hæreticorum opiniones.*

Περὶ προνοίας. *De Providentia.* Hic est, quem Syriace adhuc superesse scripsit laudatus Hebed Jesu, sed inscribit Diodori librum Politicorum.

rum. Vide Rich. Simonis Epiftolas felectas Gallice editas III. 19. pag. 111.

Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι. *De natura & materia, in quo fcripto tractatur & de eo quod juftum eft.*

Περὶ Θεοῦ, καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλασμένης. *De DEO & conficta Græcorum materia.*

Ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. *Naturas invifibiles non ex elementis fed una cum elementis ex nihilo factas effe.*

Περὶ τοῦ πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. *De eo quomodo opifex quidem femper, opera vero ejus non femper exftant.*

Πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀϊδίου ὄντος. *Quomodo velle & nolle fit in DEO æterno,*

Κατὰ Πορφυρίου, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν. *Contra Porphyrium de animalibus & facrificiis.*

Contra Ariftotelem, Contra Euphronium Philofophum, per interrogationes & refponfiones: *Contra Manichæos* &c.

XXXVI. ISIDORUS Pelufiota contra Gentes fcripfiffe fe librum teftatur lib. 2. Epift. 137. in quo inter alia eorum μαντικὴν confutaverat lib. 2. Epift. 228. Idem memorat λόγον fuum five λογίδιον περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην, *quod fatum non fit.* lib. 3. Epift. 253.

XXXVII. THEODORUS Mopfveftenus, A. C. 429. defunctus, inter alia fcripferat βιβλιδάριον five parvum volumen in tres diftinctum libellos περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, *de Magia Perfarum,* & quantum illâ præftet Chriftiana pietas, ad Maftubium ex Armenia Chorepifcopum tefte Phodio Cod. LXXXI. Deliramenta *contra Magufæos* vocat Leontius Hierofol. omnia Theodori deprimens lib. 3. contra Neftorium T. IX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. pag. 698. D. Meminit iterum p. 699. G.

XXXVIII. THEODORETUS, de cujus editis pro religionis veritate lucubrationibus fupra p. 97. feq. dicere me memini, etiam fcripfiffe fe *contra Judæos*, teftatur Epiftola 113. 116. 145. quod opus intercidit, nifi refpexerit ea, quæ commentariis in Danielem difputavit. Idem *Refponfionis fuæ ad Quæfita Magorum, qui funt in Perfide,* paffim meminit, velut in Epiftola 82. ad Eufebium Epifcopum Ancyranum, καὶ μυστικὴ δὲ ἡμῖν συγγέγραπται βίβλος, καὶ περὶ προνοίας ἕτερα, καὶ πρὸς τὰς πεύσεις τῶν

 Μάγων

μάγων ἄλλη &c. *Mysticus praterea scriptus est à nobis liber, & alius de Providentia, & ad Quæsita Magorum &c.* Et Epistola 113. ad Leonem Magnum, ἔςι γάρ μοι τὰ μὲν πρὸ εἴκοσι ἐτῶν συγγεγραμμένα, τὰ δὲ πρὸ πεντεκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ δυώδεκα, τὰ μὲν πρὸς Ἀρειανὰς ϗ Εὐνομιανὰς, τὰ δὲ πρὸς Ἰεδαίες ϗ Ἕλληνας, τὰ δὲ πρὸς τὰς ἐν Περσίδι Μάγες. *Sunt mihi, quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi: quædam adversus Arianos & Eunomianos, quædam contra Judæos & Gentiles, quædam contra Magos, qui in Perside sunt &c.* Atque in Ecclesiastica Historia libro 5. cap. 38. pag. 752. Μάγες δὲ καλᾶσιν οἱ Πέρσαι, τὰς τὰ ςοιχεῖα θεοποιᾶντας. Τὴν δὲ τέτων μυθολογίαν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι δεδηλώκαμεν, ἐν ᾧ τὴν λύσιν ταῖς τέτων πεύσεσι προσηνέγκαμεν. *Magos vero Persæ vocant eos, qui elementa* * *Deos faciunt, quorum nos fabulas alio in Opere ostendimus, in quo ad Quæstiones illorum solutionem attulimus.* Ex his constat, inquit Clarissimus Oudinus T. 1. commentar. de script. Eccles. p. 1126. Theodoretum Magis respondisse, non tantum ante annum 450. quo Historia composita est, sed etiam ante annum 437. id est annis duodecim & amplius ante datam ad Leonem Magnum Epistolam: imo ante annum 433. qui ante scriptam Eusebio Ancyrano Episcopo Epistolam duodecimus est. Quæ quæsita Magorum fuerint, divinare non licet, quæ nihilominus frequentia fuisse constat: nam Diodorus Tarsensis & Theodorus Mopsvestenus adversus Magos ejusmodi disputarunt. Opinor vero à Magis, non ipsos Doctores quos appellavi, sed Christianos in Perside existentes, interrogatos esse: qui utpote neophyti, cum in solvendis quæstionibus laborarent, Orientis Magistros quippe viciniores consulebant, quid moleste sciscitantibus respondendum foret. *Hactenus Oudinus.*

XXXIX. CYRILLI Alexandrini libros de Synagogæ defectu memorat Gennadius de Script. Eccles. c. 57.

XL. De PHILIPPI Sidetæ & aliorum scriptis hodie non extantibus contra Julianum Imp. dixi supra p. 102.

XLI. JOANNIS Philoponi liber κατὰ τ̃ σπυδῆς Ἰαμβλίχυ ἣν ἐπέγραψε περὶ ἀγαλμάτων, *contra* Jamblichi *scriptum, quo idola sive imagines Deorum numine plenas voluit evincere.* Memoratur à Photio Cod. CCXV. Idem ante Jamblichum in libro περὶ ἀγαλμάτων probandum in se susceperat Porphyrius, cujus vestigiis illum institisse non dubitat Holste-

* Per *elementa* stellas intelligit. Vide, quæ notavi ad Hieron. de script. Eccles. c. 45.

Holstenius in vita Porphyrii cap. 9. Hodie universa ista & Porphyrii & Jamblichi & Philoponi scripta desideramus.

XLII. Secundi sui *adversus Judaeos* librimentionem facit NASTASIUS Sinaita lib. VI. in Hexaëmeron pag. 884. F. frequenter etiam sibi cum Judæis extemporales disceptationes intercessisse testatus.

XLII. Ab Photio Cod. CLXX. celebratur *Anonymi* opus,* quod intercidisse dolendum est, *libris XV.* quinque πύχεσι, sive voluminibus complexum *testimonia Ethnicorum*, non Græcorum modo, sed Persarum, Thracum, Ægyptiorum, Babyloniorum, Chaldæorum & Italorum eruditorum, *quibus Christiana doctrina suffragari videntur.* Inter alia auctor, qui CPoli post Heraclii tempora scripsit, etiam attulit nonnulla ἀπὸ τῶν χημευτικῶν Ζωσίμου λόγων, *ex Chemicis Zosimi* Thebani Panopolitæ (de quo dixi Vol. VIII. Bibl. Gr. p. 612. sq. & Vol. XII. p. 771.) *scripsit*, (ita enim legendum, non χειμευτικῶν, *frigidis libris*, ut Schottus.) Quæ autem apud Photium sequuntur, non de Zosimo accipi debent, sed de auctore horum collectaneorum, qui nominum Hebraicorum significationes etiam exposuit, & de Apostolis tradidit, ubi terrarum quisque Evangelium docuisset, & quomodo mortem oppetiisset.

XLIII. COSMAM Scholasticum adversus Judæos memorat Joannes Moschus in prato spirituali c. 172.

XLIV. Interciderunt etiam LEONTII Cyprii Episcopi, qui Imperatoris Mauricii temporibus vixit, λόγοι κατὰ ἰουδαίων ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν ἀπολογίας, *libri adversus Judaeos pro Christianis apologetici*, quorum quintus citatur in actis septimæ Synodi p. 556. & à Joanne Damasceno in Oratt. de imaginibus T. 1. Opp. p. 373. seq. adde p. 325. 326. 242. Vide etiam auctarium Bibliothecæ Patrum Ducæanum T. 1. p. 730. seq.

XLV. In iisdem actis Synodi septimæ sive Nicænæ secundæ actione octava laudantur JOANNIS Thessalonicenses λόγοι κατὰ Ἑλλήνων T. 3. edit. Binianæ p. 700.

XLVI. NICIÆ Monachi, qui septimo sæculo scripsit, λόγοι δύο κατὰ Ἑλλήνων, memorantur à Photio in Bibliotheca, Codice quinquagesimo.

Y 2 XLVII. HE-

* Ante hunc scriptorem memoratum Photio, *Origenes* Clementem Alex. imitatus, decem scripserat Stromateas, similiter deperditos, in quibus Christianorum & Philosophorum inter se sententias comparavit, & omnia nostra religionis dogmata confirmavit de Platone, Aristotele, Numenio, Cornutoque, ut testatur S. Hieronymus Epist. 84. ad Magnum Oratorem.

Digitized by Google

XLVII. HELIODORUS Presbyter, teste Gennadio de S. E. cap. 6. scripserat librum *de naturis rerum exordialium*, in quo ostendit *unum esse Principium, nec quidquam coævum DEO; nec mali conditorem DEUM, sed ita bonorum omnium Creatorem, ut materia quæ ad malum versa est post inventam malitiam, à DEO sit facta, nec quicquam materialium absque DEO credatur conditum, aut fuisse alium rerum Creatorem præter DEUM, qui præscientia sua cum prævideret morti dari Naturam, præmonuit de pœna.*

XLVIII. EUTYCHIUS, Patriarcha CPol., qui A. C. 582. diem obiit, librum ediderat *de resurrectione carnis*, in hoc cum firmiter adversus Gentiles & hæreticos eam confirmaret, ex Origenis sententia adstruxerat *corpus nostrum in illa resurrectionis gloria fore impalpabile, ventis aëreque subtilius*, ut refert Gregorius Magnus, Romanæ tunc Sedis Apocrisiarius, postea Episcopus lib. XIV. moralium c. 29. Post frequentes inter eos disputationes, interveniente Tiberio Imperatore & Eutychio sententiæ suæ renunciante librum illum combustum esse scribit Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ lib. 1. c. 26. §. 3. p. 451. Gregorium laudans auctorem. Sed quo minus id fieret, quod voluerat fieri Tiberius, impediisse se idem Gregorius testatur. *Tunc itaque de hac re in longa contentione perducti, gravissima à nobis cœpimus simultatione resilire, cum piæ memoriæ Tiberius Constantinus Imperator secreto me & illum suscipiens, quid inter nos discordiæ versaretur, agnovit, & utriusque partis allegationem pensans, eundem librum, quem de resurrectione scripserat, suis quoque allegationibus destruens deliberavit, ut flammis cremari debuisset. A quo ut egressi sumus, me ægritudo valida, eundem vero Eutychium ægritudo & mors protinus est secuta. Quo mortuo quia pæne nullus erat, qui ejus dicta sequeretur, dissimulavi cœpta persequi, ne in favillas viderer verba jaculari. Dum tamen adhuc viveret, & ego validissimis febribus ægrotarem, quicunque noti mei ad eum salutationis gratia pergebant, ut eorum relatione cognovi, ante eorum oculos pellem manus suæ tenebat, dicens: Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus.*

XLIX. STEPHANUS Bostrenus *contra Judæos* citatur à Joanne Damasceno Oratione 3. de imaginibus T. 1. Opp. pag. 370. ubi aliquid profertur ex ejus κεφαλαίῳ δ΄. Allegatur etiam in actis Nicænæ Synodi p. 505. T. 3. edit. Binianæ A. 1618.

L. SYLVESTER *contra Judæos*, ex quo aliquid allatum in Catena Græcorum Patrum in Lucam, Codice MS. Bibl. Coislinianæ. Vide Catalogum celeberr. Montfauconi p. 251.

LI. EVO-

Digitized by Google

LI. EVODIUS Monachus *adversus Saracenos*, quem laudat Euthymius in panoplia, non minus intercidit quam *Haumari* Saracenorum Principis Epistola dogmatica ad Leonem Imp. pro Muhamedana fide, cujus mentio apud auctorem Historiæ Miscellæ lib. XXI. p. 1001. Neque fuit hactenus, qui in lucem proferret Syriaco scriptas sermone *Abunub* refutationem Alcorani, vel *Abrahami Bethale* disputationem adversus Mahometanos, quarum meminit Hebed Jesu in Catalogo librorum Chaldæorum.

LII. THEODULUS (Honorio Augustodunensi THEODORUS) Presbyter in Coele Syria, ut ab eodem Gennadio c. 91. notatum est, composuerat librum *de consonantia Divinæ Scripturæ*, id est Veteris & Novi Testamenti, *adversus antiquos hæreticos*, (Manichæos,) *qui propter differentiam præceptorum vel cerimoniarum, alium Veteris Testamenti DEUM dixerunt, alium Novi.* Similiter interciderunt JACOBI *Nisibeni* scripta Syriaco sermone, atque inde Græce translata *adversus Gentes*, & *de Gentium conversione, de persecutione Christianorum, & de resurrectione*, de quibus Gennadius c. 1.

CAPUT IV.

De Scriptis veteribus Latinis deperditis.

I.

PAuciora sunt, quæ observavi scripta pro Religione, quæ Latine prodita in veterum monumentis memorantur, neque ætatem tulerunt. Sunt autem hæc:

II. TERTULLIANI liber *de superstitione sæculi* fuit olim in veteri Codice scriptorum Tertulliani Agobardino, in quo titulum hunc Rigaltius reperit, una cum aliis de animæ summissione & de carne & anima. Ejusdem librum *de spe fidelium* memorat Hieronymus c. 18. de Script. Eccles. Ejusdem Tertulliani librum, quo fatum oppugnavit, habuit Fulgentius, qui libello de prisco sermone, voce *problema*, ex eo profert hæc pauca: *Redde huic fati primum problematis mancipatum.* Tertullianus ipse libro de anima c. 20. cum de Providentia & fato dixisset, *nam hæc & Philosophi distinguunt, & nos secundum fidem disserenda suo jam vovimus titulo.*

III. Liber *de fato* contra Mathematicos, quem ſub MINUCII FELICIS nomine olim ferri vidit Hieronymus, neque ſtylum cum Octavio ejus, qui hodie exſtat, & de quo infra dicam, convenire obſervavit c. 58. de ſcriptoribus Eccleſ. Idem Epiſtola 84. ad Magum Oratorem: *Minutius Felix cauſidicus Romani fori in libro, cui titulus Octavius eſt, & in altero contra Mathematicos, ſi tamen inſcriptio non mentitur auctorem, quid gentilium ſcripturarum dimiſit intactum?*

IV. ASCLEPIADES librum compoſuerat *de Providentia ſummi DEI*, eumque inſcripſerat Lactantio, qui ejus operis meminit VII. 4. *Optime igitur*, inquit, *Aſclepiades noſter de Providentia ſummi DEI differens in eo libro, quem ſcripſit ad me.*

V. Idem LACTANTIUS ſingulare opus promiſit *contra Judaeos*, quod an peregerit incertum eſt. Lib. VII. c. 1. *Sed erit nobis contra Judaeos ſeparata materia, in qua illos erroris & ſceleris convincemus.*

VI. NOVATIANUS, Romanæ urbis presbyter medio tertio poſt CHriſtum natum ſæculo vixit, ac præter Epiſtolam de cibis Judaicis, quæ ad nos pervenit, ſcripſerat adverſus Judæos etiam alia, quorum in exordio illius facit mentionem his verbis: *Quam vero ſint perverſi Judaei, & ab intellectu ſua Legis alieni, duabus Epiſtolis ſuperioribus, ut arbitror, plene oſtendi, in quibus probatum eſt prorſus ignorare illos, quae ſit vera* circumciſio, *& quid verum* Sabbatum: *quorum adbuc magis ac magis caecitas revincitur in hac Epiſtola, in qua aliquid* de cibis *illorum breviter diſſeritur.* Hieronymus c. 70. de S. E. inter Novatiani ſcripta memorat *de Sabbato* & *de Circumciſione.*

VII. VITELLIUS Afer, qui Donatiſtarum ſchiſma tempore Conſtantis defendit, ediderat etiam librum *adverſus Gentes*, teſte Gennadio cap. 4. de S. E.

VIII. NICEAS Romanicíæ * civitatis Epiſcopus compoſuerat ſimplici & nitido ſermone competentibus ad Baptiſmum inſtructionis libellos ſex, in quibus, ut Gennadius c. 22. teſtatur, continebat primus qualiter ſe debeant habere competentes, qui ad Baptiſmi gratiam cupiunt pervenire. Secundus erat *de Gentilitatis erroribus*. Tertius *de fide unica Majeſtatis*, contra Ethnicorum πολυθεότητα. Quartus *adverſus Genethlologiam*, ſive contra Aſtrologos. Quintus de Symbolo, & ſextus de agni Paſchalis victima. Porro librum ad lapſam virginem quam ejusdem Niceæ

* al. *Romaciana.* Baron. ad Martyrolog. 22. Jun. *Aquileja.*

Digitized by Google

Niceæ Gennadius laudat & pæne omnibus labentibus ſcribit emendationis incentivum fuiſſe, viri docti illum ipſum putant eſſe, * qui inter S. Ambroſii ſcripta legitur. Alius Nicias, de quo Photius Cod. 50.

IX. Eidem Gennadio c. 78. memoratur VOCONII, Caſtellanenſis Mauritaniæ Epiſcopi liber *contra Judæos*, Arianos & alios hæreticos.

X. Inter S. AUGUSTINI ſcripta quæ deſiderantur, præſtantiſſimus Caveus primo loco memorat *libros III. contra Paganos*, & ad eosdem Protrepticum ſive *exhortationem*. Sed libri tres illi non diverſi mihi videntur à libris tribus, qui exſtant contra Academicos, neque alios laudat Poſidius ſcripta Auguſtini contra Paganos referens in limine ſui indiculi. Sic *Exhortationem* non diverſam putem ab ejus libello, quem ſimiliter habemus, de utilitate credendi.

XI. Et PAULINI & AMBROSII lucubrationes memorat idem Auguſtinus, quæ hodie deſideramus. Ita enim ſcribit ad S. Paulinum Epiſt. 31. edit. novæ (al. 34.) *Adverſus Paganos te ſcribere didici ex fratribus: ſi quid de tuo pectore meremur, indifferenter mitte, ut legamus. Nam pectus tuum tale Domini oraculum eſt, ut ex eo nobis tam placita, & adverſus loquaciſſimas quaſtiones explicatiſſima dari reſponſa præſumamus. Libros beatiſſimi papæ* Ambroſii *credo habere ſanctitatem tuam: eos autem multum deſidero, quos adverſus nonnullos imperitiſſimos & ſuperbiſſimos, qui de Platonis libris Dominum profeciſſe contendunt, diligentiſſime & copioſiſſime ſcripſit.* Et Epiſtola 42. *An forte quod* adverſus dæmonicolas *te ſcribere audieram, atque id opus vehementer deſiderare me oſtenderam, volens perficere ac mittere tanto tempore ad nos Epiſtolas diſtuliſti.* Et Epiſtola 45. *Scribere te audivimus adverſum Paganos: quod ſi abſolutum eſt, quæſumus, ne differas mittere per latorem Epiſtolæ.* Vir eruditiſſimus Lud. Antonius Muratorius non dubitat ab Auguſtino intelligi breve carmen verſuum CCLIV. Gentium errores perſtringens & Chriſtianam ſvadens fidem, quod ipſe in Codice Bibl. Ambroſianæ reperit ad calcem Natalium Felicis Martyris à Paulino celebratorum. Sed ex verbis Auguſtini colligas eum loqui non de brevi carmine, ſed de fuſiore & elaboratiore opere proſario inſiſtente fortius paganorum & dæmonicolarum objectionibus, & quæſtiones ipſorum diſſolvente ſubtiliter ac ſolide decidente. Carmen vero illud à Muratorio editum

* Vide Oudini commentarios de ſcriptoribus Eccleſiaſticis Tom. 1. pag. 1149. ſeq.

Digitized by Google

editum non Paulinum auctorem habet, sed alium ex Ethnicismo ad CHristi nomen conversum *Antonium** nomine. Ita enim incipit:

Discussi fateor sectas Antonius omnes.

Et vers. 150. cum Ethnicas superstitiones & idolorum nænias retulisset:

Hac ego cuncta prius &c.

Et vers. 161.

Ut modo qui nobis errorem mentis ademit,
Hic meliore via Paradisi limina pandet.
Felix nostra fides, uni certoque dicata.

Ita enim distinguendus hic locus, non ut interpunctio sit post nomen *Felix*, ac illius velut Martyris Paulino celebrati nomen ad priora referatur. Sed quid impedit, cum & breve sit & eruditum hoc adversus Paganos Carmen & laudati Muratorii Anecdota, in quorum tomo primo, Mediolan. 1697. 4. illud lucem primum vidit, rarius in his oris reperiantur, integrum præsenti loco subjiciam, additis Muratorii Præfatione notisque.

V. CL. LUD. ANTONII MURATORII
PRÆFATIO.

PRæclarissima hæc S. PAULINI Carmina in Ethnicos post XIII. Felicis Natalem subsequuntur in Codice nostro. Mira inest eruditio, & solitus Poëtæ eloquentissimi spiritus. Primum in Judæos, in Gentiles deinde fertur, quorum Numina, variam Philosophiam, erroresque plurimos notat. Hoc opus innui certum arbitror in Epist. 34. S. Augustini ad PAULINUM ita scribentis: *Adversus Paganos te scribere didici ex fratribus. Si quid de tuo pectore meremur, indifferenter mitte, ut legamus; nam pectus tuum tale Domini oraculum est, ut ex eo nobis tam placita, & adversus loquacissimas quæstiones explicatissima dari responsa præsumamus.* Opinabatur forsan Augustinus statutum fuisse PAULINO universam Ethnicorum confodere superstitionem, sed hujusmodi consilium Poëtæ sacro non obvenerat, cui tantum placuit Paganorum explicare, non refutare dementiam. Fama aliud Augustino suasit, ut mirum non sit, si à PAULINO loqua-

* Hoc pulchre observatum docto & acuto auctori libri, qui prodiit Gallice Paris. 1717. 12. atque inscribitur: *Les Amenitez de la Critique, ou dissertations & remarques nouvelles sur divers points de l'antiquité Ecclesiastique & profane.* Vide sis etiam Ephemerides Eruditorum Parisienses A. 1717. Junio p. 654. seq.

loquacissimas quæstiones explicatas opperiri se dicat. Certè si PAULINUS egregium aliquod opus in Paganos scribendum suscepisset, Gennadius ejus scripta recensens mentionem aliquam injecisset. Superest igitur, ut ab eodem Sancto exiguum hac de re opus elaboratum fuisse dicamus, cujusmodi est hocce Poëma. Quin & elucubrati libelli tempus conjecturam nostram tueri videtur. *Olybrio, & Probino Coss.*, inquit Prosper in Chron. (hoc est Anno Domini 395.) *Augustinus B. Ambrosii discipulus multâ facundiâ, doctrinâque excellens Hippone Regio in Africâ Episcopus ordinatur.* Suæ porro ordinationis tamquam nuper factæ certiorem PAULINUM Augustinus facit in eâdem supra citatâ Epistolâ, dum ait: *Quâ Ecclesiæ curâ tenear, ex hoc vestra charitas oportet attendat, quod Beatissimus Pater Valerius nec presbyterum me esse suum passus est, nisi majorem mihi Coëpiscopatus sarcinam imponeret &c.* Hæc verò Augustini Epistola aut sub finem anni 395., aut sub initium subsequentis procul dubio scripta. Ut enim Chiffletius parte 2. cap. 8. Paulini Illustrati probat, contigit ordinatio Augustini post medium Decembrem ejusdem Anni 395. Itaque hoc anno adversùs Paganos PAULINUS noster scriptis pugnabat. Nolam hic se receperat cadente A.C. 394., ibique maturato conversionis suæ consilio præstantissimam Christianæ vitæ methodum aggressus fuerat. Hoc verò idem consilium tangit hujus Poëmatis initio his verbis:

Discussi, fateor, sectas Antonius omnes
Plurima quæsivi, per singula quæque cucurri,
Sed nihil inveni melius, quam credere Christo.

Uberiùs hoc sequentia evincunt:

Hæc ego cuncta prius, clarum cum lumen adeptus,
Meque diu incertum, & tot tempestatibus actum
Sancta salutari suscepit Eclesia portu,
Postque vagos fluctus tranquillâ in sede locavit,
Ut mihi jam liceat detersâ nube malorum
Tempore promisso lucem sperare serenam.

Et infra: *Ut modò qui nobis errorem mentis ademit,*
Hic meliore viâ Paradisi limina pandat
Felix. Nostra fides uni certoque dicata.

En ut secessum Nolanum, novumque vitæ institutum nuper sibi electum nobis PAULINUS insinuat. Itaque quum hos versus elucubrarit eo tempore PAULINUS, quo totum animum Christo, ejusque fidei devoverat, hoc est A. 394. aut 395., vides eosdem incidere in supra memo-

 ratum

ratum tempus, quo PAULINUS contra Paganos scribere ab Augustino etiam dicitur. Quis ille Antonius fuerit, cui Poëma suum PAULINUS inscribit, divinare nequeo. Ad primum operis conspectum pro *Antonius* legendum *Ausonius* suspicabar, quem utique arctissimâ familiaritate quondam complectebatur PAULINUS, carminibusque non paucis etiamnum extantibus est alloquutus; Sed interruptum inter hosce duos egregios viros amoris commercium jampridem fuerat, & aliis sane verbis Poëta noster usus fuisset, si ad Ausonium, suum olim præceptorem, ac penè parentem, scripsisset. Antonium verò istum Christianorum albo fuisse inscriptum non ambigo, quum David illi in exemplum adducatur:

Et ne displiceat, quod talia carmina pando,
David ipse chelym modulatâ voce rogavit,
Quo nos exemplo pro magnis parva canemus.

Quum igitur à Religione Christianâ alienum fuisse Ausonium * nemo dubitet, hîc illum innui nemo etiam arbitrabitur.

ANTONII
CARMEN ADVERSUS GENTES.

Discussi, fateor, sectas Antonius omnes,
Plurima quæsivi, per singula quæque cucurri,
Sed nihil inveni melius quam credere Christo.
Hæc ego disposui leni conscribere versu,
Et ne displiceat, quod talia carmina pando,
David ipse chelym modulata voce rogavit,
Quo nos exemplo pro magnis parva canemus,
Dicentes quæ sunt fugienda, sequenda, colenda,
Cum tamen in cunctis & res, & causa probetur.
Judaicum primo populum nec gratia movit
Mira Dei; nam tum Pharaoni ereptus iniquo,
Et mare transgressus pedibus, lucente columna
Cum Duce, qui mergi infestos vidit equestres,

Et

C. V. LUD. ANTONII MURATORII NOTÆ.

V. 13. *Qui mergi.* Ni Poëtica licentia Paulinus est usus, carminis rationi aliquid deest. Fortasse pro *mergi* legendum *mersos.*

* Ausonium non intelligi docet etiam metri ratio. Illum autem Christianum fuisse patet ex iis, quæ notavi lib. 3. Bibl. Latinæ c. 10.

Digitized by Google

Et cui desertis nihilum quoque defuit agris,
Manna cui è cœlo, & fons de rupe cucurrit,
Post hæc ipse Deum præstantem tanta negavit,
Dumque aliud Numen dementi pectore quærit,
Ignibus incensis quod misit perdidit aurum.
Par quoque Paganus lapides, quos sculpsit, adorat,
Et facit ipse sibi, quod debeat ipse timere.
Tum simulacra colit, quæ sic ex ære figurat,
Ut quando libitum est, mittat conficta monetæ,
Aut magis in species convertat sæpe pudendas.
Hinc miseras mactat pecudes, mentesque Deorum,
Quos putat irasci, calido in pulmone requirit,
Atque hominis vitam pecoris de morte precatur.
Quid petit ignosci veniam, qui sanguine poscit?

Z 2 Illud

V. 15. *Et fons.* Hic quoque laborat aliquantulum versus. Scriberem:

Manna cui è cœlo, cui fons &c.

V. 21. *Ex ære figurat.* Tertullian. in Apoleg. cap. 13. idem Ethnicis objiciebat. *Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis pignorando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus, atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque dominus sanctiorem expertus est domestica necessitate. Publicos æque publico jure fœdatis, quos in bastario vectigales habetis. Si Capitolium, si olitorium forum petatur, sub eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quæstoris divinitas addicta conducitur.* Cacabulum Tertulliano memoratum, quod fas spurcitiarum fuit, à Paulino modeste innuitur per hæc verba:

Aut magis in species convertat sæpe pudendas.

V. 24. *Mentesque Deorum.* In pecudum cæsarum extis Deorum mentem stulte perquirebant Gentiles. Ovid. lib. 5. Metam.

Fibra quoque ægra notas veri, monitusque Deorum
Prodiderat - - -

Hunc eorumdem errorem Seneca & ipse Ethnicus improbabat. Natur. Quæst. lib. 2. *Nimis Deum otiosum, & pusillæ rei ministrum facis, si aliis somnia, aliis exta disponit &c.* Consule lib. Cæs. Bulengeri de Magia &c.

Digitized by Google

Illud enim quale eſt? quam ſtultum? quamve notandum?
Cum Deus omnipotens hominem formaverit olim,
Audet homo formare Deum. Ne crimina deſint,
Hunc etiam vendit dominus, ſibi comparat emptor.
Philoſophos credam quicquam rationis habere,
Qui ratione carent, quibus eſt ſapientia vana?
Sunt Cynici canibus ſimiles, quod nomine produnt.
Sunt & ſectantes incerti dogma Platonis,

Quos

V. 31. *Etiam vendit.* Ad hoc ſpectant rurſus, quæ ex Tertulliano nuper attulimus. Julius Firmicus de Err. prof. Relig. cap. 16. *Vendebatur Deus, ut prodeſſet emptori, & emptor ſuppliciter adorabat quicquid paulò ante viderat ſubhaſtatum.*

V. 32. *Philoſophos credam.* Eleganter in hanc rem ſcripſit S. Eucherius in Parænet. ad Valerian. Inter alia hæc habet: *Brevi tibi liquebit, quanto hac noſtra, id eſt pietatis veritatisque præcepta illis Philoſophorum præceptis præferri debeant. In illis namque eorum Præceptis vel adumbrata virtus, vel falſa ſapientia: in his vero conſummata juſtitia, ſolida veritas continetur. Unde licet dicere Philoſophia alios nomen uſurpaſſe, nos vitam. Etenim qualia poſſunt ab his dari præcepta vivendi? Cauſam neſciunt &c.*

V. 34. *Sunt Cynici.* Vulgò κυνικοὶ dicebatur hi Philoſophi, hoc eſt *canini* ἀπὸ τοῦ κυνὸς *à cane.* Diogenes Laert. in Antiſthenis vita hæc ait: κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ, *Cynicam primus ſectam inſtituit,* & in ea princeps fuit. Hinc de illo Auſonius canit:

Inventor primus Cynices ego. Quæ ratio iſthæc?
Alcides multo dicitur eſſe prior.
Alcidæ quondam fueram doctore ſecundus,
Nunc ego ſum Cynices primus, & ille Deus.

Idem vero Laertius in Prooem. Cynicos de ignominia ſic appellatos aſſerit: Καὶ ἀπὸ σκωμμάτων, ὡς οἱ κυνικοί. Suetonius in Veſpaſian. *Demetrium Cynicum in itinere obvium ſibi poſt damnationem, ac neque aſſurgere, neque ſalutare ſe dignantem, oblatrantem etiam neſcio quid, ſatis habuit Canem appellare.* Eleganter quoque Auguſtinus de Civ. Dei l. 14. cap. 20. *Hoc illi canini Philoſophi, hoc eſt Cynici non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc eſt immundam ſententiam.*

V. 35. *Sectantes incerti.* Plato plerumque Socrati adhæſit, ac idcirco inter

Digitized by Google

36 Quos quæsita diu animæ substantia turbat,
Tractantes semper, nec definire valentes;
Unde Platonis amant de anima describere librum,
Qui præter titulum nil certi continet intus.

Z 3 · 40 Sunt

inter Socraticos refertur à Laertio in Prolegom. Quia verò τὴν ἀρχαίαν Ἀκαδημίαν συστησάμενος *veterem Academiam instituit, Sectæ novæ* fundamenta jecit. Hinc Platonicorum secta. Proprie tamen ii vocabantur Academici. Laertius in Platonis vita: Ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸ πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν. ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ παρ' αὐτοῦ αἵρεσις. *Sepultus est in Academia, ubi plurimum temporis philosophatus fuerat, unde & quæ ab eo fluxit secta Academica est appellata.* Augustinus de Civ. Dei cap. 12. lib. 8. *Cum Speusippus sororis Platonis filius, & Xenocrates in scholam ejus, quæ Academia vocabatur, eidem successissent, ob hoc & ipsi, & eorum successores Academici appellabantur. Recentiores tamen Philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici Peripateticos, aut Academicos, seu Platonicos.*

V. 35. *Incerti dogma.* Prudentius in Apotheosi:
Consule barbati deliramenta Platonis,
Consule & hircosos Cynicos, quos somniat, & quos
Texit Aristoteles tortâ vertigine nervos.

V. 36. *Diu animæ.* Versus aliquantum laborat. Scriberem:
Quos animæ quæsita diu substantia turbat.

V. 39. *Qui præter titulum.* Egregius utique, celeberrimusque Platonis est liber, ubi *de animæ immortalitate* quæstionem habet; Sed si cum Christianorum assertis, certissimisque nostræ Fidei documentis componatur, *nil certi continet intus.* Homini Ethnico, & longè à vera Religione posito magnum fuit sapientiæ portentum, non irridendam omnino de ejusdem animæ perennitate proferre sententiam, in qua tamen quot errores erraverit, non est meum hic investigare, sed monere tantummodo, ibi in incertum pleraque ferri. Theodoritus scriptor eruditissimus Serm. 5. contra Græcos hanc Platonis sententiam acutissime examinat, ac nutantem sæpissime deprehendit. Addit porro: Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος Πλάτων περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς παμπόλλους λόγους διεξελθὼν οὐδ' Ἀριστοτέλη τὸν φοιτητὴν ἔπεισε τόνδε στέρξαι τὸν ὅρον. Ita vertit Acciajolus: *At Plato quidem sapientissimus, qui complures sermones de immortalitate animæ disseruit, ne Aristoteli quidem auditori suo persuasit eam positionem.*

Sunt etiam Physici naturæ nomine dicti,
Quos antiqua juvat, rudis, atque incondita vita.
Namque unus baculum quondam, & vas fictile portans,
Utile quod solum, solumque putarat habendum,
Illud ut auxilii, atque hoc esset causa bibendi,
Cum stare agricolam, manibusque haurire supinis
Potandas vidisset aquas, vas fictile fregit,
Quo procul abjecto removenda superflua dixit.
Rusticus hunc docuit quod spernere posset & istud.
Hi neque vina bibunt, nec victu panis aluntur,

Nec

V. 40. ***Sunt etiam Physici.*** φύσις Græcè, Latine dicitur ***natura.*** Hinc Physici, seu naturales Philosophi. Laertius in Prooem. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς περὶ φύσιν πραγματείας φυσικοὶ προσηγορεύθησαν. *Et alii, quod de natura rerum scripsere, Physici sunt appellati.*

V. 42. ***Namque unus baculum.*** Laertius in Vita Diogenis: θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέῤῥιψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην. *Intuitus Diogenes aliquando puerum cava bibentem manu, cotylum pera productum abjecit.* Hoc Diogeni universa scriptorum cohors adjudicat, ac Seneca potissimum Ep. 90., & S. Hieronym. adversf. Jovinian. lib. 2., qui Paulino concordes, non puerum, ut Laertius habet, sed rusticum Diogeni magistrum fuisse consentiunt. Quum vero Antisthenis Cynicorum antesignani auditor iste fuerit, ac Cynicam Philosophiam sectatus Cynici supra omnes cognomentum meruerit, utique miror, cur Paulinus Cynicos à Physicis aperte distinguens, cuidam postea è Physicis hoc Diogenis factum adscribat. Neque reponatur, veteres tripartitam coluisse Philosophiam, ac propterea Physicam, quæ pars è tribus erat, Cynicis etiam competere; siquidem Cynici hanc Philosophiæ partem aversabantur, ac uni Ethicæ operam dabant. Sunt Laertii verba in Menedemo: Ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς (Κυνικοῖς) τὸν λογικὸν καὶ τὸν φυσικὸν τόπον περιαιρεῖν, μόνῳ δὲ προσέχειν τῷ ἠθικῷ. *Placet ergo illis* (Cynicis) *Logicam ac Naturalem Philosophiam tollere, ac uni Ethicæ animum intendere.* Quæ vero Paulinus addit, omnino Cynicis, non Physicis conveniunt.

V. 49. ***Hi neque vina bibunt.*** Expresse de Cynicis id Laertius tradidit in Menedemi Cynici vita: ἔνιοί τε γοῦν, καὶ βοτάναις, καὶ παντάπασιν ὕδατι χρῶνται. *Plerique etiam herbis, & aqua frigida utuntur.* Et de Diogene

Digitized by Google

Nec lecto recubant, nec frigora vestibus arcent,
Ingratique Deo, quod præstitit ille, recusant.
Quid dicam diversa sacra? Et Dis, atque Deabus
Condita templa loquar? Quæ sint Capitolia primum
His Deus, uxorque Dei, ipsamque sororem

Esse

Diogene in ejus vita sic ait: ἐν οἴκῳ τε ἐδίδασκε διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους, καὶ ὕδωρ πίνοντας. *Domi etiam ministrare docebat cibo levi, ac vili contentos, & aqua.*

V. 50. *Nec lecto recubant.* Celebre Diogenis Cynici dolium etiamnum habetur, in quo Philosophus ille noctu diuque recubabat. Hunc alii Cynici imitati. Cresollius in Mystagog. lib. 4. cap. 20. sect. 3. de his ait: *Inanissima gloria causa Cynici dormiebant in herbaceis toris, aut nuda humo, ut ea vita duritate, & fucata patientia omnium in se oculos converterent.* Pallio itaque substrato incubare etiam isti solebant, quod innuit Martial. lib. 4. Epigr. 52. de Cynico agens:

Quem nudi tegit uxor abolla grabati.

Abolla autem pallium erat.

V. 50. *Nec frigora.* Iis tantum vestibus caruere Cynici, quæ frigori arcendo inserviunt; tunica enim destituti solo utebantur pallio. S. Cyprianus in his *exerti, ac seminudi pectoris inverecundam jactantiam* arguit. Vide Augustin. lib. 14. de Civ. Dei cap. 20.

V. 51. *Ingratique Deo.* Recte Seneca lib. de Brev. vitæ cap. 14. Cynicos ait *naturam hominis excedere.* Tot corporis ab his Philosophis, quæsita incommoda superbiæ potius, quam veræ sapientiæ miracula fuere. Diogenes fastum Platonis se aliquando calcare profitebatur, cui Plato: *At fastu alio.* Tatianus Assyrius in elegantissima oratione adversus Græcos supra his consulatur.

V. 53. *Quæ sint Capitolia.* Mutila hic, & absque interpunctione (qua totus Codex MS. caret) non facile enucleanda oratio occurrit. Adderem tamen binum *est*, ac ita distinguerem:

- - - Quæ sint Capitolia? Primum
His Deus est, uxorque Dei est, ipsamque sororem
Esse volunt &c.

V. 54. *Ipsamque sororem.* Virgilius hic à Paulino memoratus Æneid. lib. 1. Sic Junonem de se loquentem inducit:

Ast

Esse volunt, quam Vergilius notat auctor eorum
Dicendo: Et soror, & conjux. Plus de Jove fertur,
Et natam stuprasse suam, fratrique dedisse,

Utque

Ast ego quæ Divum incedo Regina, Jovisque
Et soror & conjux - - -

Greg. Nazianz. Orat. 1. in Julian. ἥρα ἡ μεγάλου Διὸς ἀδελφὴ, καὶ ὁμόζυγος. *Juno magni Jovis soror, & conjux.* Hanc Ethnicis impudentiam exprobrat Augustin. lib. 4. cap. 10. de Civ. Dei. Minutius quoque: *Deos colitis incastos cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos.*

V. 55. *Vergilius.* Ita Codex. Politianus Miscell. Ep. 2. cap. 77. & lib. 5. Ep. 3. apertis testimoniis evincit *Vergilium*, non *Virgilium* esse scribendum. Ita marmora plura, ita vetustissimi libri ferunt. Cæl. Rhodig. lib. 7. Antiqu. lect. cap. 4., & Manut. in Orthogr. aliis exemplis prolatis contrariam tuentur sententiam. Horum rationes apud Dausquium in Orthogr. recolendæ, apud quem *Virgilius* rectius sonat.

V. 57. *Natam stuprasse.* Non hic aliam intelligi quam Proserpinam Jovis è Cerere filiam fatebuntur omnes, quum ista Plutonis deinde fuerit mancipata conjugio. Verum quis illam à Jove stupratam affirmavit? Eusebius Cæsar. lib. 2. de Præp. Evang. hæc habet: Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ κόρη, μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὑτωσὶ Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, μετὰ τὴν μητέρα Δηὼ, ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους, καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος. Hoc est: *Ceres peperit, educatur filia, huic Proserpinæ filiæ à se genitæ rursus Jupiter post matrem Cererem immiscetur prioris oblitus sceleris, ac Draconis forma suscepta illam comprimit.* Hæc autem iisdem pene verbis Eusebius è Clemente Alexandr. in monit. ad Gent. hausit, cui Arnobium adversf. Gent. lib. 5. fusè rem hanc tractantem addere potes. Hinc lucem accipiet Ovidii locus 6. Metamor. Inquit is Jovis adulteria recensens:

Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, variusque Deoida serpens.

Deois hic Proserpina est Cereris ex Jove filia, Græce enim Δηὼ ἀπὸ τοῦ δήω, hoc est *invenio* dicitur Ceres, & inde Patronymicum nomen Deoidis Proserpinæ communicatum. Orpheus (seu quis alius sit Auctor) ex hoc nefando concubitu Liberum genitum ait, cui adstipulatur Diodorus Sic. lib. 3. Bibl. Hist.

Utque alias caperet, propriam variasse figuram,
Nunc serpens, nunc taurus erat, nunc cignus, & arbos,
Seque immutando, qualis fuit, indicat ipse,
Plus aliena sibi quam propria forma placebat.
Turpius his aquilam finxit, puerique nefandos

Venit

V. 59. *Nunc serpens.* *Serpentis* figuram induit Jupiter, quum Proserpinæ, ut nuper vidimus, se miscuit; *Tauri*, quum Europam asportavit; *Cycni*, quum Ledam fefellit; ac denique *arboris* (nisi forte *aurum* pro *arbos* hic legendum sit,) quum in aliam quandam fæminam nefandus adulter procubuit. Hæc & alia Ovidius exprimit lib. 6. Metam.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis,
Addidit ut Satyri celatus imagine pulcra
Jupiter implerit gemino Nycteida fetu,
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit,
Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynem pastor, variusque Deoida serpens.

Venuste etiam Græcus quidam duobus hisce carminibus lusit:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Fuit Jupiter cycnus, taurus, satyrus, aurum: propter amorem Ledæ, Europæ, Antiopes, Danaes. Hanc Jovis procaciam ridet Nazianzen. in Orat. 1. advers. Julian. τὰ πάντα γίνεται δι' ἀσέλγειαν, καὶ ἀκαθαρσίαν ὁ Ζεύς &c. *Quidvis efficitur Jupiter ob impuritatem, ac libidinem.* Plura pete ex Arnobio, Lactantio, Clemente, aliisque vetustissimis Patribus.

V. 26. *Turpius his aquilam.* Per aquilam Ganymedem rapuit Jupiter. De hoc Virgil. lib. 5. Æneid.

\- - - *Quem prapes ab Ida*
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

Quidam tamen ipsum Jovem in aquilam conversum hujus rapinæ auctorem faciunt. Est Græcum carmen:

Ἀιετὸς ὁ Ζεὺς ἦλθεν ἐπ' ἀντίθεον Γανυμήδην.

Jupiter aquila factus volavit ad pulcrum Ganymedem. Ovidius quoque lib. 10. Metam.

Rex superum Phrygii quondam Ganymedis amore
Arsit & inventum est aliquid, quod Jupiter esse,

 Quam

Venit in amplexus. Quid dicit turba colentum?
Aut neget esse Jovem, aut fateatur dedecus istud.
Nomen habet certe, quod nec ratione probetur.
Sacra Jovi faciunt, & *Iupiter Optime* dicunt,

Huncque

Quam quod erat, mallet. Nullo tamen alite verti
Dignatur, nisi qua portat sua fulmina terra.

Est hæc Paulini nostri mens isto in loco.

V. 64. *Aut neget esse Jovem.* S. Augustinus Martyr in Apolog. prima, quæ hactenus habita secunda, sic loquitur: ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα, καὶ γεννήτορα πάντων, καὶ αὐτοὺς Δία, πατροφόντην, καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἔρωτί τε κακῶν, καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον, ἐπὶ Γανυμήδην, καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν. *Absit enim à casta mente hac de Diis cogitatio, videlicet ipsum eorum ducem, & patrem omnium secundum eos Jovem, parricidam, & patre tali genitum, & præ amoris impotentia à pravis, fædisque voluptatibus victum ad Ganymedem, compluresque alias adulteriis imminutas fœminas venisse.* Lactantius Ganymedis raptu memorato subdit: *Hæc qui fecit viderimus an maximus, certe optimus non est.* Plura in hanc rem Augustin. lib. 7. cap. 9. de Civ. Dei, & Arnob. lib. 3. adversus Gentes.

V. 65. *Nomen habet certe.* Quum tot sint Jovis flagitia, utpote qui stupris familias exagitet, & sæpe Jovem Ethnici sine causa inimicum habeant, nomen Jovis huic Deo non competere ait, seu, ut opinatur Lactantius Div. Inst. lib. 1. cap. 11. *Jovem, Junonemque à juvando esse dictos Cicero interpretatur, & Jupiter quasi juvans pater dicitur, quod nomen in Deum minime congruit, quia juvare hominis est, opis aliquid conferentis in eum, qui sit alienus, & exigui beneficii.* Tum demonstrare pergit, quam parum Summo DEO conveniat vocabulum istud.

V. 66. *Et Jupiter Optime.* Plinius in Paneg. *Parens*, ait, *hominum Deorumque Optimi prius, deinde Maximi nomine colitur.* Erat cognomen hoc præcipuum Jovis, illudque apud veteres Scriptores sæpissime occurrit. Nostram ad rem faciunt Lactantius lib. 1. Inst. Div. cap. 10. ubi inquit: *Quid horum omnium pater Jupiter, qui in Solemni precatione Optimus, & Maximus nominatur?* Et infra: *Hæc qui fecit viderimus an maximus, certe optimus non est.* Arnobius quoque lib. 1. adversus Gent. *Cum à vobis & Jupiter Optimus, & Maximus habeatur.*

67 Huncque rogant, & *Iane pater* primo ordine ponunt.
Rex fuit hic Janus, proprio qui nomine fecit
Janiculum, prudens homo, qui cum multa futura

V. 67. *Jane pater.* Veteres, ut docet Brissonius de Formul. lib. 1. à Jano precationis auspicabantur. Martial. lib. 10. Epigr. 28. de hoc numine agens:

Annorum, nitidique sator pulcherrime mundi,
Publica quem primum vota precesque canunt.

Aur. Victor in Brev. Hist. Rom. *In sacris omnibus primum locum Jano detulerunt usque eo, ut etiam quum aliis Diis sacrificium fit, dato thure in altaria, Janus prior nominetur, cognomento quoque addito, Pater.* Paulus Festi abbreviator in verbo Chaos: *Unde Janus detracta aspiratione nominatur, ideo quod fuerit omnium primus, cui primo supplicabatur.* Arnob. lib. 3. de ipso agens: *Atque ita per vos Dei nomen creditur, quem in cunctis anteponitis precibus.* Hinc. Ovid. lib. 10. Fast.

- - - *Cur quamvis aliorum numina placem*
Jane tibi primum thura merumque fero?

Consulantur Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9., Horat. Ep. 16. lib. 1., Servius in VII. Æneid. &c.

V. 69. *Janiculum.* Cyprianus lib. de Idol. vanit. de Saturno agens: *Hunc fugatum*, ait, *hospitio Janus excepit, de cujus nomine Janiculum dictum est.* Solin. Polyhist. cap. 2. Arnob. lib. 1. & Augustin. lib. 7. de Civ. Dei cap. 4. idem asserunt. Sed & Virgil. lib. 8.

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem,
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Minutius: *Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocare maluit Latium, & urbem Saturniam de suo nomine, & Janiculum Janus ad memoriam uterque posteritati reliquerunt.* Miror Dionysium Halicarnass. tam accuratum alioqui Romanarum antiquitatum Scriptorem scriptis prodidisse à Romulo Æneæ filio, Ascaniique & Remi fratre conditam Αἰνείαν πόλιν, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὴν ὕστερον, κληθεῖσαν Ἰανίκλον, hoc est: *Urbem Æneam à patre denominatam, quæ postea Janiculum appellata fuit.*

V. 69. *Qui cum multa futura.* Est & hæc aliorum opinio asserentium ideo bifrontem Janum fingi, quia præterita respexerit, ac futura prævideret. Ovidius tamen lib. 1. Fast., Macrob. lib. 1. Saturn., Augustin

Poſſet reſpicere, hunc duplici pinxere figura,
Et Janum geminum veteres dixere Latini.
Hic quia navigio Auſonias advenit ad oras,
Nummus huic primum tali eſt excuſus honore,
Ut pars una caput, pars ſcalperet altera navem.

Cujus

lib. 7. de Civ. Dei cap. 8. aliique diverſas excogitarunt rationes, quas recolere volenti ad manum erunt eorum volumina. Macrobius vero lib. citato, & potiſſimum cap. 7. Paulino adſtipulatur.

V. 71. *Janum geminum.* Numa omnium primus Janum Geminum dedicavit. Vellejus lib. 2. ita illum vocat: *Certa pacis argumentum Janus Geminus clauſus dedit.* Plin. lib. 34. cap. 7. *Praterea Janus Geminus à Numa Rege dicatus.* Idem cap. 2. lib. 33. *Nota aris fuit ex altera parte Janus Geminus, ex altera roſtrum navis.* Ad hoc reſpiciunt ſequentia Paulini carmina. Vide quoque Varronem lib. 4. de Lingua Latina, Sueton. in Neron. cap. 14., & Macrob. cap. 9. lib. 1. Saturn.

V. 73. *Nummus huic.* Plutarchus in Quæſt. Rom. hac de re ſcribit: Διὰ τί τὸ παλαιὸν νόμισμα πῆ μὲν εἶχεν Ἰανοῦ διπρόσωπον εἰκόνα, πῆ δὲ πλοίου πρύμναν, ἢ πρῶραν ἐγκεχαραγμένην; πότερον (ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν) ἐπὶ τιμῇ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν; *Cur antiquum numiſma ab una parte Jani bifrontis imaginem, ab altera navis aut proram, aut puppim inſculptam habet? An, quæ vulgata opinio eſt, in honorem hoc fit Saturni navigio in Italiam advecti?* Ipſe quidem Plutarchus hanc rationem haud omnino probandam ait, ſed huic acquievere probatiſſimi Auctores. Ovid. Faſt. lib. 1. cum Jano colloquens ita canit:

- - - Sed cur navalis in are
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?

Janus reſpondet:

Cauſa ratis ſupereſt: Tuſcum rate venit in amnem,
Ante pererrato falcifer orbe Deus.
At bona poſteritas puppem formavit in are
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Verum enim vero ab aliis diſſidere videtur Paulinus, quum ipſi Jano adventum in Italiam tribuit, quod alii ad Saturnum referunt. Athenæus Deipnoſoph. l. 15. non Italiæ ſolum, ſed & Græciæ in uſu fuiſſe aſſerit hujusmodi nummos; ait enim τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ τὰς

κτ

Cujus nunc memores quæcumque nomiſmata ſignant
Ex veteri facto *capita hac, & navia* dicunt.

De

κατὰ τὴν Ἰταλίαν, Σικελίαν, ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν, ἢ στέφανον, ἢ πλοῖον. *Civitates in Græcia multas, in Italia, Siciliaque monetam cudere impreſſam bicipiti facie, & ex altera parte vel rate, vel corona, vel navigio.* Similes nummi viſuntur etiamnum apud antiquitatis amatores, & præſertim apud Clariſſ. Virum S. R. I. Com. Franciſcum Mediobarbum Biragum, qui ampliſſimum in re nummaria theſaurum poſſidebat, præteritisque annis laudatiſſimum emiſit opus de Numiſm. Imper. quo Occonem mirabiliter auxit. Sed heu infortunium noſtrum. Ereptus è vivis eſt hoc anno (A. 1697.) vir iſte doctiſſimus, magnumque ſui deſiderium viris eruditis reliquit.

V. 75. *Nomiſmata. Numiſma*, & *nomiſma* dicitur. Primum apud Horatium occurrit lib. 2. Ep. 1. & Martial. lib. 1. Epigr. 40. Alterum in antiquis Gloſſis, & apud Auctores præſtantiſſimos. Certe melius Græcæ Orthographiæ accommodatur, quæ Νόμισμα habet.

V. 76. *Capita hac & navia.* Eſt ludus apud Italos pucrulos, quem vocant: *giocare à teſta, ò arma*, aut *à teſta, o Croce*, & apud Gallos *jouer à croix, ou pile.* Ille ipſe eſt, qui apud antiquos. Accipe auctoritatem. Aur. Victor (ſeu quis alius ille auctor ſit,) in lib. de Orig. gent. Rom. *Iſtum etiam*, inquit, *uſum ſignandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ Janus oſtendiſſe traditur, in qua ab una parte caput ejus imprimeretur, altera navis, qua vectus ille erat.* En ut Auctor iſte in Jani adventu Paulino concordat. Subdit: *Unde aleatores poſito nummo, opertoque optionem conluſoribus ponunt enunciandi, quid putent ſubeſſe, caput, aut navem, quod nunc vulgo: corrumpentes nauiandi dicunt.* Tu vocem hanc *naviandi* corrige, & *navia* repone. His conſonat Macrobiùs lib. 1. cap. 7. Saturn. *Cum primus Janus æra ſignaret, ſervavit & in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat adductus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur. Æs ita fuiſſe ſignatum hodieque intelligitur in alea luſu, cum pueri denarios in ſublime jactantes capita, aut naviam, luſu teſte vetuſtatis, exclamant.* Andreas Schottus hic integre legi *naviam*, non *navim* ex 4. MS. Pithæorum ait; ſed mihi potius *navia*, aut *navium* legere placeret, id verſus Pauliniani metro inconcuſſe docente. Certe Jo. Iſac. Pontanus in edit. Macrob. Anni 1597. *navia* legit.

Digitized by Google

De Jove quid ſperant, qui eſt à Rege ſecundus,
Quique ſacrificiis apponitur ore precantum?
Hic habet & matrem captam paſtoris amore,
Nam prior eſt paſtor, quam Jupiter, aut Jovis ipſe;

Sed

V. 77. ***A Rege ſecundus.*** Ante Jovem filium Saturnus regnavit. Expulſus dein filio reliquit Regni aut cœleſtis, aut terreni habenas. Lactantius lib. 1. cap. 11. Div. Inſt. ***Video alium Deum Regem fuiſſe primis temporibus, alium conſequentibus. Poteſt ergo fieri, ut alius ſit poteſta futurus. Atqui Divinum Imperium, aut ſemper immutabile eſt, aut ſi eſt mutabile, quod fieri non poteſt, ſemper utique mutabile eſt.*** Hinc Saturnia Regna: ac ætas aurea Saturni Imperio adſcribitur.

V. 78. ***Quique ſacrificiis.*** Quod ſuperius innuerat repetit, nempe Ethnicorum precationes, votaque à Jani invocatione inchoari, deinde ad Jovem verti, quod ſane Numinum maximum, omniumque Rectorem nunquam decebat.

V. 79. ***Hic habet & matrem.*** Atym paſtorem deperiit Rhea, ſeu Cybele Jovis genitrix. Ille impudicæ nolens auſcultare Deæ eſt eviratus. De hoc Ovid. lib. 4. Faſt.

Phryx puer in ſylvis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto junxit amore Deam &c.

Hoc Deæ facinus Ethnicis exprobrat Minutius in Octav. ***Cybeles Dyndima pudet dicere, quæ adulterum ſuum infeliciter placitum, quoniam & ipſa deformis, & vetula, ut multorum Deorum mater, ad ſtuprum illicere non poterat, exſecuit, ut Deum ſcilicet faceret Eunuchum.*** Auguſtinus lib. 6. cap. 7. de Civ. Dei: ***Sacra ſunt Matris Deûm, ubi Atys pulcher adoleſcens ab ea dilectus, & muliebri zelo abſciſſus etiam hominum abſciſſorum, quos Gallos vocant, infelicitate deploratur.***

V. 80. ***Nam prior eſt paſtor.*** Tantis ambagibus, ac diſcordiis Gentilium Theologia conſtat, ut ſe per illam extricare nemo facile poſſit. Euſeb. Cæſ. lib. 2. cap. 4. de Præp. ubi de Phrygum Theologia differit, Cybelem ante Deorum connubia Atydis amore correptam ait. Verum quot capita tot ſententiæ.

V. 80. ***Aut Jovis ipſe. Jovis*** in recto caſu recte dicitur. Priſciano teſtante, apud veteres ***Jovis*** ſolum dicebatur à ***Juvando,*** adjectoque altero vocabulo dictus eſt ***Jupiter,*** quaſi ***Jovis pater,*** ſeu ut melius arbitratur Lactantius,

Digitized by Google

Sed melius paſtor caſtum ſervare pudorem
Qui voluit, ſprevitque Deam, cui ſæva viriles
Abſcidit partes, ne quando tangeret ille
Alterius thalamum, qui noluit ejus adire.
Hoc tamen hoc egit ſententia juſta Deorum,
Ne fieret conjux, qui non eſt factus adulter,
Nunc quoque ſemiviri myſteria turpia plangunt,
Nec deſunt homines, quos hæc contagia vertant,
Intus & arcanum quiddam quaſi majus adorant,

Idque

ctantius, ***Juvans pater.*** Jovis in recto caſu effertur apud Hyginum in Lib. Fabul., Nonnium Marcellum, aliosq;, quos conſulere potes. Quidam ſeveriſſimus cenſor Gallus Natalis Alex. libros quatuor ***de Symbolo ad Catechum.*** Auguſtino abjudicat, quippe quod illi ſtylus ab Auguſtiniano, imo à Grammaticorum dogmatis abhorrere videtur. Inter exempla hoc profert: ***Illic fingitur, quod idem Jovis Junonem habeat ſororem, & conjugem,*** & nomen ***Jovis*** in nominandi caſu uſurpatum ſugillat; Verum decipitur, quum hujuſce nominis uſus apud graviſſimos auctores obvius fiat, ac propterea Auguſtinum non dedeceat. Nos iſtis contenti ad alia pergimus.

V. 81. ***Sed melius.*** Magis ne placeret: ***ſed melior?***

V. 87. ***Sed Semiviri.*** Hi ſunt Galli Matris Deum Sacerdotes, quibus virilia in Atydis evirati memoriam amputabantur. Lactantius lib. 1. cap. 17. ***Deûm mater, & amavit formoſum adoleſcentem, & eumdem cum pellice deprehenſum exſectis virilibus ſemivirum reddidit. Et ideo nunc Sacra ejus à Gallis Sacerdotibus celebrantur.*** Minutius Cybeles impuritate detecta ſubdit: ***Propter hanc fabulam Galli eam, & ſemiviri ſui corporis ſupplicio colunt. Hæc jam non ſunt Sacra; tormenta ſunt.*** Vide Juvenal. Sat. 2. ipſumque Paulinum Natali XI.

V. 88. ***Nec deſunt homines.*** Totus eſt Auguſtinus lib. 6. de Civ. Dei, & alibi in confutanda hac Ethnicorum vanitate, ac ſubterfugio. Hi famulas aniles internis ſcatere myſteriis, ibique Philologicas veritates latere paſſim objiciebant; ſed ſuiſmet illi rationibus confundebantur: ***Deinde,*** ait cap. 8. S. Doctor, ***ſi iſta Sacra, quæ ſcenicis turpitudinibus convincuntur eſſe fœdiora, hinc excuſantur, atque purgantur, quod habent interpretationes ſuas: cur non etiam poëtica ſimiliter excuſantur, atque purgantur?*** &c. Greg. Nazianzenus in Orat. 1. adverſ. Julian. enumeratis quibuſdam Gentilium

Digitized by Google

Idque vocant Sanctum, quo si velit ire pudicus
Iste prophanus erit. Sic artior ipse Sacerdos
Fæmineos vitat coitus, patiturque viriles.
O mens cæca virûm? De Sacris semper eorum
Scena movet risus, nec ab hoc errore recedunt.
Saturnum perhibent Jovis esse patrem, huncque vorasse
Natos ante suos, & mox è ventre nefandas
Evomuisse dapes, sed postea conjugis arte
Pro Jove suppositum mersisse in viscera saxum,
Quod nisi fecisset, consumptus Jupiter esset,
Huncque Cronon dicunt, ficteque Chronon, quia tempus

Quæ

tilium superstitionibus hæc subdit: *ταῦτα ἐπεισκυκλείσθω τοῖς θαυμαστοῖς τῆς θεολογίας ἀκροαταῖς, εἶτ' ἐπινοείσθω τούτοις ἀλληγορήματα, καὶ τερατεύματα, καὶ τῶν προκειμένων ἐκπίπτων ὁ λόγος εἰς βάραθρα χωρείτω, καὶ κρημνοὺς θεωρίας οὐκ ἐχούσης τὸ στάσιμον. Hæc eximiis, & admirandis divinitatis auditoribus inculcentur, posteaque his allegoriæ, ac portentosæ interpretationes excogitentur, atque à propositis rebus aberrans oratio in barathra feratur, & præcipitia contemplationis nihil solidum habentis.*

V. 92. *Patiturque viriles.* Deesse versum hic suspicor, sensus enim in ancipiti manet. Certe vox *abscindi* penitus hic necessaria, ut sit sensus: *patiturque viriles abscindi partes.*

V. 94. *Scena movet risus.* Jul. Firmicus de error. profan. Relig. cap. 13. hæc luculenter habet: *O facinerosa cupiditatis triste solatium! O hominum deflenda persuasio! Scenam de Cælo fecistis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis.* & infra: *ad theatrum potius templa transferte, ut in scenis Religionum istarum secreta tradantur, & ut nihil prætermittat impietas, histriones facite Sacerdotes.* Mitto Augustinum Ep. 5. ad Marcellin. & lib. 7. cap. 26. de Civ. Dei, & Tertullianum in Apologet. cap. 15.

V. 95. *Saturnum.* Rem fuse narrat Hesiodus in Theogonia, Natalis Com. in Mythologia lib. 2. & reliqui Ethnicæ Theologiæ eruditionem scriptis prosequuti.

V. 100. *Huncque Chronon.* Scribendum fuerat *Cronon*, Græce enim Saturnus est Κρόνος. At quia tempus significare dicitur, χρόνος quoque appellatur. De hoc Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 22. Dionys. Halicarn. lib. 1.

Quæ creat absumit, rursusque absumpta promittit.
Cur tamen oblique nomen pro tempore fingunt?
Hunc etiam, quod sæpe sibi de prole timebat,
Ab Jove dejectum cælo latuisse per agros
Italiæ, Latiumque ideo tunc esse vocatum.
Magnus uterque Deus! Terris est abditus alter,
Alter non potuit terrarum scire latebras.
Hinc Latiare malum prisci statuere Quirites,
Ut mactatus homo nomen satiaret inane.

Quæ

lib. 1. Antiqu., Cicero de Nat. Deor. lib. 2., aliique agunt. Arnobius tamen hanc denominationem mimime probat lib. 3. adverſ. Gentes: *Nam si tempus*, ait, *significatur hoc nomine, Græcorum ut interpretes autumant, ut quod Chronos est, habeatur Cronos, nullum est Saturnium numen. Quis enim est tam demens, qui tempus esse dicat Deum?* &c.

V. 101. *Quæ creat, absumit.* Latinum reddidit eleganter Orphei, seu Onomacriti versum de Saturno, in ejus Hymno:

Ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα, καὶ αὔξεις ἔμπαλιν αὐτός.
Omnia qui profers, consumis & omnia rursus.

Pro voce *promittit* legerem *remittit.*

V. 105. *Latiumque ideo.* Virgilius Æneid. lib. 8. de Saturno agens:

- - - *Latiumque vocari*
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

V. 108. *Latiare malum.* Crudelissimum hoc erat Ethnicismi piaculum. Jovi, quem Latiarem appellabant, humana immolabatur hostia. Tertullianus in Apolog. cap. 9. rem prodit: *Ecce in illa religiosissima Urbe Æneadarum piorum est Jupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine.* Locum illustrat egregie Cerda. Minutius: *Hodieque à Romanis Latiaris Jupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur:* & alibi: *Cum Latiaris cruore perfunditur.* Porphyrius lib. 2. περὶ ἀποχ. ἐμψ. Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; *Quin & nostro ævo quis nescit in magna Urbe Jovis Latiaris festo immolari hominem?* Prudent. lib. 1. in Symmachum:

Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

Quæ nox est animi? quæ sunt improvida corda?
Quod colitur nihil est, & Sacra cruenta geruntur.
Quid quod & Invictum spelæa sub atra recondunt,

Quæque

S. Athanas. in Orat. contra Gent. *καὶ οἱ πάλαι δὲ Ῥωμαῖοι τὸν καλούμενον Λατιάριον Δία ἀνθρωποθυσίαις ἐθρήσκευον. Prisci quoque Latini Iovem Latiarem victimis humanis sunt venerati.* Tatianus contra Græcos: *εὑρὼν δὲ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον. Item apud Romanos Latiarem Iovem humano cruore, & sanguine per homicidia fuso placari.* Dionys. Halic. lib. 4. Antiq. Rom. Sacra hæc Jovi Latiari facta commemorat, neque tamen victimæ hujus meminit. Hinc disce, melius *Iovem Latiarem*, quam *Latialem* dici, quod quidam negant.

V. 112. *Et invictum.* Quum hosce duos versus Clariss. viro, doctissimoque Equiti, Prospero Mandosio communicassem, ut arcanam eruditionem mihi reseraret, rescripsit ille sibi, ac Illustrissimo Ciampino admodum sententiam probari Abb. Philippi Bonarotæ viri eruditissimi, cujus in scientia numismatum antiquorum peritiam brevi mirabimur; Hic enim agi de Sacrificiis Mithræ asserebat, quæ maximam apud Ethnicos famam sibi conciliarunt. Ego igitur, quum per viros tantos profecerim, rem paucis attingam, & præclaram explicabo eruditionem. A Persis omnium maxime Solis cultus usurpabatur. Hunc *Mithram* vocabant, additumque illi *Invicti* cognomen. Plura apud Gruterum p. 33. & seq. & apud Reinesium marmora occurrunt *Deo Invicto, Deo Invicto Mithra*, SOLI MITHRÆ, SOLI INVICTO, & SOLI INVICTO MITHRÆ posita. Jul. Firmicus de Err. Prof. Relig. cap. 5. Jovem in duas dividi potestates, quarum unam (hoc est virilem) Mithram dici asserit. Herodotus lib. 1. de Persis loquens: *θύουσι δὲ οὐρανίῃ Ἀφροδίτῃ, ἣν καλέουσι Μίθραν. Sacrificant vero cælesti Veneri, quam vocant Mithram.* Nicetas ad Stelitevt. Nazianz. *Τὸν Μίθραν οἱ μὲν τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὸν κεφρὸν τοῦ πυρὸς, ἄλλοι ἰδικήν τινα δύναμιν ὑπολαμβάνουσι. Mithram alii Solem, alii renem ignis, nonnulli peculiarem quandam potestatem esse volunt.* Itaque quum non Solem tantum, sed quid aliud per Mithram significari videam, facile Gruterianam Inscriptionem p. 22. num. 12. explicabo. Ita se habet illa: D. I. M. ET. SOLI. SOCIO. SAC. hoc est, *Deo Invicto Mithra, & Soli Socio sacrum.* Pro Mithra hic aliud Numen intelligendum est à Sole diversum, non ipsemet

Sol

Digitized by Google

Quæque tegunt tenebris, audent hunc dicere Solem?
Quis colat occulte lucem, fidusque supernum,

Sol *tamquam alienigena*, uti parum recte opinatur Reinesius ad Inscript. 48. Cl. 1. Legitur quoque in priscis Inscriptionibus NANNÆ. SEBECIO. DEO. MITHRÆ. quæ verba omnia ad Solem Mithram referenda censet I. Cæs. Bulengerus c. 4. lib. 1. de lic. & vet. Magia. Ego tamen tribus Diis dicatum marmor puto, ut NANNA sit *Dianæ Nanneæ* nomen, de qua Lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 1. Machab. Hieronymus, & Josephus meminere; SEBECIUS pro *Iove Sabazio* intelligatur, de quo Orpheus, seu Onomacritus in Hymno

κλῦθι πάτερ, Κρόνου υἱὲ, Σαβάζιε κύδιμε δαῖμον.
Audi pater, Saturni fili, Sabazie inclyte Deorum.

Neque enim scio, qua auctoritate Bacchum etiam *Sabazium* dixerit Heinsius in Arist. Sacr. Sed hæc satis superque.

V. 112. *Spelæa.* Græcum est verbum σπήλαιον, quod Latine spelunca dicitur; sed Græcum nomen & aures Ausoniæ toleravere. Virgilius Eclog. 10.

Certum est in sylvis inter spelæa ferarum &c.

Claudianus de bello Get.

- - - - *metuenda ferarum*
Spelæa - - -

Mithræ Sacrificia secretissimis in antris peracta. Religioso silentio apud ejus cultores illic accepta mysteria servabantur. Quin ex iis sacris initiari volentes multis cruciatibus probationem subibant. Hinc Suidas in verb. *Mithra* ait: οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διά τινων βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξει ἑαυτὸν ὅσιον, καὶ ἀπαθῆ. *Nullus autem potest initiari, nisi per quosdam suppliciorum gradus se sanctum, & perturbationum immunem ostenderit.* Hoc idem confirmant Nazianz. Orat. 3. Lamprid. in Commodo, ac Tertull. cap. 15. de Cor. Mil. Sunt hujus verba: *Erubescite Romani commilitones ejus non jam ab ipso judicandi, sed ab aliquo Mithræ milite, qui cum initiatur in Spelæo &c.* S. Justin. Martyr in Dialog. cum Tryphone Mithræ Sacra peragi bis ait ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ, *in loco, qui apud illos spelæum, seu specus vocatur.* Vide Hieron. in Ep. ad Lætam. Reines. Cl. 1. n. 48. Inscript. Bulenger. lib. 1. cap. 4. de lic. & vet. Mag. Selden. de Diis Syris Synt. 1. cap. 6. Salmas. ad Hist. Aug. fol. 349. 382. &c.

Celet in Infernis nisi rerum causa malarum?
Quid quod & Isiacum sistrumque, caputque caninum
Non magis abscondunt, sed per loca publica ponunt?
Nescio quid certe quærunt, gaudentque repertum,
Rursus & amittunt, quod rursus quærere possint.

Quis

V. 113. *Quaque tegunt.* Scribendum potius videtur *quemque tegunt tenebris.* Nihilo secius placet sensus.

V. 115. *Celet, Celo* pro *lateo* inusitatum verbum. Tegendi tantum, atque occultandi significatione usurpatum invenio. Me tamen monuit eruditissimus vir Michael Maddius clarissimi viri Car. M. Maddii dignissimum germen, apud Plautum in Bacch. Act. 3. scen. 2. legi:

Ut ut eris, moneo, non celabis.

Et à Scholiaste Lambino ita explicari: *non falles, non latebis.* Certe si pronomen *te* hic subintelligendum contendis, & ego in Paulini versu pronomen *se* subintelligam. Si cui placeret emendare, legerem:

Celet in Infernis ni se borum causa malorum.

Sane in Cod. MS. non *malarum*, sed *malorum* est scriptum.

V. 116. *Isiacum.* In sacris Isidis sistra quatiebantur, & Anubidis caput caninum exponebatur. Lucan. lib. 8. rem complectitur utramque:

Semideosque canes, & sistra jubentia luctum.

Ausonius ad Paulinum nostrum scribens Epist. 25.

Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus.

Anubis porro Cynocephalus etiam dicebatur, nomine ejus formam exprimente. Athanasius orat. contra Græc. ὁ παρ' Αἰγυπτίοις Κυνοκέφαλος Ἄνουβις. *Apud Ægyptios canina facie Anubis.* Ovid. Metam. lib. 9.

- - - *Cum qua latrator Anubis*
Sistraque erant, numquamque satis quæsitus Osiris.

De sistris consule Laurent. Pignor. in Mensa Isiac. & egregiam dissertationem Benedicti Bacchini eruditissimi, & Clariss. viri.

V. 118. *Nescio quid.* Locum Minutii expressit Paulinus. Inquit ille: *Mox invento parvulo gaudet Isis, exultant Sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur, nec desinunt annis omnibus vel perdere, quod inveniunt, vel invenire quod perdant.* Jul. Firmicus cap. 2. *Nihil hic invenis, nisi quod iterum aut quæras, aut lugeas.* Ipse Paulinus Nat. XI.

- - - *Nam quid, rogo, cæcius illis;*
Qui non amissum quærunt, nusquamque manentem
Inveniunt? - - -

Digitized by Google

Quis ferat hoc sapiens, illos quasi claudere Solem,
Hos proferre palam propriorum monstra Deorum?
Quid Serapis meruit, qui sic laceratur ab ipsis
Per varios turpesque locos? Hic denique semper
Fit ferâ, fitque canis, fit turpe cadaver aselli,
Nunc homo, nunc panis, nunc corpore languidus ægro.
Talia dum faciunt, nihil hunc sentire fatentur.
Quid loquar & Vestam, quam se negat ipse Sacerdos
Scire quid est? imisque tamen penetralibus intus
Semper inextinctus servari fingitur ignis.
Cur Dea, non Deus est? Cur ignis fœmina fertur?

Ista

V. 122. *Quid Serapis meruit.* Hic aquam hærere mihi lubenter fateor. Alicujus Festi diei meminit Paulinus, quo Serapis multas inducere figuras cogebatur; At hujus vestigia nusquam reperio. Certe Macrobius, & Plutarchus in lib. de Osid. & Osir. nulla alia effictum forma Serapidem faciunt quam humana. *πανταχῦ ἀνθρωπόμορφον Ὀσίριδος ἄγαλμα, ubique simulacrum Osiridis humana specie ostenditur.* Ab eruditioribus itaque expectanda solutio.

V. 127. *Quid loquar & Vestam.* Vestam esse ipsam terram sunt quidam arbitrati, alii domorum omnium servatricem, alii etiam per illam purum ætheris ignem significari opinabantur. Hinc Orpheus illam non Siculas habitare regiones, sed in æthere morantem ajebat:

Ἑστία εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ βασίλεια,
Ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου.
Vesta potentis Saturni filia Regina,
Quæ mediam regionem ætheris magni, ignisque habitas.

Alii alia, ut mirum non sit, si Sacerdotibus ejus ignotum quoque quid illa sit, noster affirmet.

V. 130. *Cur ignis fœmina.* Vidisti supra ex Orpheo Vestam pro igne sumi, addo nunc Ovid. lib. 6. Fast.

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam;

Et tamen is ante dixerat:

Vesta eadem est & Terra - -

Augustin. lib. 4. cap. 10. de Civ. Dei ita fatur: *Eandem terram Cererem, eandem etiam Vestam volunt, cum tamen sæpius Vestam nonnisi ignem esse perhibeant,*

Ista quidem mulier, ficut commendat Hyginus,
Stamine prima novo vestem contexuit olim,
Nomine de proprio dictam, quam tradidit ipsa
Vulcano, qui tunc illi monstrarat opertos
Custodire focos. Hic rursum munere lætus
Obtulit hanc Soli, per quem deprehenderat ante
Martis adulterium. Nunc omnis credula turba
Suspendunt Soli per Vulcanalia vestes;

Utque

bibeant, quod idem repetit lib. 7. cap. 16. Vide Ciceronem de Nat. Deor. & in 2. de Leg. Diodorum, aliosque. Miratur igitur, ridetque Paulinus, cur ignis fæmina dicatur.

V. 131. *Hyginus.* Augusti libertus fuit Jul. Hyginus, ac Ovidii familiaris. Librum *fabularum* scripsit, qui etiamnum exstat. Verum ibi citatum à Paulino locum nancisci non potui. Scripsit ille prætere libros *Genealogiarum*, & librum de *Penatibus*, quem laudat Macrob. lib. 3. cap. 14. Saturnal. librum *de proprietatibus Deorum*, Macrobio itidem teste lib. 3. cap. 8. & *Confusaneas quæstiones* Fabio, Gellio, ac Diomedi memoratas, quæ nobis omnia temporum voracitas invidet. Ex hisce libris propositam eruditionem procul dubio Paulinus noster hauserat.

V. 138. *Suspendunt Soli.* Vulcanalia festa erant in Vulcani honorem. De his mentio extat in vetustissimis Kalendariis apud Gruter. p. 133. 134. 135. & in alio non dissimili apud Dempster. Rom. Antiqu. in Paralip. ad cap. 4. lib. 4. Peragebantur autem 10. Kal. Septemb. His Columella concordat de Re Rust. lib. 11. cap. 3. *Ceterum*, ait, *Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est.* Meminit etiam Varro de lingua Lat. In usu autem antiquis fuit Idolorum cultoribus vestes falsis suspendere Diis. Aristoph. in Avibus:

- - - - - τίς δὲ θεὸς
Πολιοῦχος ἔσται, τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;

Quis autem Deus urbi præsidebit, cui dividemus vestes? hoc est: Cui Deo vestes suspendemus? Apulejus lib. 6. As. Aur. *Vides dona speciosa, & lacinias auro literatas, ramis arborum, postibusque suffixas.* Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. *In aliis mysteriis traditur mos, ut vestem, in qua quispiam initiatur, templis, & Numinibus dicaret.* Hæc, & alia congerit Pinto Ramirez in Spicileg. Sacr. tract. 1. cap. 2. & 22. §. 15. Verum vestes Soli singulariter

Digitized by Google

Utque notent Venerem, tunc & portatur Adonis,
Stercora tunc mittunt, ipsum pro stercore jactant.
Omnia si quæras, magis & ridenda videntur.

Additur

lariter dedicatas apud neminem invenire potueram, quum eruditissimus Abbas Blanchinus, cujus curæ Em. Othoboni Bibliotheca demandata est, per Clariss. Ciampinum quendam hac de re apud Herodotum extare locum me monuit. Est autem lib. 2. ubi agit de Neco Rege: ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. *In vestitu autem curiosus quum fuisset, illum Apollini dicatum ad Branchidas Milesiorum misit.*

V. 139. *Portatur Adonis.* Erant quidem Adonia apud Gentiles, hoc est Festa Adonidi sacra, de quibus meminit Aristophanes in Pace, & Ovid. Metam. lib. 10. eo versu per Venerem prolato:

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Præsertim vero Alexandriæ, ut asserit Nat. Comes lib. 5. cap. 16. Mythol. Adonidis solemnia fervebant, cujus imago magna cum pompa ferebatur. Sed hic aliud innui tempus patet, quo & Adonidis simulacrum portaretur, nempe in ipsis Vulcanalibus, ait enim: *Tunc & portatur Adonis.* Celebris est Veneris, & hujus pueri fabula.

V. 140. *Stercora tunc mittunt.* Fimo Dii Gentium dehonestari solebant. Doctissimus Abbas Blanchinus Othobonianæ Bibliothecæ Præfectus per Cl. virum Jo. Ciampinum Orphei, seu Onomacriti versum de ritu simili, ut animadverterem monuit. Habetur ille apud Nazianz. in Stelitevt. 1. adversus Julianum:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμμένε κόπρῳ.
Jupiter gloriosissime, Deûm maxime, delibute stercore.

Seldenus de Diis Syris Synt. 2. cap. 5. hunc eumdem recitat versum, sed ad *Iovem Stercoreum* non magis attinere censet illud εἰλυμμένος κόπρῳ, quam Virgilii de Jove verba:

- - - Totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Quasi utrobique Jupiter arcanis naturæ involutis dicatur. Verum nil rei Latina carmina cum Græcis habent, & κόπρος ille, quo delibutus dicitur Jupiter, hujusmodi ab explicatione abhorret. Dii Stercorei fuere præterea, ac, ut ibidem notat idem Seldenus, *Beelzebul* sonat *Dominus Stercoreus,*

Additur hic aliud: Vestæ quas Virgines ajunt
Quinquennes epulas audis portare Draconi,
Qui tamen aut non est, aut si est, diabolus ipse est
Humani generis contrarius antea suasor.
Et venerantur eum, qui nunc in nomine Christi
Et tremit, & pendet, suaque omnia facta fatetur.
Quæ mens est hominum, ut pro veris falsa loquantur,
Qui linquenda colunt, contraque colenda reliquunt?

Jam

coreus, & Rabbi Abraham Benkattun versum 33. cap. 23. Exodi ita explicat: *Non sines apud te habitare, qui colunt Deos peregrinos vel stercoreos.* Sed cur Adonis stercora patiebatur? Causam invenisse mihi videor. Nonnulli Adonidem semen tritici esse statuerunt, inter quos Theocriti Scholiastes ita loquutus est: ὁ Ἄδωνις, ἤγουν ὁ σῖτος, ὁ σπειρόμενος ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆς σπορᾶς &c. *Adonis, videlicet frumentum satum sex menses humi sub satione degit.* Tam bene igitur Adonidi stercora aptantur, quam tritico. Quia vero inter Vulcanum, Venerisque amasios inimicitiæ intercedebant, hinc Adonis male habitus, quum Vulcani Sacra peragebantur. Has ego propiores causas arbitror, cur adeo turpia ille in Vulcanalibus subire cogeretur.

V. 143. *Quinquennes epulas.* Quum mihi horum carminum germana explicatio lateret, monuit me Johannes Ciampinus V. C. & maximum Urbis decus, solutionem à Lipsio petendam cap. 10. de Vesta, & Vestal. Hunc quidem Auctorem ante consulueram, sed incurioso effugerat hæc eruditio. Inquit autem is: *In ambage, vel nube est, quod in Sylvestri Actis quibusdam legitur: Draconis eum ora clausisse, & perpetuo ergastulo mancipasse, cui Kalendis singulis à Virginibus Vestæ suppeditari solita sunt alimenta. Nam quis veterum tale aliquid? eoque sperni, aut abjici à magnis viris, ut falsa video. Me cunctante an non Tertullianus huc adspexerit ad Uxor. cap. 6. hisce verbis: Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia pœnæ suæ cum ipso Dracone curantes de Virginitate censentur.* Hæc Lipsius. Tu vero sodes intuere quantum ponderis hisce omnibus à Paulino accedat. Quomodo vero *quinquennes epulas* vocet, fateor me nondum percepisse. Habetur quidem in Codice nostro scriptum *quinquennis*, at neque metrum, neque sensus hanc lectionem patiuntur, scriptumque pro *quinquenneis*.

V. 149. *Qui linquenda.* Similis locus Minutiano: *Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?*

Jam ſat erit nobis vanos narrare timores.
Hæc ego cuncta prius, clarum cum lumen adeptus,
Meque diu incertum, & tot tempeſtatibus actum
Sancta ſalutari ſuſcepit Ecleſia portu,
Poſtque vagos fluctus tranquilla ſede locavit,
Ut mihi jam liceat, deterſa nube malorum,
Tempore promiſſo lucem ſperare ſerenam.
Jam prior illa ſalus, quam perdidit immemor Adam,
Tunc vero ſuadente malo, nunc remige Chriſto,
Eruta de ſcopulis ſemper manſura reſurget.
Rector enim noſter ſic undique cuncta gubernat,
Ut modo qui nobis errorem mentis ademit,
Hic meliore via Paradiſi limina pandat
Felix noſtra Fides uni, certoque dicata,
Unus enim Deus eſt, ſubſtantia Filius una,
Unus in utroque eſt unus vigor, una poteſtas.
Namque Dei Verbum Patrio de pectore Chriſtus
Emicuit, ſemperque fuit, qui non quaſi natus,
Ore ſed egreſſus, Chaos illud inane removit,
Et tulit informem contextæ noctis hiatum,

Diſtri-

V. 151. *Ego cuncta prius.* Hic verſum unum, pluresve deeſſe nemo diffitebitur; quippe verba priora in incerto manent, ſimilemque ſenſum, ut compleantur, requirunt: *Hac ego cuncta prius dubia mente voluebam, & probare neſciebam, clarum cum lumen adeptus ſum* &c.

V. 153. *Ecleſia.* Ita effert alibi Paulinus hoc nomen metri gratia. In Epithal.

Grande Sacramentum, quo nubit Ecleſia Chriſto.
Hic vos nectat amor, quo ſtringit Ecleſia Chriſtum.

In Nat. IV. quoque & alibi. Ita etiam uſurpavit Anonymus lib. 2. contra Marcionem iis carminibus, quæ Tertulliano adſcribuntur:

Sic & Apoſtolico decurrit Ecleſia verbo.

V. 161. *Ut modo.* Tempus deſignat, quo hæc ſcriptis mandabat, nempe Annum 395. ſe enim Nolam nuper contulerat Paulinus, ut ibi religioſo pioque vivendi inſtituto daret operam. Vide quæ diſſerui in Præf. ad hoc Poëma.

Digitized by Google

Diſtribuitque locis mare, terras, aëra, cœlum.
Hisque dedit geminam pulſa caligine lucem.
Aſt ubi cuncta novum ſtupuerunt ſurgere Solem,
Quatuor hæc hauſit variis exordia rebus.
Sunt homines terris, ſunt addita ſidera cœlo,
Aëre pendet avis, liquido natat æquore piſcis.
Sic elementa ſuis decoravit ſingula formis,
Nexuit hæc diverſa licet, diſcretaque junxit,
Junctaque diſcrevit, quæ nunc diviſa cohærent.
Claudit enim Oceanus terram, mare clauditur, ipſe
Axe ſub æthereo medius concluditur aër.
Hoc etiam cœlum, quod nos ſublime videmus,
Sex aliis infra eſt ſpatio ſurgentibus æquo,
Poſtque thronos ſeptem, poſt tot cœleſtia regna
Cætera pars omnis, quæ cunctis eminet ultra,

Quæ

176. *Sic elementa.* Vix erit quisquam, cui nova non videatur Paulini ſententia. En aperte *mare, terras, aëra, cœlum* elementorum nomine diſtinguit, neque hilum de igne cogitat. Res pulchra, & diſquiſitione digna. Conſulat itaque Lector Diſſertationem XX. quam idcirco poſui, ut ſingularem eruditionis hujus partem elucidatam facerem.

V. 180. *Medius concluditur aër.* Abſit, ut imaginariam illam ignis ſphæram, quam Ariſtoteles, ejusque ſectatores lepide excogitarunt, ac etiamnum probant, Paulinus noſter admiſerit. Hinc aërem non à commentitiis illis flammis, ſed ab æthere, cœlove concluſum affirmat.

V. 183. *Poſtque thronos ſeptem.* Non ſeptem tantum, ſed novem ſub Empyreo conſtitutos fuiſſe cœlos omnino fatendum. Septem ex iis errantia ſidera tenent, ut habet verſiculus:

Cynthia, Mercurius, Venus, & Sol, Mars, Jove, Satur.

Octavum à fixis ſideribus occupatur; nonum verò primum Mobile eſt, cui, ſuccedit Empyreum. Nihilominus ſeptem cœlos ante Empyreum extare diſerte Paulinus ſentit. Qua ratione quæris? Poëtica facultate reſpondeo; ſiquidem apud Poëtas in octavo cœlo, videlicet in ſidereo cœlo, Dei ſummi domicilium ſtatuitur. Virgil. lib. 10. Æneid.

Conciliumque vocat Divum pater, atque hominum Rex
Sideream in ſedem

Sidon.

Quæ ſuper excedit, quæ paſſim tendit in altum,
Quæ ſine fine patet, quam nec mens colligit ulla,
Lucis inacceſſæ domus eſt, ſedesque potentis
Sancta Dei, unde procul quæ fecit ſubdita cernit.
Omnia ſic conſtant, dum Spiritus omnia cingit.
Hæc eadem, quorum nobis conceditur uſus,
Quæ polus inferior magna complectitur Urbe,

Sidon. Apollin. in Panegyr. Aviti de Deorum Concilio:

Ipſa pavimentum ſunt ſidera, jam Pater aureo
Tranquillus ſeſe ſolio locat - - -

Euripides in Jone Διὸς πολύαστρον ἕδος, *Jovis pavimentum multiſidereum*, appellat, cui adde Chryſoſt. Orat. 2. de Dei nat. aliosque. Fuit hæc quoque veterum Chriſtianorum ſententia. *De Cœlorum diverſitate* Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus imaginariam hæreſim recenſet cap. 46. aitque: *Sive ergo ſex Cœlos ſecundum David; & ſeptimum hoc firmamentum accipere quis voluerit, non errat, nam Salomon tres cœlos dicit, ita cœlum, & cœlum cœli. Paulus aque Apoſtolus usque ad tertium cœlum ſe raptum fatetur. Sive ergo ſeptem quis acceperit, ut David, ſive tres, ſive duos, non errat.*

V. 188. *Unde procul.* Virgilium imitatur ita lib. 10. Æneid. canentem:

Conciliumque vocat Divum Pater, atque hominum Rex
Sideream in ſedem, terras unde arduus omnes
Caſtraque Dardanidum ſpectat - - -

Liceat quoque Italicorum vatum Principem hîc audire lib. 1. Hieroſolymæ Liberatæ.

Quando dall' alto ſoglio il Padre eterno,
Ch' è nella parte più del Ciel ſincera,
Gli occhj in giù volſe, e in un ſol punto, e in una
Viſta mirò ciò ch' in ſe 'l mondo aduna.

V. 191. *Complectitur Urbe.* Romani Imperii fines eosdem ac orbis terrarum Poëtæ ſtatuerunt. Rutil. in Itiner. eleganter:

Dumque offers victis proprii conſortia juris
Urbem feciſti, qui prius orbis erat.

Scholiaſt. in Dionyſ. de ſitu orb. ὥσπερ δὲ πόλις τοῖς αὐτῆς ὁρίοις, καὶ χώραις δεῖ, τοῦ ἤδε ἡ πόλις τῆς ἁπάσης οἰκουμένης, ὥσπερ αὐτῆς χώρας ἄστυ κοινὸν ἀποδεδειγμένη. *Quod autem eſt ſuis finibus, & regionibus urbs aliqua, hoc*

Cuncta licet distent, una cum pace tenentur,
Denique nomen habent unum, sunt omnia mundus.
Hunc etiam Græci cosmon dixere priores;
Hinc ita compositum distinguens utraque lingua
Cosmon ab ornatu, mundum de lumine dixit.
Nam quo Sol nitet, hoc totum sordebat in umbra,
Et manet exemplum, quotiens nox omnia fœdat,
Et docet ex tenebris, quæ sit data gratia lucis.
Tot bona qui fecit, qui sic operatus ubique est,
Hic Deus est de corde Dei, hic Spiritus oris,
Sancti sermo Patris, tantarum fabrica rerum.

Nec

Roma est totius orbis provinciis, quasi commune totius habitabilis terræ oppidum. Hinc Roma Claudiano dicitur *quæ fundit in omnes Imperium;* sic Plin. cap. 5. lib. 35. Romam esse *unam cunctarum gentium in toto orbe patriam* dixit. Plura pete à Bulengero de Imp. Rom. lib. 2. cap. 5.

V. 195. *Hinc ita.* Arrideret: *Hunc ita.*

V. 196. *Cosmon ab ornatu.* Κόσμος Græcis est ornamentum. Ab hac significatione mundi, qui Græcis Κόσμος dicitur, nomen derivatum censet Paulinus, quia revera est mundus venusta ornamentorum series. Alii ἀπὸ κόσμου, qui est *ordo*, seu *modus*, nominis hujus etymologiam deducunt, quum mundus rerum simul nexarum, atque ordinatarum verè sit status. Tertullianus adversus Marcion. lib. 1. poëtæ nostro subscribit: *Ut ergo*, ait, *aliquid de isto hujus mundi indigno loquar, cui & apud Græcos ornamenti, & cultus, non sordium nomen est.*

V. 196. *Mundum de lumine.* Honor. Augustod. lib. de Imag. Mundi cap. 1. Isidor. lib. 3. Orig. cap. 28. & 13. cap. 1. *Mundum* quasi *movendum, quia in perpetuo sit motu*, dictum putant. Sed rectius Varro, Cicero, Plinius, Paullus I. C. & alii, *à munditiè* appellatum volunt. Huic Etymologiæ Paulinus accedit, dum *à lumine mundum* dici ait.

V. 201. *Hic Deus est.* Hoc est Divinum verbum, Deique Filius, per quem ut supra cecinit, *omnia facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est.* In MS. dicitur: *Hic Deus de corde.* Apposui verbum *est.* Adhuc tamen claudicat versus, possum alterum *est* adjicere: *Hic est Spiritus oris.*

V. 202. *Fabrica rerum. Fabrica* pro *officina* proprie usurpari docuit Sipontinus. Ita forte capiendum hîc nomen istud. Meâ tamen sententiâ aut error in Codicem irrepsit, aut carmen aliquod abest.

Digitized by Google

Nec se Paganus laudet, si vitat Idola,
Ac satis esse putat, quod Numine credat in uno.
Quid colet ille Deum, qui Verbum non colit ejus?
Qui non Virtutem simili veneratur honore?
Quique invisibilem, incomprensibilemque fatetur
Esse Deum, hic etiam Christum si cogitet idem
Inveniet, quoniam Verbum comprendere nemo,
Nemo videre potest, opera ejus sola videntur.
In Patre Natus enim, in Nato Pater omnia fecit,
Et quidquid virtute dedit, pietate tuetur.
Sic fuit, est, & erit verus Salvator in ævum,
Qui tulit errores, qui fecit vera videri,
Placatoque Patri pereuntem reddidit orbem.
Nec mirum, si cuncta regit, qui cuncta creavit,
Qui dedit ex nihilo totum, lucemque tenebris
Prætulit, atque diem jussit succedere nocti,
Quodque in carne fuit, carnis peccata remittit;
Cernit enim fragilem faciles incurrere lapsus,
Corripiensque tamen veniam dabit omnibus unam,
(Remque novam dicam, nec me dixisse pigebit,)
Plusque pius quam justus erit. Si denique justus
Esse velit, nullus fugiet sine crimine pœnam;
Justus enim mala condemnat, pius omnia donat.
Hoc facit, ut rata sint venturæ munera vitæ,
Et quod culpa tulit, rursum indulgentia reddat,
Quæ si non fuerint plebi concessa roganti,
Tunc prope nullus erit delicto liber ab omni.

V. 203. *Nec se Paganus.* De hoc nomine plura pete à magno Annalium parente Baronio in Martyrol. ad diem 31. Januar. Gothofredo ad lib. 6. C. Th. tit. 10. de Paganis &c. aliisque Scriptoribus. Seculo Christi quarto nomen hoc Gentilibus aptari cœpit, quum iidem ab urbibus pulsi in *Pagis*, agrisque profanam adhuc Religionem exercerent.

V. 203. *Si vitat.* In MS. legebatur: *Si qui idola vitat.* Emendavi.

V. 204. *Numine.* Ita scribere placuit pro *nomine,* quemadmodum habet MS.

V. 213. *Versus Salvator.* Illud *versus* mihi parum arridet. Fortasse *verus* scribendum est.

Qui poſſit meritus promiſſa luce potiri?
Tangere tunc lætis Cœlorum Regna libebit,
Tunc poterit mors ipſa mori, quum tempore toto
Vita perennis erit, quia tunc in Sede beata
Nullus peccandi locus eſt, ubi nulla cupido eſt.
Gloria tanta manet populo ſervata Fideli.
Amplius hoc tribuit, majus dedit hoc quoque munus,
Quod peccatorem, quem pœnitet, antea lapſum
Non facit in numero turbæ peccantis haberi;
Quippe ſatis pœna eſt, cum ſit ſua culpa dolori;
Supplicium proprium timor eſt, tormenta reatus
Tum veluti patitur, qui ſe meruiſſe fatetur.
Quid poterit melius, vel quid moderatius eſſe?
Judicat, inquirit, caſtigat, parcit, honorat,
Omnia qui vincit, nec ab ipſa vincitur ira.
Quod de præſenti jam cernimus eſſe futurum;
Nam cum ſæpe minax horrentia nubila cogit,
Et terrore pio rutilo nimis igne coruſcat,
Triſtibus & pluviis, & nubibus intonat atris,
Omne genus timet interitum, ſed vita poteſtas
Deſinet, & pariter Cœlum menteſque ſerenat.
Hoc quoque tunc ſperare jubet, qui ſe modo cuncta
Perdere poſſe probat, ſi perdere velle recuſat.
Sic iteranda ſalus venturo oſtenditur ævo,
Æternique Dei pietas æterna manebit.

V. 249. *Vita poteſtas.* Errorem aliis tollendum relinquo. (fortaſſe legendum *victa* poteſtas deſinit.)

CAPUT V.

Scriptores Latini Veteres, qui ad ætatem noſtram pervenerunt Religionis aſſertores.

I.

NOn obſcurum eſt in *Ciceronis* ſcriptis Philoſophicis etſi Academicorum ſubinde ſecuti dubitationes, multa reperiri, quæ varia naturalis religionis capita confirmant egregie, atque Ethnicas ſuperſtitiones refellunt. In libris certe *de Legibus* & in iis, quos *de Officiis* ſcripſit, hoc

hoc agit inprimis, ut diligenter doceat, esse quandam non scriptam, sed natam nobiscum legem, per quam vi rationis divinitus datæ homo concilietur homini, & ad virtutem honestatemque sectandam impellatur. In libris de finibus summum bonum hominis non in voluptate corporis, sed in virtute & honestate quærendum contendit. In libro *de fato* mentem hominis voluntate libera spoliari non patitur. In libris *de natura Deorum* & *de divinatione* uti alienus est ab Atheorum Epicureorumque impietate, ita constanter & libere superstitiones gentium ridet ac refellit, adeo ut non defuerint teste Arnobio lib. 3. p. 103. 104. qui judicarent *oportere statui per Senatum* Rom. *aboleantur ut hæc scripta, quibus Christiana Religio* (quatenus Idolorum cultui illa adversa est,) *comprobetur, ut vetustatis* (Ethnicorum Oraculorum) *opprimatur auctoritas*. De sapientia & bonitate Divina ex operibus, quæ videmus, intelligenda & hominum exposita usibus pulcherrime disserit *lib. 2. de natura Deor.* c. 37. ad 66. Idem Providentia mundum regi ac Divino consilio probat *lib. 1. de inventione* c. 34. neque animos interire cum corpore sed esse immortales, *lib. 1. Tuscul. quæst.* c. 39. seq.

II. Ciceroni *Senecam* Philosophum adjungere operæ pretium est, ex cujus scriptis non modo præclara ad virtutem colendam argumenta, & constantiæ adminicula licet repetere, sed etiam legitur liber ejus, *quare bonis viris multa mala accidant, cum sit Providentia*, ad Lucilium Epicureum. Erunt etiam, qui optabunt ad nos pervenisse aliud ejus scriptum *de superstitione*, Tertulliano c. 12. Apologetici & Lactantio atque Augustino memoratum. Sed jam multa ante sæcula videtur illud intercidisse. Ac jam præstat nos, ad Christianorum lucubrationes, quæ exstant pro religione Latine consignatæ, diligentius recensendas, missis Ethnicis accedere.

III. Antiquissimus eorum TERTULLIANUS magno animo nec minori ingenio aut eruditione Christianum dogma adversus Ethnicos defendit, & errores eorum superstitionem & iniquitatem acute & fortiter exagitavit variis scriptis. Faciunt huc ejus

1. *Apologeticus adversus Gentes*, scriptus, ut videtur Carthagine, ad Proconsulem Africæ ac Præsides Provinciarum, post Albinum à Severo A. C. 197. devictum, cum Christiani variis modis vexarentur, ante quam edictis publicatis * Severus A. C. 202. Christianos persequi inciperet: ut probatum nuper Rev. D. Jo. Laurentio Mosheim in disquisitione. Chronologico Critica de vera ætate Apologetici Tertullianei, quæ Lugd. Bat. 1720. 8. primum & deinde auctior Helmst. 1724. 4. lucem vidit. Cum Codices

* Vide Josephum Mariam Svaresium p. 6. seq. ad areum L. Septimii Severi, Rom. 1676. fol.

Digitized by Google

Codices subinde (Fuldensis præcipue) varient, bis à Tertulliano publicatum non dubitat, qui novissime collatum cum MSS. & prioribus editionibus insigniter illustravit vir eruditiss. Sigebertus Havercampius, p. 292. b. 313. a. 409. b. & 439. Græce versum olim legit Eusebius, ut notatum Stephano le Moyne notis ad varia sacra p. 140. Cæterum hic Apologeticus, antequam Tertulliani opera A. 1521. Basileæ Beatus Rhenarus vulgaret, sæpius lucem vidit ad calcem antiquiorum Lactantii editionum, ut Venetiis 1509. fol. Paris. 1509. 4. & apud Aldum 1515. 8,

Francisci Zephyri paraphrasis Apologetici exstat in editione operum Tertulliani Paris. 1566. 8.

Gallice vertit *Lud. Giry* Paris. 1636. 12. 1646. 12. & novissime accuratiore cura *Vassoultus*, additis notis: Paris. 1714. 4. (Journal des Savans 1714. Sept. p. 291.)

Cum *Gallica* versione Lud. Girii, præmisso compendio diss. Petri Allixii de Tertulliani vita & scriptis, recusus est Amst. 1701. 12. (Nouvelles de la Rep. des lettres 1701. p. 40.)

Hispanica versio *Petri Maneri*, Cæsaraugustæ 1644. 4.

Anglice vertit Josephus Betty, Oxon. 1722. 8. cum Theophilo Antiocheno.

Cum *Desiderii Heraldi* Commentario & libro digressionum, adjuncto Minucio Felice prodiit Latine Paris. 1613. 4. Nonnulla in sua Apologetici editione emendat idem Heraldus p. 602. animadversionum de jure Attico adversus Salmasium.

Cum erudito *Sigeberti Haverkampii* commentario denique recusus hic Tertulliani liber Lugd. Bat. 1718. 8.

V. C. Christoph. Augusti Heumanni emendationes ad primora duo capita leguntur in ejus poecile T. 1. p. 27. & 197. seqq.

Codicem MS. Bibl. Gothanæ laudat Rev. D. Sal. Ernestus Cypriani in Catalogo Codd. MSS. illius Bibl. p. 9.

2. *Ad nationes libri duo* licet cum Apologetico multa eadem complectuntur, atque pro alia editione Apologetici habentur à viris quibusdam doctis, ut Salmasio prolegom. ad Solinum & libro de Cruce p. 340. seq. tamen & ab Hieronymo distinguuntur tanquam duo diversa opera, in Epistola 84. ad Magnum Oratorem: *Quid Tertulliano eruditius? quid acutius? Apologeticus ejus, & contra Gentes libri cunctam seculi obtinent disciplinam.* Atque si ambo scripta inter se conferantur, alia in Apologetico alia in libris ad nationes explicatius tradita reperies. Itaque Petrus Allixius

c. 9. diss. de Tertulliani scriptis p. 80. *Ut libri ad Nationes forma & ratione ab Apologetico differant, probabile sit uno eodemque temporis articulo lucem vidisse, accurante Tertulliano, ut quæ Iudices nosse intererat,* (in Apologetico tradita,) *eadem etiam plebi* (per libros ad Nationes) *non manerent incognita.* Primus ex Codice Agobardi lacunoso hinc inde edidit, notisque illustravit Jacobus Godofredus, Genev. 1625. 4. Codicemque unicum donavit Regiæ Bibliothecæ Paris. Ab eo tempore in Rigaltii etiam & recentioribus Tertulliani editionibus recusi hi libri, emendationibus & notis Rigaltii additis, Godofredi omissis. Unicum habeo, quod notem ad animadversionem Clariss. & acutissimi Viri Jac. Bernhardi, qui in Novellis Reip. litterariæ A. 1701. p. 41. testatus est, se existimare Tertullianum in Apologia sua non prudenter satis, causam Christianorum egisse. Ita enim scribit: *On pourroit ajouter, que, quoi qu'excellente en elle-même, elle ne paroit guéres propre au but que l'Auteur s'y proposoit, qui étoit de faire cesser les persécutions allumées contre les Chrétiens. En effet, il ne suffisoit pas pour cela d'établir la verité de la Religion Chretienne, & de disculper ceux qui en faisoient profession des crimes dont on les chargeoit, il faloit aussi ménager le Magistrat Payen, autant que la conscience le permettoit, & c'est ce que Tertullien ne fait point. Bien loin de là, il insulte par tout la Religion de Souverain, il en fait voir l'absurdité, il tâche de la rendre ridicule, & tout cela étoit d'autant plus capable d'animer la fureur des Payens contre les Chrétiens, que ces premiers ne pouvoient guéres disconvenir de tous les reproches, que leur fait notre Auteur.* Non male judicat vir doctissimus, si οἷοι νῦν εἰσι βροτοί, *quales nunc sunt homines,* ita de Tertulliano etiam & ejus æqualibus sententiam quis tulerit. Sed si idem cogitet primos illos Christianos recenti calentes Christi sanguine & toto illo plenos ac quotidie paratos ad martyrium, aliter de illorum scriptis & melius sentiet: si vero quis effectum etiam & eventus insecutos expenderit, non modo fecisse prudenter, sed melius etiam partibus suis consulere non potuisse fatebitur. Similiter non assentior eidem viro docto & Bælio suspicantibus Apologias hasce non suo nomine ausos publicare vel offerre Tertullianum, Athenagoram, alios. Quid enim timerent, qui mortem in lucro ponebant? Facilius subscribo judicio Viri celeberrimi atque eruditissimi Jacobi Lenfant, qui in iisdem Novellis * A. 1709. p. 479. *Il y a longtems, qu'on a eu lieu de remarquer, que la Religion Chrétienne est une bonne cause, qui de tout tems a été sujette à être aussi mal défenduë, que mal attaquée. Ses premiers Apologistes la soûtinrent mieux par leur zéle, par leur pieté, & par leurs soufrances, que par les Apologies, qu'ils nous en ont laissées.*

* Et in Diario Londinensi, History of the works of the learned. A. 1709. p. 284.

Ce n'est pas qu'à juger de ces Ouvrages par le Siécle où ils ont paru, on ne doive les regarder, non seulement comme des monumens très précieux; mais même comme d'aussi bonnes Piéces qu'on en pût faire alors sur ce sujet. Ces saints Apologistes sortoient doublement d'une mauvaise école, de celle du Paganisme & de celle de Platon. *Ils vivoient dans un Siécle de mauvais gout, où la Déclamation, la Rhétorique & les pointes l'avoient emporté sur le bon sens du Siécle d'*Auguste. *Comme ils entroient dans une Religion, pour ainsi dire, naissante, & persécutée depuis sa naissance, ils manquoient de plusieurs secours, que peuvent fournir le repos & le tems, & qui ne laissent pas d'être fort nécessaires, quelque bonne que soit une cause en elle même, pour la soûtenir avec bonneur.*

3. Fragmentum *de execrandis Gentium Diis*, quod Tertulliano adscriptum vulgavit Josephus Maria Suaresius, postea Episcopus Vasionensis, Rom. 1630. 4. Paris. 1630. 8. Sirmondus & Rigaltius esse ejus non potuerunt sibi persuadere. Vide Sirmondi opera p. 659. seq. & 667.

4. Liber Apologeticus *ad Scapulam*, Africæ Proconsulem sævientem in Christianos, post mortem Severi & fortasse Caracallæ scriptus videtur Scaligero ad Euseb. & Lucæ Holstenio in calce notarum * ad Acta SS. Perpetuæ & Felicitatis. Scapula ille filius fortasse vel nepos Scapulæ Tertulli, ad quem Divorum fratrum & M. Antonini ac Commodi rescripta in Pandectis memorantur. Confer Ægidii Menagii amœnitates Juris c. 31: pag. 187. seq. Egregium est testimonium, quod suffragantibus omnibus historiæ illius temporis monumentis, Christianorum in Principes suos fidei & obsequio c. 2. Tertullianus tribuit: *Nunquam Albiniani, aut Nigriani, vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani: sed iidem ipsi, qui per genios eorum in pridie usque juraverant, qui pro salute eorum hostias & voverant & fecerant, qui Christianos sæpe damnaverant, hostes eorum sunt reperti. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à DEO suo constitui, necesse est, ut & ipsum diligat, & revereatur & honoret & salvum velit cum toto Romano Imperio, quousque sæculum stabit: tamdiu enim stabit.* His geminum est, quod c. 35. Apologetici legitur: *Unde Cassii & Nigri & Albini? Unde qui inter duas lauros obsident Cæsarem? Unde qui faucibus ejus exprimendis palæstricam exercent? Unde qui armati palatium irrumpunt omnibus Stephanis atque Parthenius audaciores? De Romanis, ni fallor: id est de non Christianis.* & lib. 1. ad Nationes c. 17. *Agnoscimus sane Romanam in Cæsares fidem. Nunquam conjuratio erupit: nullus in Senatu vel in palatiis ipsis sanguinis Cæsaris notam fixit: nulla in provinciis affectata majestas.* Atque constat

* In Actis selectis Martyrum Theodorici Ruinarti p. 118. edit. Wetsten.

constat ex eodem Tertulliano c. 37. & c. ult. ad Scapulam & ex aliis testimoniis, quantæ jam tum Christianorum fuerint opes, quanta multitudo. *Quare*, inquit Hugo Grotius, * *Christianis veteribus, qui recentes ab Apostolorum & Apostolicorum virorum disciplina, eorum præscripta & intelligebant melius, & perfectius implebant, summam injuriam fieri puto ab iis, qui quo minus ipsi se defenderent in certissimo mortis periculo, vires putant illis, non animum defuisse.* Plura in eandem sententiam Samuel Petitus in diatriba de jure, Principum edictis, Ecclesiæ quæsito, nec armis adversus temerantes aut antiquantes vindicato, Amst. 1649. 8. & D. Christianus Kortholtus in obtrectatore pagano lib. 3. c. 6. Libellum Tertulliani ad Scapulam cum libro de patientia, Germanice vertit & publici juris fecit D. Abrahamus Hinkelmannus noster, ὁ μακαρίτης. Luneburg. 1682. 12.

5. *De Idololatria* Liber, quam principale crimen generis humani appellat, summum sæculi reatum nulla ratione vel promovendum vel dissimulandum à Christiano. Addere juvabit Tertulliani carmen *ad Senatorem ex Christiana religione ad Idolorum servitutem conversum.*

6. *De resurrectione Carnis* fiducia certa Christianorum. Liber Gallice etiam versus exstat à Ludovico Giry. Paris. 1661. 8. Huic jungendum carmen *de Judicio Domini*, in quo resurrectionis & judicii post hanc vitam futuri veritatem Tertullianus tuetur.

7. *De anima* ejusque immortalitate. Nec non liber *de testimonio animæ* sive de conscientiæ vi in hominibus.

8. *Adversus Judæos* liber scriptus occasione disputationis Christiani cum proselyto Judæo.

9. *Adversus Marcionem*, Cerdonem aliosque, qui DEUM Veteris Testamenti, malorum conditorem, à bono DEO Patre JEsu CHristi diversum docebant, libri V. Cum his jungendi alii libri quinque ejusdem argumenti de unico DEO & concordia Vet. & Nov. Test. scripti carmine, licet Tertulliano eos plerique abjudicant.

10. *Adversus Hermogenem*, qui materiam DEO coæternam statuebat.

11. *Scorpiace* adversus Gnosticos Cainianos martyrium improbantes.

12. *Contra fugam in persecutione*, ad Fabium, quem fratrem appellat.

13. *Liber ad Martyres*, quos ad constantiam hortatur. Hunc libellum *Gallice* post Florimundum Ræmundum vertit Paulus Colomesius, ediditque

* Grotius lib. I. de jure belli & pacis capite quarto, §. VII. 9.

ditque Rupellæ 1673. & *Hispanice* una cum libro ad Scapulam & de patientia, de testimonio animæ &c. Josephus Pellicerius. Barcinone 1639.

14. *Liber de patientia*, qui versus *Germanice* exstat à Luca Majo, Smalcald. 1582. 12. & cum libro ad Martyres, à B. nostro D. Abrahamo Hinckelmanno, Luneb. 1682. 12. *Gallice* ab Hobierio. Paris. 1640. 12.

Analysin scriptorum Tertulliani argumentorumque, quibus utitur, explicationem dabunt præter Rhenanum & Pamelium *Abraham Scultetus* in medulla Patrum, & *Nicolaus le Nourri* in apparatu ad Bibliothecam Patrum T. 2. ne omittam *Lucæ Frid. Reinharti*, Theologi Aldorfini, libellum, qui inscribitur: Primitivæ Ecclesiæ arma victricia, sive præcipua responsa veterum, cum heterodoxorum speciosissimis objectionibus, Altdorf. 1665. 8. ubi exponit Tertulliani argumenta ex libris contra Marcionem, & contra Hermogenem, nec non contra Manichæos duo principia Bonum alterum & alterum Malum docentes & Vetus rejicientes Testamentum, argumenta Cyrilli Hierosol. Titi Bostrensis & Augustini.

Editiones TERTULLIANI.

Tertulliani Opera ex editione *Beati Rhenani*, Seletstadiensis, cum ejus scholiis. * Basil. 1521. fol. In Rhenani argumentis & scholiis expurganda, quæ notet index Romanus, vide Tom. V. Observatt. select. Hallens. p. 314. seq. Rhenanus ad calcem Tertulliani edidit sine nomine auctoris, definitiones Ecclesiasticorum dogmatum, quas deinde *Gennadio* Massiliensi Elmenhorstius vindicavit. Ad Tertullianum ipsum Rhenanus usus est duobus Codicibus MSS. uno Hirsaugiensi & altero Paterniacensi Colmariensis Decani, Jac. Zimmermanni. *Utinam*, inquit, *mihi copia fuisset exemplaris, quod in Gorziensi cœnobio servatur ad tertium milliarium ab urbe Mediomatricum, & item ejus, quod apud Fuldam exstat, vel ejus quod esse Romæ ferunt.* Recusa est Rhenani editio Basil. 1525. 1528. 1539. In primis Rhenani editionibus desiderantur, quos deinde addidit Jo. Gagnæus Theologus Paris. *liber de Trinitate*, *de testimonio animæ*, *de anima*, *de spectaculis*, *de baptismo*, *Scorpiace* contra Gnosticos martyrium adspernantes, *de idololatria*, *de pudicitia*, *de jejunio* adversus Psychicos, *de oratione* & *Epistola de cibis Judaicis*, & qui in omnibus ante Rigaltianis desunt, *libri duo ad Nationes.*

Ex

* Mich. Maittaire T. 2 Annal. typograph. p. 607. Præfationes Rhenani in novis editt. Paris. omissas indignatur Jacobus l'Enfant in antidoto Gallice edito contra reunionem cum Ecclesia Romana. Obiit Rhenanus Argentorati 13. Cal. Jun. 1542. sepultus Seletstadii in Alsatia, ubi visitur epitaphium, quod habes in Actis Erudit. 1718. p. 490.

Digitized by Google

Ex recensione *Sigismundi Gelenii* * Basil. 1550. 1562. fol. apud Froben. & ex recensione posteriore ejusdem Gelenii, qui Britannicum Codicem ex Masburensi cœnobio accepit communicatum ipsi à Jo. Lelando. In illo Codice fuere liber de resurrectione, de præscriptionibus adversus hæreticos, de monogamia, de Trinitate, de testimonio animæ, de anima, de spectaculis, de baptismo, Scorpiace, de idololatria, de pudicitia, de jejunio, de cibis Judaicis ** & de oratione. Elegans hæc & nitida editio Paris. apud Andream Wechelum 1566. 8. duobus voluminibus: integras Rhenani notas singulis libris præmissas exhibet, & apologetico adjunctum, quem supra memorabam, *Francisci Zephyri* Florentini commentarium, sive paraphrasin antea haud editam.

Cum notis *Jacobi Pamelii* Brugensis, † qui opus absolvit Duaci 1579. Prodiit illo anno Antwerp. fol. recusum Paris. 1583. Antwerp. 1584. & apud Commelin. 1609. & Coloniæ 1617. fol. apud Antonium Hierat. & Rothomagi 1662. fol.

Ex recensione *Renati Laurentii de la Barre*, Tertullianus & Arnobius Paris. 1580. fol.

Tertullianus cum notis Rhenani, Pamelii & *Francisci Junii*. Franeck. 1597. fol. Hæc editio cum Josephi Scaligeri castigationibus exstat in Bibl. Leidensi. Vide sis etiam Vossii præf. ad libros de Historicis Latinis. Jac. Gretseri vindicationem quorundam locorum Tertullianeorum &c.

Cum notis Pamelii, emendationibus *Latini Latinii* (editis Romæ A. 1584.) & in librum de pallio notis *Joannis Merceri*. Paris. 1598. fol. 1608. fol.

Scripta Tertulliani pleraque cum argumentis, explicationibus & notis *Joannis Ludovici de la Cerda*. S. I. Paris. 1624. fol. 2. Vol. & Paris. 1641. fol.

Tertullianus redivivus, scholiis & observationibus prolixis illustratus à *Georgio Ambianate* Capuccino. Paris. 1646. 1648. fol. 3. Vol. Negat

* Obiit Gelenius Basileæ A. 1554.

** Libellus *de cibis Judaicis*, Novatiani est, ut infra dicam. Libellum *de Oratione*, nuper integriorem dedit vir laudatissimus Lud. Antonius Muratorius, tomo tertio anecdotorum Latinorum, Patav. 1713. 4. una cum suis & Gvil. Pancirolli notis. Pars antè inedita exstat etiam in memoriis Trevoltinis A. 1719. mense Februario: & in Ephemeridibus litterariis Parisiensibus ejusdem anni mense Decembri, p. 664. edit. Amst.

† Obiit Bruxellis A. 1587. 8. Cal. Octobr. æt. 51.

gat Rigaltius redivivum dici posse, qui sub horrendis vægrandium commentariorum sarcinis obrutus sit & contritus.

Omniloquium Tertullianeum, sive Tertulliani opera à *Carolo Moreau* * Augustiniano Eremita simili mole commentariorum oppressa Paris. 1658. fol. 3. Vol.

Huic Georgio Ambianati & Carolo Morello jungendus *Michaëlis Vivien* Tertullianus prædicans Venet. 1708. 4. sex tomis, de quo opere mentionem faciunt Ephemerides Parisienses (Journal des Savans) 1708. Febr. p. 408.

Libri IX. Tertulliani ex codice ** MSto Agobardi in Bibl. Reg. obvio emendati à † *Nic. Rigaltio* & sine nomine editoris vulgati Paris. typis Rob. Stephani apud viduam Olivarii Varennæi 1628. 8. Libri illi novem sunt: *de oratione*, *ad uxorem* libri duo, *de cultu fœminarum* duo, *de exhortatione castitatis*, *de corona*, *de præscriptione hæreticorum* & liber, cui titulus *Scorpiace*.

Tertulliani opera universa ab eodem *Nic. Rigaltio* accurate recensita illustrataque notis & indicibus atque glossario sermonis Africani. Paris. 1634. fol. & secundis curis 1641. fol. Usus præterea Rigaltius libro Caroli Monchalli Tolosatium Archiepiscopi, qui varias lectiones à Fulvio Ursino ex Vaticano & Fuldensi MSS. collectas repræsentavit. Novas etiam in Tertullianum observationes suas adjunxit Rigaltius notis in Cyprianum, editis Paris. 1649. fol.

Notæ Rhenani, Pamelii, Latinii, cum *Albaspinæi*, †† *Joannis Wowerii* & in librum de pallio, Edm. Richerii, Theod. Marcilii, Jo. Merceri observationibus, ad paginas Rigaltianæ editionis accommodatæ. Paris. 1635. fol. Vide Labbeum Tom. 2. de scriptor. Eccles. p. 387. In hoc volumine notarum

* Calami errore *Cornelius* vocatur in B. Ittigii præfat. ad librum de Bibliothecis Patrum pag. XXV. Recte *Carolum* idem dixerat diss. 2. de hæresiarchis c. 13. §. 24.

** Agobardi ille Codex libros XXIV. complexus fuerat, nempe præter novem illos, etiam *librum* 1. & 2. *ad nationes*, nec non *de testimonio animæ*, *de spectaculis*, *de idololatria*, *de censu animæ*, *de oratione*, *de patientia*, *de velandis virginibus*, *de carne & anima*, *de carne CHristi*: & quæ hodie Tertulliani scripta desideramus, *de spe fidelium*, *de paradiso*, *de animæ submissione* & *de superstitione sæculi*.

† Obiit Rigaltius A. 1654. natus A. 1577.

†† *Albaspinæi* notæ in aliquot Tertulliani libros & loca cum ejus Observationum Ecclesiasticarum libris duobus editæ sunt Paris. 1622. 4. Helmst. 1672. 4. *Wowerii* emendationes epidicticæ, id est, speciminis causa datæ, (male apodicticæ apud Labbeum T. 2. de script. Eccles. p. 387.) viderant lucem Francof. 1612. 8.

tarum ad Tertullianum legitur etiam ejus Apologeticus cum paraphrasi Francisci Zephyri.

Tertullianus cum integris Rigaltii, selectis Pamelii, Cerdæ aliorumque & *Philippi Priorii* notis, ima quavis pagina subjectis, eodem Priorio curante. Paris. 1664. fol.

Nova editio Veneta 1701. fol. cum variorum notis selectis, ad voluminis calcem. Non admodum emendatam esse hanc editionem, notavit Rev. D. Christoph. Matthæus Pfaffius, Cancellarius Tubingensis libro de Originibus juris Ecclesiastici p. 244.

In Gallia nuper Tertullianum nova cura expolitum moliebatur dare Mallinganus, monachus Benedictinus, sed A. 1715. mense Octobri defunctus: in Italia viri docti exspectare jubent ex *Casp. Scioppii* emendatione, cum notis *Guidonis Pancirolli*, quem Pamelii lucubrationibus deterritum, quo minus ipse illas in lucem daret, Possevinus testatur.

Emendationes in Tertullianum Pamelii, ex MS. Vaticano & *Petri Ciacconii* conjecturis, MStæ Mediolani teste Mabillonio, Tom. 1. musei Ital. pag. 210. seq.

III. MINUCIUS FELIX, incertum an Afer patria, certe Romæ, ut ex Hieronymo * discimus, insignis causidicus præter librum de fato ** adversus Mathematicos, qui pridem intercidit, scripsit *Octavium* sive Dialogum Cæcilii Natalis, Cirtensis Ethnici cum Januario Octavio Christiano Ostiæ de religione disputantis. Leguntur quædam eadem in S. Cypriani libro adversus Idolorum vanitatem, quæ non Minucium à Cypriano (ut Franc. Balduino visum) sed Cyprianum mutuatum esse à Minucio, rectius ni fallor, judicabat Rigaltius. Laudant Minucium etiam Lactantius lib. 1. cap. 11. & lib. 5. c. 1. institutionum, & post Hieronymum pluribus locis Eucherius, qui inter clarissimos facundia refert Epistola de contemtu Mundi & sæcularis Philosophiæ ad Valerianum cognatum suum. Minucii dialogus in primis editionibus male pro octavo venditatur Arnobii libro: Minucio auctori eum restituerunt Franciscus Balduinus & apud Hadr. Junium

* Hieron. de S. E. cap. 58. Memorat & ipse Minucius c. 2. judiciarias curas suas, vindemialibus feriis relaxatas.

** Hieron. ibid. & in Epist. ad Magnum Oratorem. Miror Tillemontium, qui de Minucio ejusque dialogo erudite disserens T. 3. memor. Hist. Eccles. p. 167. edit. Paris. addit librum de fato tributum Minucio legi typis exscriptum in quadam Arnobii editione. *On luy a en effet attribué un livre intitulé* du destin, *ou* contre les Mathematiciens, *qui se trouve imprimé dans une edition d'Arnobe.*

nium lib. 3. animadverſorum cap. 1. Antonius Morillonus. Analyſin argumentorum Minucii præter Abrahamum Sculteturn in Patrum medulla T. 1. p. 388. ſeq. & Nicolaum le Nourry T. 2. apparatus ad Bibl. Patrum exhibet B. D. Chriſtianus Kortholtus, in diatriba qua in theſes & aphoriſmos reſolutum Minucium exhibet, Kilon. 1685. 4.

Editiones MINUCII.

Princeps editio eſt Romana cum Arnobio 1542. fol. à *Fauſto Sabeo* Brixiano ad Vaticani codicis fidem facta, quem Leo X. Franciſco I. Regi Galliæ dono dedit. Inde ſecutæ Baſileenſes ex *Sigismundi Gelenii* recenſione 1546. & 1560.

Heidelbergenſis 1560. 8. & Francof. 1610. 8. *Franciſci Balduini*, * Hinc ex *Fulvii Urſini* caſtigatione (Petri Ciacconii ſchedis adjuti) prodiit Rom. 1583. 4. Et cum *Jo. Woweri* eruditis notis Baſil. 1603. 8. addito S. Cypriani libro de vanitate idolorum.

Geverh. Elmenhorſtii, Hanov. 1603. 8. & Hamb. 1612. fol. De ſimultate ſuper Minucio edito Elmenhorſtii ac Wowerii, confer Joſeph. Scaligeri Epiſt. 257. 260. ſqq. Laudat Elmenhorſtium Barthius p. 2916. Adverſar.

Deſiderii Heraldi, Pariſ. 1605. 8. 1613. 4. cum Tertulliani Apologetico & 1615. 4. cum Arnobio.

Omitto editiones in Bibliothecis Patrum, nec non Oxonienſem quam memorat Petrus Antonius Buchardus, Slesvicenſis in diſſ. de Minucio quam theſibus ex ejus libello excerptis & Chreſtomathiæ Minucianæ præmiſit & præſide B. D. Chriſtiano Korholto habuit Kilon. 1685.

Nic. Rigaltii † Pariſ. 1643. 4. & 1645. cum Firmico & 1666. fol. per *Philippum Priorium*, cum Cypriano, Arnobio, Firmico & Commodiano: & cum Cypriano de Idolorum vanitate, & Wowerii Firmico Lugd. Batav. 1645. 12.

Cum notis Variorum curante *Jac. Oiſelio*, Lugd. Batav. 1652. 4. 1672. 8.

Oxoniæ 1678. cum notis Nic. Rigaltii, Giornale di Roma 1679. pag. 137.

Cum notis *Chriſtoph. Cellarii*, Halæ Sax. 1669. 8.

Cum

* Nonnulla in Balduini editione reprehendit Lud. Carrio lib. 2. emendatt. cap. 18.

† Sarravius pag. 69. Epiſt. *Eruditiſſimi Rigaltii Minucius Felix ſub prælo ſudat. Miraberis ex uno MSto Regio tot diverſas editiones prodiiſſe. Vidit tamen ille, quæ cæterorum diligentiam effugerunt. Scilicet ſolus trans vulture.*

Cum notis Rigaltii & selectis Variorum novisque V. C. *Joannis Davies.* Cantabrig. 1707. 8. Bibl. choisie de Mr. le Clerc T. 18. p. 334.

Cum integris Wowerii, Elmenhorstii, Heraldi & Rigaltii notis, aliorumque hinc inde collectis edente *Jac. Gronovio*, qui emendationes & explicationes suas, tum libellum S. Cypriani, qui Minucii vestigiis insistit, de idolorum vanitate & Firmicum de errore profanarum relig. adjecit, Lugd. Bat. 1709. 8. Acta Erud. Tom. 4. supplem. pag. 423. Bibl. choisie T. 18. p. 341.

Denique ex secunda *Jo. Davisii* recensione cum Variorum notis excusus est Cantabrigiæ 1711. 8. addito Commodiano. Memoirs of literature Tom. 1. pag. 353. Mem. de Trevoux 1711. pag. 888. Bibl. choisie T. 24. p. 120.

Gallice Perroto Ablancurtio intreprete Paris. 1646. 12. 1662. 12. & Latinis è regione positis Lips. 1689. 12.

Anglice Lond. 1682. 8.

Belgice per M. Gargonum. Vlissingæ 1712. 8.

Hypercriticus Minucianus *Joannis Meursii* cum Critico ejus Arnobiano prodiit Lugd. Bat. 1598. 8. & in edit. posteriore cum notis Var. Lugd. Bat. 1672. 8.

Minucium ab Erasmo editum, cave credas Dupinio, qui etiam falsus est, quando impingit Minucio, quod animas simul cum corporibus mori docuerit. Longe enim alienum se ab hoc errore fuisse demonstrat cap. 34.

Antiquiorem quam vulgo creditur Minucium extremis Marci Antonini temporibus scripsisse persvasit sibi Henr. Dodwellus III. 16. diss. Cyprianic. Et Blondellus libro Gallice edito de Eucharistia p. 119. Minutium æqualem faciens Frontonis, qui M. Antoninum docuit circa A. C. 160. Salvianum nonnulla Minucii esse imitatum observat Rittershusius. Locum insignem Minutii cap. 21. de veribus sive fulcris, Dianæ simulacro apponi solitis illustravit *Lucas Holstenius* in singulari diss. symbolicæ Dianæ Ephesiæ statuæ à Claudio Menetrejo, cimeliothecæ Barberinæ præfecto expositæ Rom. 1688. fol. Eam Jac. Gronovius in tomo VII. thesauri Græcar. Antiquit. pag. 393. & in sua Minucii editione integram exhibuit pag. 209.

IV. S. Martyris *Thascii Cæcilii* CYPRIANI, Episcopi Carthaginiensis, qui A. C. 258. XVIII. Cal. Octob. CHristum morte pro ipsius

confessione fortiter obita lætus honoravit, octo vel novem scripta præsenti loco memoranda mihi esse video, ut sunt

1) Libellus *ad Donatum*, qui CHristo recens nomen dederat, & quem exemplo suo ad fruitionem gratiæ per fidem proficientis adhortatur.

2) *De idolorum vanitate.* Quod idola Dii non sint: Quod DEUS unus sit, quod per CHristum salus data sit credentibus. Hunc cum Minucio Felice, è quo & ex Tertulliano magnam partem repetitus est, ediderunt illustraruntque Rigaltius, Christophorus Cellarius, & Jacobus Gronovius. De hoc libello Hieronymus Epist. 84. ad Magnum Oratorem: *Cyprianus quod Idola Dii non sint, qua brevitate, qua historiarum omnium scientia, quorum verborum & sensuum splendore perstrinxit?*

3) *Ad Demetrianum* gentilem blasphemum liber, quod Christianis non tribuenda sint sæculi mala.

4) *Testimoniorum adversus Judæos libros III.* ad Quirinum, quem filium charissimum appellat. Hujus operis auctorem esse S. Cyprianum, sine caussa dubitarunt Viri supra laudes Erasmus & ad Josuam pag. 99. Andreas Masius. Cypriano enim tribuitur ab Hieronymo, Augustino, Pelagio, Gennadio & Beda. Vide Joannis Felli notas ad Cyprian. pag. 17. & Georgium Bullum defensione fidei Nicænæ p. 220.

5) *Epistolæ* variæ ad Confessores & Martyres, (ut in laudati Felli editione sexta, decima seqq. duotrigesima &c.) quorum virtutem & constantiam egregiis hortationibus alit & acendit.

6) *De exhortatione Martyrii* liber.

7) *De laude Martyrii* ad Moysen & Maximum Oratio, quam plerique Cypriano abjudicant, tribuunt tamen Pamelius, & qui in Bibl. Concionatoria recudendam curavit Combefisius.

8) *Carmen ad Senatorem,* ex Christiana Religione ad Idola reversum, quod incipit:

Quum te diversis iterum variisque viderem
Inservire sacris - - -

idem est, quod inter Tertulliani scripta legi solitum supra memorare me memini.

9) Incerti *adversus Judæos*, qui insecuti sunt Dominum nostrum JEsum CHristum. Incipit: *Attendite sensum & diligentiam vestram.*

10) Incerti *de duplici martyrio* ad Fortunatum. Incipit: *multifariam multis.*

Digitized by Google

multisque modis ago gratias. Præsens scriptum lectu haud indignum confictum esse ab Erasmo nunquam crediderim, licet hanc non vanam Pamelii conjecturam appellat Theophilus Raynaudus p. 117. erotematum de bonis & malis libris.

S. Cypriani * vitam scripsit *Pontius*, ipsius Diaconus, quæ exstat apud Surium 14. Sept. & in Cypriani editionibus. Pontii acta Martyrii apud Baluz. T. 2. Miscell. p. 124. De Pontio hoc vide sis etiam Acta Sanctor. T. 1. Martii 8. p. 750. seq. E recentioribus accurate præ cæteris de Cypriano Jo. Pearsonius in annalibus Cyprianicis, quæ Episcopi Oxoniensis editioni operum Cypriani præfiguntur. Tillemontius Tom. 4. memor. Hist. Eccles. & auctor vitæ Cypriani, D. Jacobus, Bernardinus sex libris Gallice editæ Paris. 1714. 4. de quo Acta Erud. 1718. pag. 293. Journal des Savans 1717. pag. 429. 491. Non contemnenda etiam de Cypriano collegit auctor Observatt. Miscellanearum editarum Lipsiæ Germanice A. 1717. 8. Tom. 3. p. 167. seq.

Cypriani Epistolæ & tractatus Rom. 1471. fol. per Conradum Sweynheym & Arnoldum Pannartz, (in Bibl. Jo. Mori, Episcopi Eliensis) & eodem anno Venetiis per Vindelinum Spirensem, fol. (in Bibl. Leidensi, Telleriana aliisque.) Falluntur enim, qui Spiræ An. 1471. Cyprianum impressum esse tradunt, Joh. Saubertus, Jo. de la Caille, Cornelius Beughem, Jo. Fellus, Gvil. Caveus, Casim. Oudinus, & Actorum Eruditorum scriptores A. 1683. p. 41. Vide Mich. Maittaire Annales typograph. T. 1. p. 89. & Dan. Maichelium de Bibliothecis Parisiensibus p. 89.

Cypriani opera sine loco & anno, fol.

Paris. 1512. 4. per Bertoldum Remboltum, cum præfatione Roberti Fortunati, Macloviensis, & C. de P. ad Jac. Grasolarium, civem Venetum.

Cum notis *Erasmi* in loca quædam & præfatione ejus (data Lovan. 1519.) quæ inter Epistolas Erasmi lib. XXVIII. 6. edit. Lond. legitur. Basil.

Ee 2 1520.

* Alius 1) Cyprianus Antiochenus sub Diocletiano passus Nicomediæ, de quo Eudocia apud Photium Cod. 184. Nazianzenus Orat. 18. Surius 26. Septembr. Goar ad Euchołog. p. 719. Marbodeus Redonensis pag. 1513. Opp. Edmund. Martene Tom. 3. thesauri novi anecdotor. &c. 2) Cyprianus Brixiensis, de quo Acta Sanctor. Tom. 2. April. 21. pag. 849. 3) Cyprianus Petragorici Abbas, de quo Gregorius Turonensis de gloria Confessorum cap. 100. 4) Abbas Cyprianus cognomento Cuculus, de quo Moschus in prato spirituali cap. 132. 5) Cyprianus Cæsarii Arelatensis discipulus & vitæ ejus scriptor circa A. 546. apud Surium 27. August. 6) Cyprianus Cordubensis sæculo X. de cujus scriptis genuinis & suppostitiis Nic. Antonius lib. 6. Bib. Hispan. vet. cap. 7.

Digitized by Google

1520. fol. & 1525. fol. apud Frobenium & 1540. fol. & 1558. Lugd. 1528. 1537. apud Seb. Gryphium 2. Vol. 1544. 1550. 8.

Coloniæ 1520. apud Henricum Alopecium.

Antwerp. 1541. 8. ex Erasmi editione. Venet. 1547. 8.

Parisiis 1541. fol. apud Arnulphum Langelier, editio mire interpolata & contaminata, licet repurgationem jactet in titulo, qua de re Pamelii querelam habes apud Caveum.

Coloniæ 1544. apud Quentelium, cum notis *Henr. Gravii.*

Coloniæ 1549. ex ejusdem Gravii recensione.

Rom. 1563. fol. per *Paulum Manutium*, * qui Epistolarum librum quintum addidit. In hac editione multa è MS. antiquissimo Veronensi emendavit Latinus Latinius, qui nomen suum adscribi noluit, quod Manutius contra Codicum MSS. fidem aliqua retinuisset, alia addidisset. Vide vitam Latinii p. 6. & Joannis Rainoldi colloquium cum Hardto p. 328. sq. Voëtium desperata causa Papatus p. 494. 517. Dallæum de usu Patrum p. 83. seq. Tamen & Latinius Epistolam Firmiliani in ea omisisse se testatus est, in qua Stephanus Episcopus Rom. perstringitur. *Ego*, inquit Latinius pag. 177. Bibl. sacro profan. *omisi, non Manutius, cum majorum exempla secutus, tum petulantiam hominis detestatus.*

Paris. 1564. fol. ex *Gvil. Morellii* emendatione cum præf. Hadr. Turnebi. In hac editione, Epistola Firmiliani restituta.

Cum notis *Jacobi Pamelii*, Antwerp. 1568. 1589. fol. Paris. 1574. 1593. 1603. 1616. 1633. 1644. & Colon. 1617. 1632. *Latini Latinii* observationes ad Pamelianam Cypriani editionem leguntur in ejus Bibliotheca sacro profana pag. 171--181.

Cum notis Pamelii & *Simonis Goulartii* ad eas observationibus Genev. 1593. fol. Goulartium bene in Cyprianum scripsisse monet Scaliger in Scaligeranis p. 153.

Cum notis eruditis *Nic. Rigaltii* Paris. 1648. fol.

Cum notis Rigaltii, selectisque aliorum & *Philippi Priorii*. Paris. 1666. fol. adjunctis Cypriano scriptis Minucii Felicis, Arnobii, Commodiani, nec non Firmico de errore profanarum religionum. Journal. des Sav. 1666. pag. 72.

Cum

* Hæc editio Parisiis in Bibl. S. Genovefæ servatur collata cum Vaticanis codicibus quatuor nec non Veronensi & Neapolitano, manu Joh. Coremelli (Corbinelli) nobilis Florentini, teste Dan. Maichelio pag. 90. de Bibliothecis Paris. Eadem fuit in Bibl. Telleriana, quæ in illam S. Genovefæ translata est, p. 20.

Digitized by Google

Cum Annalibus Cyprianicis *Joannis Pearſon*, & notis præclaris *Joannis Felli* Oxon. Epiſcopi, qui veteres editt. & Codices MSS. conſuluit, Oxon. * 1682. fol. è theatro Sheldon. editio nitida & luculenda recuſa Bremæ 1609. & Amſt. 1699. fol. additis utrinque *Henrici Dodwelli* XIII. diſſertationibus Cyprianicis, quæ ſeperatim viderant lucem Oxon. 1684. 4.

Thomæ Jameſii Cyprianus redivivus Lond. 1600. 4. è quo Poſſevinus Tom. 1. apparat. pag. 396. ſeq. exhibet Varias lectiones & emendationes libri de unitate Eccleſiæ ex quatuor MSS. Angl. Confer Rich. Holdsworth prælect. theolog. 36. pag. 314. Voëtium deſperata cauſa papatus pag. 394. Crenium VII. animadverſ. pag. 68. & Riveti criticum ſacrum II. 4.

S. Cypriani Epiſtolæ ordine Pameliano locatæ, ex editione Goulartiana in ſectiones diviſæ, & cum S. Auguſtini ad Cypriani argumenta de baptiſmo hæreticorum ** reſponſionibus ſuo loco ſubjunctis, variis etiam Pamelii, Rigaltii aliorumque lectionibus & conjecturis, Gratiani in decreto, Lombardi in libris ſententiarum ac Thomæ Aquinatis in ſumma Theologiæ, allegationibus in margine notatis, indicibusque ſeparatim editæ cura *Lucæ Friderici Reinharti*, Theologi Altdorf. 1681. 4. Vide D. Jo. Fabricii Theologi Helmſt. Bibliothecam T. 4. p. 113.

Lettres choiſies de Cyprien aux Confeſſeurs & aux Martyrs, avec des remarques Amſt. 1688. 12. par Mr. Jaqves l'Enfant.

Cypriani Opera Germanice per Melchiorem Ambach, Norimb. 1553. fol.

Gallice par Jaqves Tigeon, Angevin Pariſ. 1574. fol. vide Verderii Bibl. Gallicam p. 140. Par. Mr. Lombert, avec des remarques & la vie de ce Pere. Pariſ. 1672. 4.

Anglice à Nathanaële Marshallo, cum notis. Lond. 1717. fol. *the genuine worcks of S. Cyprian.* Acta Erud. 1718. p. 145.

Præter *Favrium*, Theologum Sorbonicum, (de quo Rich. Simon. Bibliotheque Critique Tom. 2. p. 213. ſq.) novam Operum S. Cypriani editionem ad prælum paravit accuratiſſimus Vir *Stephan. Baluzius* collatis

* Acta Erud. 1683. p. 41. Bibl. univerſelle Tom. 12. pag. 207. ſeqq.

** Non obſtante de rebaptizatione hæreticorum errore nihilominus in Eccleſia ſemper pro ſancto habitus fuit Cyprianus. Adi Jo. Launoium lib. VIII. Epiſt. 15. Feſtum honori ejus conſecratum Κυπξιανά. Vide Meurſium, Suicerum, Cangium in hac voce. Evagrium IV. 16. Niceph. XVI. 12. è Procopio lib. 1. cap. 21. Vandal.

Codicibus MSS. XXXIV. Vide Memorias Trevoltinas A. 1709. p. 300. Journal des Savans 1716. p. 90. 231.

De bono patientiæ cum notis Jeremiæ Stephani, Oxon. 1632. 8.

Liber de unitate Ecclesiæ recusus etiam in Joh. Thomæ de Rocaberti, Archiepisc. Valentini Bibliotheca maxima Pontificia, quæ tomis XXI. lucem vidit Rom. 1695--1699. fol. volumine sexto. Et cum S. Augustini libro ejusdem argumenti Helmst. 1657. 8. præmissa D. Georgii Calixti introductione, edente filio D. Frid. Ulrico Calixto.

Libellus de Oratione Dominica ex Faërni Codice recensitus legitur in Operibus Stanislai Hosii Tom. 1. pag. 231. seq. Svecice vertit Jo. Grosch, Pastor Coburgensis. Rostoch. 1615. 8. Hispanice Didacus Martinez, S. I.

Libellum de mortalitate, quem præter rem Cypriano Sandius abjudicat, Combefisius recudi curavit in Bibliotheca Concionatoria, & cum notis separatim vulgavit Jenæ 1681. 12. Bartholomæus Francus, Minister Ecclesiæ Neostad. ad Orilam. Laudatur in Ephemeridibus litterariis Paris. A. 1682. pag. 59. Gallice prodiit Paris. 1653. 12.

Epistolam ad Stephanum Papam, Cypriani non esse contendit Launoius parte altera opusculorum de duobus Dionysiis (confer B. D. Antonii-Reiseri Launojum confessorem p. 795. seq.) sed non sine causa aliter videtur Menardo, Rigaltio, Fello, Lomberto, Paschasio Qvesnello diss. V. ad Leonem M. Natali Alexandro, du Pinio aliisque. Vide Hugonem Mathoudum de vera Senonum origine Christiana pag. 365. seq. & B. D. Ittigii Observat. IV. ad supplementum Clementis Alex.

De libro *de opere & eleemosynis*, Urbani Regii judicium prodiit Francof. 1545. 8. & in ejus operibus T. 1. p. 43. Norimberg. 1562. fol.

De *Genesi*, *Sodoma* & *Ligno vitæ*, quæ carmina male ad Cyprianum auctorem referuntur, dixi in T. 1. Bibl. Latinæ lib. IV. cap. 2. p. 699.

Librum *de spectaculis* Cypriano abjudicat Jo. Fellus: Huetius in Origenianis pag. 276. librum *de singularitate Clericorum*. Sine magna causa opinor.

Cœna Cypriano præter rem inscripta, & divisa in capita XX. cum dedicatione Mauri cujusdam ad Lotharium, Regem Francorum, prodiit separatim cum Metaphrasi Germanica A. 1681.

Librum *de Baptismo non iterando*, Ursini Monachi Afri esse ex Gennadio c. 27. de S. E. jam notarunt viri docti Pearsonius, Labbeus, Oudinus.

Librum *de Cardinalibus Christi operibus* Paris. 1500. editum Cypriani non esse probavit Jo. Dallæus II. 39. de scriptis Dionysii & Ignatii, atque recen-

recentiores editiones restituerunt vero auctori *Arnoldo* Carnotensi, Abbati bonæ vallis Ord. Benedictin. circa A. 1162. de cujus scriptis videndus Casimirus Oudinus in opusculis veterum Galliæ & Belgii scriptorum.

Petri Heylini Cyprianus Anglicus huc minus spectat, est enim historia de vita & morte Gvil. Laudi, Cantuariensis Archiepiscopi, edita Anglice Lond. 1668. fol. Laudus capite truncatus 10. Jan. 1645.

Entretiens sur la bonne conduite, tirez de S. Cyprien, Paris 1644. 4.

Oratio Cypriani cum duabus Nazianzeni, versa Italice ab Annibale Caro. Venet. 1569. 4.

Tertulliani & Cypriani theosophia, fidei antiquæ & vitæ vere Christianæ tradens documenta, per Hermannum Rhatmannum, Witebergæ 1619. 4.

Vita Cypriani Paris. 1566. 8.

Vir celebrrimus Montfauconus in Diario Italico pag. 75. ex fide possessoris narrat Venetiis in Bibliotheca D. Tarvisiani in Codice MS. recenti exstare quasdam Cypriani Epistolas non editas. Idem Montfauconus insignem Cypriani Codicem sæculo exaratum sexto vel septimo memorat exstare in Bibl. Coislin. p. 241. Codicis Remensis locupletioris meminit Rigaltius notis in Epist. ad Rogatianum, ex quo Colomesius putat Hincmarum Tom. 1. p. 356. auctiora citasse verba ex Epistola ad Jubajanum: *Servatur à nobis patienter & firmiter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei & concordia sacerdotii.* Sed quæ apud Hincmarum sequuntur, illius esse puto, non Cypriani verba: *& quantum ex nobis est, cum omnibus hominibus & etiam cum his, qui oderunt pacem, habere pacem desideramus; Unumquemque vero sua conscientia conveniat, & ab Ecclesiastica pace nemo se, quod non optamus, sejungat.*

V. NOVATIANI, presbyteri Rom. qui lapsis veniam denegans, Schismati ab A. C. 251. nomen dedit, alia adversus Judæos scripta intercidisse notavi capite superiore §. 6. pag. 174. superest autem ad calcem operum Tertulliani à Jac. Pamelio edita *Epistola de cibis Judaicis* * *ad plebem in Evangelio perstantem.* Incipit: *Etsi mihi, fratres sanctissimi.* Hujus etiam Hieronymus facit mentionem c. 70. de scriptoribus Eccles. Quanquam autem & Hieronymus loco laudato & Epist. ad Damasum, memorat Novatiani scriptum de Circumcisione, & Novatianus ipse testatur aliis se Epistolis plene ostendisse *Judæos ignorare, quæ sit vera Circumcisio, & quod*

* Sic ante librum de spectaculis: *S. Cyprianus plebi in Evangelio stanti salutem.*

Digitized by Google

quod verum sabbatum: tamen Epiſtola ſive liber ad Terentiam ſive ad Theraſiam, qui inter S. Hieronymo tributa * legitur *de vera circumciſione*, Novatiano tribui non poteſt, ſed junioris ſcriptoris eſt, quoniam in illo non tantum Manichæos nominatim oppugnat, ſed Arianos quoque pag. 82. unde miratus ſum Eraſmum, qui Tertulliano tribuendum conjicit. *Si extaret*, inquit, *index operum Tertulliani, fortaſſis inter illius lucubrationes reperiretur. Nam phraſis ab illius ſermone non abhorret. Quanquam exſtat Epiſtola Paulini titulo & Theraſia.* In limine libri auctor quisquis eſt alterius etiam prioris Epiſtolæ ſuæ facit mentionem, confectæ in itineris procinctu, in qua rationem Circumciſionis ait rapide ſe transcurriſſe.

VI. ARNOBIUS Rhetor, cum in civitate Siccæ in Africa Diocletiano Principe † ad declamandum juvenes erudiret, Ethnicus ſomnio monitus eſt ad Chriſtianam fidem, quam ſemper hactenus impugnaverat amplectendam, ut refertur ab Hieronymo in Chronico ad Annum viceſimum Conſtantini, qui eſt CHRISTI 326. Inde apud Epiſcopos Chriſtianos fidem minus conſecutus, eodem Hieronymo teſte *adverſus priſtinam religionem elucubravit luculentiſſimos libros, & tandem velut quibusdam obſidibus pietatis fœdus impetravit.* Tempus quo ſcripſit, indicat ipſe lib. 1. pag. 9. *Trecenti ſunt anni ferme, minus vel plus aliquid, ex quo cœpimus eſſe Chriſtiani, & terrarum in orbe cenſeri.* Et lib. 2. p. 94. *Ætatis urbs Roma cujus eſſe in Annalibus indicitur? Annos ducit quinquaginta mille, aut non multum ab his minus.* Anno U. C. 1050. reſpondet Annus CHriſti 298. Non diu antè ethnica obſeptum caligine ſe fatetur lib. 1. p. 22. *Venerabar, o cæcitas, nuper ſimulacra modo ex fornacibus prompta: in incudibus Deos & ex malleis fabricatos - - nunc Doctore tanto* (CHRISTO) *in vias veritatis inductus, omnia iſta, quæ ſint, ſcio, digna de dignis ſentio, contumeliam nomini nullam facio Divino, & quid cuique debeatur vel perſonæ vel capiti, inconfuſis gradibus atque auctoritatibus tribuo.* Quanquam autem ejusdem Hieronymi judicio Epiſt. ad Paulinum de Monachi inſtitutione, *Arnobius inæqualis & nimius & absque operis ſui partitione confuſus*, tamen *libros* ejus *VII. adverſus Gentes*, qui exſtant evolventi nec ingenium deſiderari videbitur, nec pro illa ætate eloquentia aut eruditio, neque ordo denique. Libro primo & ſecundo, ſicut ſexto etiam ſeptimusque Apologia pro Chriſtiano dogmate continetur, Libris tribus mediis idololatriæ everſio. Non eſſe Chriſtianos

* T. IV. edit. Francofurt. 1684. p. 80.

† Hieron. de S. E. c. 79. Mortuus Diocletianus non ante Calendas Maji A.C. 313.

nos malorum causam, quibus tunc affligebatur genus humanum, nec Deos iratos Christianis: unum vero DEUM & CHRISTUM non sine summa ratione ab his coli, & præ hoc pio cultu deseri falsorum Deorum cerimonias, libri *primi* est argumentum. Liber *secundus* ostendit nec odio dignum CHristum nec persecutione insectandos Christianos, nec doctrinam eorum de animorum immortalitate explodendam, aut Christianismum ob novitatem aliasve ratiunculas abjiciendum esse. Libro *tertio* & *quarto* stolidas de Deastris atque idolis opiniones persequitur Arnobius, & libro *quinto* hæc non solum ut commenta Poëtarum vel allegorumena, sed nugas germanas Philosophorum & populorum errores removeri merito debere. Liber *sextus* Christianorum nulla signa, aras, templa Diis consecrantium, & liber *septimus*, nulla sacrificia idolis offerentium causam tuetur.

ARNOBII Editiones.

Prima editio est Romana Fausti Sabæi Rom. 1542. fol. apud Franciscum Priscianensem. Hanc secutæ aliæ:

Ex *Sigismundi Gelenii* castigatione. Basil. 1546. 1560. 8.

Tertullianus & Arnobius ex recensione *Renati Laurentii de la Barre.* Paris. 1580. fol. cum notis.

Cum *Theodori Canteri* notis Antwerp. 1582. 8. (male 1532. in Catalogo Bibl. Tellerianæ pag. 32.) Uberiores Commentarii, quos notis ad librum sextum Canterus promittit, nunquam lucem viderunt.

Ex Canteri emendatione (sine notis) in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. Tom. 3. & in supplemento Morelliano Paris. 1639. T. 1.

Ex emendatione *Fulvii Ursini.* Rom. 1583. 4. De qua editione Possevinus T. 1. apparat. *Arnobius cum adhuc ethnicus ad CHristi fidem occultis inspirationibus urgeretur, ab Episcopis Africæ, Baptismi sacramentum petiit: cumque illum rejecissent, veriti quin illuderet Christianæ religioni, quam eatenus oppugnaverat, obtulit eis in argumentum sinceritatis suæ tanquam fidei obsides præstantes illos quos habemus libros: quos cum* Jo. Baptista Sigecellus *qui postea Episcopus Faventinus à Pio IV. Pont. Max. factus est, correxisset ac restituisset, Germani aliqui aversi à Catholica fide non tam sanarunt quam immutarunt pro libito, ut vix antiquæ lectionis vestigium pluribus in locis reliquerint. Quod incommodum cum* Petrus Ciacconus *Hispanus vir eruditus animadvertisset, præclaris correctionibus illustratum Arnobium jamjam erat emissurus, nisi morte fuisset ereptus. Hos labores Pontifex Max. additis aliorum do-*

Digitized by Google

ctorum hominum emendationibus, jussit à Fulvio Ursino *examinari atque conferri. Itaque in textum seriemque recepit, quæ multorum judicio probata, & (ut ipse inquit,) sine ulla controversia sint visa: quæ autem non ita vera videbantur, ea suis distincta numeris, in oris paginarum, notanda cum curasset, adjunctis si quæ erant ad firmandas conjecturas, notis Arnobius Romæ editus est quam fieri potuit emendatissimus.*

Cum *Godeschalci Stewechii* electis ad Arnobii libros à se emendatos. Antwerp. 1586. & Colon. 1604. 8. & additis paratitlis sive summariis à *Leandro de Sancto Martino*, Duaci 1634. 8.

Joannis Meursii Criticus Arnobianus. Lugd. Bat. 1599. 8. *Petri Scriverii* anti Criticum Critico Arnobiano oppositum memorat Hadr. Bailletus de antiscriptoribus Tom. 2. pag. 299. Daniel Heinsius præf. ad notas in Clementem Alexandrinum, Petro Scriverio dicatas: *Mihi satius est, si tua causa hæc potissimum scripsisse me scias, quem jam annos plurimos in maximo & eruditissimo scriptore Arnobio versari, omnes fere & sciunt & cogitatione tacita illud ὑστερήμερον flagellant. Videbis ergo si quid tibi usui futurum sit in istis. Nam Arnobium, ut nosti, quantus est, formavit Clemens.*

Latini Latinii castigationes ad quædam Arnobii loca, in ejus Bibliotheca sacro profana p. 98.

Arnobius cum notis *Geverhardi Elmenhorstii* ad illustrem virum Josephum Scaligerum, eruditorum suæ ætatis facile principem. Hanov. 1603. 8.

Cum *Desiderii Heraldi* observationibus, Paris. 1603. 8.

Cum notis *Elmenhorstii* longe auctioribus & variarum lectionum libello ex Codd. MSS. Hamburg, 1610. fol.

Julii Cæsaris Bulengeri eclogarum ad Arnobium liber primus Tolosæ 1612. 1623. 8.

Arnobius à *Claudio Salmasio* * emendatus cum notis integris Canteri, Stewechii, Elmenhorstii & Heraldi. Lugd. Bat. ex officina Joannis Maire, 1651. 4. Commentario quem addere parabat Salmasius, A. 1652. immortuus fuit. Prima ejus folia sive disquisitionem de nominibus antiquorum Romanorum (quam uberibus in Arnobium notis præmissurum fuisse notavit Sarravius pag. 42. Epist.) nactus ego ex Bibliotheca Gudiana, edidi ad calcem tomi secundi Operum S. Hippolyti, Hamb. 1718. fol. *Jo.*

* Andreas Rivetus Critici sacri lib. 2. cap. 17. *extremam manum exspectamus à nobiliss. & doctissimo* Salmasiö, *cujus commentarium exspectat textus Arnobii jam excusus & ad manuscripta exemplaria emendatus.*

Jo. Isaaci Pontani animadversiones in Arnobium habuit Boxhornius qui earum meminit p. 37. Epistolar.

Cum *Philippi Priorii* & selectis aliorum notis prodiit Arnobius ad calcem Cypriani Paris. 1666. fol. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. Tomo III.

Belgice interprete Joachimo Oudaen. Harling. 1677. 8.

VII. De COMMODIANO ita Gennadius de Script. Eccles. c. 15. *Commodianus * dum inter seculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus & volens aliquid studiorum suorum muneris offerre CHristo, suæ salutis auctori, scripsit mediocri sermone, quasi versu* librum adversum Paganos. *Et quia parum nostrarum attigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata, quam nostra firmare.* Quod ait *quasi versu* scripsisse, inspecto Commodiani libro facile intelligitur. Est quippe in LXXX. capita sive *instructiones*, ut appellat divisus, quarum singulæ per *acrostichidem* sive litteras versuum primas ** vocabulum aliquod referunt: versus autem ita sunt comparati, ut numerus hexametri carminis utcunque servetur, neglecta syllabarum quantitate, sicut in carminibus politicis recentis Græciæ solet fieri, vel quale carmen hexametron Græcum ex Psalterio MS. Murbacensi edidit celeberrimus Montfauconus in Palæographia Græca p. 220. quod ita se habet:

Ὑψηλὸς κύριος, δυνατὸς, φιλόστοργος, ἄμωμος
Δός μοι νῦν σύνεσιν, καί μου τὸ στόμα πλήρωσον
Πνεύματος ὁσίου, βασιλεῦ Χριστὲ λυτρωτὰ,
Αὐτοκράτορ, θέλημα ἅγιον ἔκχεον εἰς ἡμᾶς.
Ὅπως ἂν μάθω ἀψευδῶς σου ῥήματα λαλεῖν.
Καθάρτιζε Θεὲ μελέτην μου καὶ καθάρισον.
Ἰδοὺ πτωχὸς, * ἀδήμων, ἀμαθὴς, ἀμνήμων, ἄχρηστος.
Ἀλλὰ κατεύθυνον ἡμῶν καρδίαν ἄνωθεν.
Πρὸς σὲ κράζω πένης, σῶσόν με καὶ ἄκουσον·
Αἰνῶ θεὸν ὑπεύθυνος σώζοντα λειτουργὸς,
Σοὶ προσαχθῶ πίστιν ἀεὶ καὶ πράγματα πάντα

* Cod. ἐδύμον, ἀμαθεις, ἄχριστος.

* Commodianus ipse in præf.

Ego similiter erravi tempore multo
Fana prosequendo: parentibus insciis ipsis
Abstuli me tandem inde, legendo de Lege.

** In ultimo capite, acrostichis non ut in aliis à primo ad ultimum sed à postremo ad primum versum legenda refert verba: *Commodianus mendicus CHRISTI.*

Παντοκράτορ, σωτηρία, Θεοῦ χείρ, δόξα, σοφία.
Σὺ ἄλλους πάντας διὰ παντὸς διατηρήσεις.

Sed age ex Commodiano quoque ſpeciminis cauſa caput XXVII. ſubjungamus, cujus Acroſtichis eſt,

Stulte, non permoreris DEO.

Stulte, non permoreris, *a)* nec mortuus effugis Altum.
Tu licet diſponas nihil te ſentire defunctum,
Vinceris inſipiens, *b)* vivit DEUS conditor orbis,
Legitima *c)* cujus clamant valere defunctos. *d)*
Tu autem dum præceps ſine DEO vivere quæris,
Extinctum in fatis judicas, & fatale credis.
Non ita diſpoſuit, ut tu putas Deus, æternus,
Oblivitos eſſe mortuos *e)* de geſto priore.
Nunc nobis imperitans fecit receptacula mortis,
Poſt cineres autem noſtros videbimus illa:
Exuere ſtulte *f)* qui putas per funera ut non ſis;
Rectorem dominumque tuum nil poſſe feciſti.
Mors autem in vacuum non eſt, ſi corde retractes.
Optandum noſcas, *g)* nam ſero ſenties illum.
Rector eras carnis, non te certe caro regebat.
Exemptus ab illa, reconditur illa, *h)* tu *i)* horſum: *k)*
Recte mortalis homo ſeparatur à carne.
Idcirco non poterunt oculi mortales æquari. *l)*

Sic

Nic. Rigaltii nota.

a) NON PERMORERIS DEO) Non ſic moreris, ut vel mortuus effugias Dei manus, ut jam in defunctum Deus non habeat, quid faciat.

b) VINCERIS INSIPIENS) Etiam invitus inſipientiæ teneris.

c) LEGITIMA CUJUS CLAMANT) Legitima dicit Leges & mandata CHriſti: diſciplina ex fide cuſtodita.

d) VALERE DEFUNCTOS) Vocatos ſcilicet ad vitam æternam.

e) OBLIVITOS ESSE MORTUOS) Oblivioni tradita eſſe, quæ defunctus quiſque geſſit olim, dum viveret in corpore.

f) EXUERE STULTE QUI PUTAS) Qui te per mortem ſic exui putas, ut jam ſis nullus, nec amplius tui ſuperſit quicquam.

g) OPTANDUM NOSCAS) Illum videlicet Deum Patrem ac Dominum noſtrum.

h) RECONDITUR ILLA) Sepulcro.

i) TU) Anima tua; principaliſſima pars tui.

k) HORSUM) Horſum ſe capeſſit.

l) NON POTERUNT AEQUARI) Divinis.

Sic habet abyssus noster de DEI secreto.
Da nunc ergo DEO, fragilis dum moreris, honorem:
Et crede, quod CHristus vivum te de mortuo reddet.
Omnipotenti laudes in Ecclesia reddere debes.

Floruit hic scriptor, si Gennadium audimus, post Lactantium, ait enim *Tertullianum & Lactantium & Papiam auctores secutum.* Ac sane Papiam sequitur, probans dogma de mille annis, c. ult. Tertullianum vero in multis, quæ de Gentium Diis disputat. De Lactantio quidem dubito, licet Gennadio hac in parte suffragatus primum est etiam Rigaltius (nam in curis secundis ad instruct. 33. huic sententiæ ipse non multum tribuit,) qui Sylvestri Pontificis mentionem fieri Instruct. 33. v. 5. non dubitavit, ita enim illum versum legit: *Intrate stabulis Sylvestri ad* † *præsepe Pastoris.* Confer Barthii Adversar. LIII. 5. Verum H. Dodwellus V. C. in dissertatione de Commodiani ætate, quam Annalibus Vellejanis, Quintilianeis & Statianis Oxon. 1698. 8. subjecit, cum ex toto opusculo observasset illud sæculo tertio & flagrantibus adhuc Ecclesiæ persecutionibus scriptum esse, præcipue cum auctor ipse instruct. VI. versu 6. annos tantum ducentos à CHRISTO numeret: *Et si parvulitas sic sensit, cur annis ducentis fuistis infantes, numquid & semper eritis?* Deinceps versum ex instructione 33. ad vestigia MSti Codices contendit * legendum esse sic: *Intrate stabula sylvestres ad præsepia tauri.* Primus Commodianum è Jac. Sirmondi apographo admodum mendoso edidit Nic. Rigaltius, Tulli Leucorum ap. S. Belgrand & J. Laurentium typographos Regios 1650. 4. additis notis eruditis. Deinde subjectus est ad calcem Cypriani, Minucii, Arnobii & Julii Firmici, qui ejusdem Rigaltii & Phil. Priorii cura illustrati prodierunt Paris. 1666. fol. Deinde omissis Rigaltii notis T. 27. Bibliothecæ Patrum Lugd. Denique cum Rigaltii animadversionibus, Dodwellique dissertatione & præfatione D. Henrici Leonhardi Schurtzfleischii recusus est Wittebergæ 1705. 4. Supplementum notarum in illum scriptorem ex Ez. Spanheimii Biblioth. cum laudati Viri D. *Henrici Leonhardi Schurtzfleischii* glossario & indice separatim excusum est Witteb. 1709. 4. Posteriori suæ Minutii Felicis editioni

† Silvester Episcopus Romanus fuit ab A. C. 314. ad 335.

* Sirmondus legit: *Intrate stabiles vestra ad præsepia tauri.* In Apographo erat: *Intrate stabilis silvestri ad præsepia tauri.*

Commodianum quoque novis suis & Rigaltii notis illustratum subjunxit vir Clariss. *Jo. Davies*, Cantabrig. 1711. 8.

Dignus est pius hic & Zelo CHristi plenus scriptor, licet arte rudis, qui etiam post Rigaltii & Davisii præclaram operam à viro quodam docto penitius excutiatur atque illustretur.

VIII. *L. Cælius* LACTANTIUS, *Firmianus* (ita enim in Codice Colbertino DVII. & in Taurinensi MS. libri de opificio DEI, & in sermonibus Bernardini de Bustis * appellatur,) cum Nicomediæ Rhetoricam docuisset, Arnobii Magistri sui exemplo desertis idolis nomen dedit CHRISTO, eloquentiæque qua præ cæteris valuit laudem ex asserenda Religione Christiana tulit, exstat enim ejus opus præcipuum, *Institutionum Divinarum adversus Gentes libri VII.* quorum *primo* de falsa religione contra Ethnicorum vana dogmata, DEI unitatem ac Providentiam probat, *secundo* de origine erroris, oppugnat idololatriam: *tertio* de falsa sapientia, Philosophiam redarguit gentium, *quarto* de vera sapientia, Christianam doctrinam probat & exponit. *Quintus* de Justitia secundum DEI Legem, atque de ethnicorum injustitia. *Sextus* est de vero DEI cultu, & *septimus* de vita beata & animorum immortalitate.

In *Epitome* breviter persequitur, quæ in institutionum libris disertius explicaverat.

Liber *de opificio hominis*, quam luculentum bonitatis sapientiæ & potentiæ Divinæ documentum sit hominis corpus pariter & anima, ostendit pulcherrime.

Libro *de ira DEI*, contra Epicureos & Stoicos probat neutrum DEO indignum esse, neque ut irascatur impiis, neque ut pios prosequatur gratia, idque verissimum esse utrumque confirmat, licet bonis mala interdum contingere in hac vita videantur.

Fridericus Nausea, Blancicampianus Francus Orientalis, singula librorum Lactantii capita singulis complexus est distichis, quæ prodierunt Venetiis in ædibus Georgii de Rusconibus, Mediolanensis A. 1521. 8. ut primi libri caput primum:

Usque fuit veri permagna cupido sciendi,
Nec sapiens nisi sit, relligiosus homo est.

Ea

* Bernardus Moneta (de la Monnoye) T. 4. Menagior. p. 85.

Ea denique Lactantio consecrat hisce verbis:

Suscipe Lactanti tenues quos Nausea versus
Offert addictus dive Patrone tibi,
Lusimus hac denis, fervente calore, diebus,
Ac sudore meas commaculante genas.
Sole quidem dominante, simul dominante Leone,
Et Cane composui, qualiacunque vides.
Tempore quo, studiis florens me dulcis alebat
Urbs Ticini, qua non pulchrior ulla fuit.

Magis operæ pretium fecit, qui analysin librorum Lactantii & doctrinæ ejus synthesin & nævos exhibet *Abrahamus Scultetus* parte I. medullæ Patrum p. 393. seqq. & *Nicolaus le Nourry*, qui ad Apologias Tertulliani, Minucii, Cypriani, Arnobii & Lactantii illustrandas & vindicandas egregia multa annotavit tomo secundo apparatus ad Bibliothecam Patrum, Paris. 1715. fol. *Jac. Thomasii τȣ μακαρίτȣ* parentis sui analysin disputationum Lactantii adversus Ethnicos memorat filius Christianus Thomasius in Historia Juris Naturæ p. 24.

Ambrosium Camaldulensem versatum esse in Lactantii emendatione, constat ex ejus Epistolis lib. XVII. Epist. 1. & 3. & 10. T. 3. collectionis novissimæ Edmundi Martene & Ursini Durandi, Paris. 1724. fol.

Editiones LACTANTII.

1465. * (non 1461. uti legitur in celeberr. Montfauconi Diario Italico p. 256. qui ipse deinde confessus est se per errorem posuisse illum numerum) Romæ è Monasterio Sublacensi fol. Pontificatus Pauli Papæ II. anno secundo. Vide Mich. Maittaire annal. typograph. p. 60. Exstat in Bibl. Barberina & Zwichaviensi. **

1468. Romæ in domo Petri de Maximis, per Conradum Sweinheim & Arn. Pannartz. fol. Hæc editio fuit Neapoli in Biblioth. Josephi Vallettæ. Memoratur etiam à Rich. Simone Tom. 2. Epist. select. p. 153. Post capitum argumenta libro præmissa sequuntur Lactantii errata per fratrem

* Lud. Vives lib. 2. de anima p. 88. *Ex nomine Ciceronis venit in recordationem Lactantius, qui fuit ejus imitator: ex hoc de chalcographia. Nam is liber dicitur formmulis aneis excusus vel primus vel cum primis.*

† Tho. Schmid Chron. Cygneum pag. 102. Godfr. Ludovici Schul-Historie Tom. 3. pag. 182.

fratrem *Antonium Raudensem* † Theologum collecta, cui hoc octastichon rependit frater *Adam Genuensis:*

Hic male corripuit stolidis Antonius ausis
Auctorem: in variis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere, vel nitidum luce carere jubar.
Denique cum sanctæ Ecclesiæ pia lumina constet
Obsequio ex tanto conticuisse viro,
Tu vero eloquio lingua interdicta Latino
I cubitum, nam te pensitat elleborum.

1470. Romæ per eosdem, cum præfat. Joh. Andreæ, Aleriensis Episcopi, in qua inter alia: *Sumant studiosi per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab iis iterumque impressum, nonnullis in locis veriorem.*

1471. sine loci nota fol. per fratrem Adamum Genuensem. Exstat in Bibl. illustris Frid. Rostgaardi Hafniæ, & in Bibl. Memmingensi. Misc. Lipsiens. T. 12. p. 67.

1472. Venetiis fol. quam male pro omnium principe habuit Gallæus. Conradus Rittershusius ad Salvian. pag. 192. *Habeo,* inquit, *antiquam editionem Lactantii Venetam, quæ A. 1442.* (lege 1472.) *prodiit apud Vendelinum,*

Arguit hic hominum sectas Lactantius omnes
Septeno falsas codice, vera docens.

Sive

† Idem est Raudensis, cujus observationibus de linguæ Latinæ elegantia; nescio an editis, gravem censuram opposuit Laurentius Valla. Raudensem ob censuram in Lactantium latam reprehendit Franciscus Philelfus libro V. Epistola data An. 1443. *Vellem equidem, pater optime, ab omni istius modi scribendi genere te continuisses, neque cum insaniente Candido Decembre desipere ipse voluisses. Id certe fuisset & ordinis & dignitatis tuæ. Quæ enim per immortalem Deum fanatica ratio te commovit, ut perinde atque infesto quodam atque inimico afflatus spiritu in virum illum doctissimum atque disertissimum tam insolenter, tam injuste, tam impie invehereris, ut non res solum pæne innumerabiles consulto male interpreteris, sed nomen etiam viri depravare studueris, utpote quem* Lactensium *pro* Lactantio *nomines. Nam de rebus ipsis quid loquar quas vel pueris notas dum corrumpere laboras, te omnibus eruditis & gravissimis viris ridiculo præbes. Pudet me profecto ea in medium proferre, quæ à te non inepte minus quam perperam notata sunt atque reprehensa. Rogo igitur te, ut in hac re Aurelium Augustinum imiteris. Retractavit ille vir æque sapiens ac sanctus, quæ imprudenter erravit. Retracta etiam tu, si tibi constas, quæ sciens volensque male scripsisti. Quod si feceris, non modestia & verecundia minus quam sapientia laudabere. Vale, Mediolani.*

Digitized by Google

Sive Deum tangat, turbato lumine cernens
Ira furor: gemino pernotat inde libro.
Et volucrum versu Phœnix comprenditur una
Qua nostro nunquam pascitur alma solo.
Hincque Redemptoris nostri non carmina desunt
Qua positum è tumulo dulce canendo vocant.
Presserat hunc primo mundi caput, inclyta Roma:
Post Regina premit quippe colenda maris.
Impressum formis justoque nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit Artis opus.

1474. Romæ curante Aleriensi Episcopo, per Udalricum Gallum Alamannum & Simonem Nicolai de Luca. fol. *Bibl. Hohendorfiana* pag. 3. Jo. Baptista Morgagnus Epist. in Serenum Sammonicum p. 112.

1476. Rostochii fol. per *fratres presbyteros & clericos congregationis domus viridis horti ad S. Michaëlem in opido Rostochiensi partium inferioris Sclaviæ, prout facultas & industria tulit, emendate satis & accurate consummat.*

1478. Venetiis impendio providorum virorum Jo. de Colonia & Joh. Manthen de Gheretzen. fol.

1478. Venet. fol. per Andream de Paltasichis Catarensem & Boninum de Boninis, socios.

1483. Veneta fol. per Berhardinum de Benaliis, Bergomensem.

1490. Venet.

1493. Venet. fol. est in Bibl. Leidensi.

1497. Venet. fol. per Simonem Bevilaquam, Papiensem. Editio expressa ad Romanam 1470. cum præfatione *Joannis Andreæ* ad Paulum secundum: & errata Lactantii ab Antonio Raudensi notata referens inter argumenta capitum volumini præmissa. Huic Venetæ editioni additum *carmen de phœnice*, quod ex asse convenit cum lectionibus, quas ex MS. Vindobonensi dat Lambecius T. 2. pag. 788. nisi quod v. 61. *lapsum* habet pro *lassum.*

1502. Venet. fol. ex emendatione *Jo. Pierii Valeriani.*

1509. fol. impensis & opera Joannis de Tridino, cognomento Tacuini, Venetiis dominante Leonhardo Lauredano, Principe. Ex castigatione *Jani Parrhasii*, addito Tertulliani Apologetico, & Chrysostomi sermone de Eucharistia & Laur. Vallæ, nec non narratione ex Svida in Ἰησοῦς.

1509. 4. Paris. apud Jo. Parvum, cum Tertulliani Apologetico &

 cæteris

cæteris aliorum, jam commemoratis cum præfatione *Ægidii Maserienfis.* Hæc & fuperiores duæ funt apud me.

1511. Venet. fol. apud Joannem de Tridino.

1513. Parif.

1513. 8. apud Juntam, Florentiæ ex *Mariani Tuccii* recognitione. Ex hac nonnullis locis Walchianam emendat Clariff. Heumannus. Neue Bücherfaal XLV. pag. 670.

1515. 8. apud Aldum, cum Tertulliani Apologetico, ex emendatione *Jo. Baptiftæ Egnatii* Veneti.

1521. Venet. expreffa ad illam Anni 1509.

1521. Bafileæ apud Cratandrum, in 4.

1524. Bafil. 4. ex ejusd. Cratandri officina.

1535. Bafil. fol. apud Cratandrum.

1538. Venetiis apud *Paulum Manutium* ex caftigatione *Honorati Fafitelli*, Venet.

1539. 8. Antwerpiæ apud Joannem Gymnicum cum Erafmi fcholiis in librum de DEI opificio.

1541. Lugd. apud Gryphium, ex Fafitelli recenfione.

1543. Lugd.

1544. Colon. fol. cum Barthol. Laurentis indice, & annotationibus Erafmi in librum de DEI opificio, apud Petrum Qventel.

1546. Parif. 8. Lactantii Inftitutiones Gallice, Renato Fameo interprete, atque iterum Lugd. 1547. 12. & Parif. 1581. 12.

1548. Lugd. 12. apud Jo. Tornæfium & Gulielmum Gazejum, ex Fafitelli recenfione.

1553. Lugd. 12. ex illa Anni 1548. expreffa.

1555. Antwerp.

1556. Bafil. fol. in hærefiologia Joannis Heroldi.

1561. Parif. 12. apud Hieron. de Marnef ex Veneta Anni 1535.

1563. fol. Bafil. apud Henr. Petri, cum commentario five locis communibus Theolog. & Philofophicis *Sixti Betuleji*, & ejusdem Betuleji vita per Jo. Nyfeum fcripta.

1563. Parif.

1567. 12. Lugd. ex Tornæfii officina.

1570. Antwerpienfis Stelfii, Gallæo memorata editio.

1570. Antwerp. apud Plantinum, 8. cum *Mich. Thomafii* notis & emendationibus, quæ editio cum MS. Lipfienfi & Palatino collata exftat in

in Bibl. Leidensi. De antiquissimo Codice Bononiensi, quo usus est perinde, ut aliis Vaticanis septem Thomasius, & postea etiam Isæus, vide Allatium ad antiquitates Hetruscas p. 51. seq. & Montfauconi Diarium Ital. pag. 409. & Bibl. Coislinianam pag. 58. qui priore loco fallitur, cum scribit, nullum ejus hactenus usum fuisse. Incommodum est, quod capita diversimode distinguit Betuleji & Thomasii editio. Etiam nonnulla, ut orthodoxum magis redderet Lactantium, contra MSS. Codicum fidem alterasse Thomasium, monet Rich. Simon in Epistolis selectis Gallice editis Tom. 2. Epist. 25. & Bibl. Criticæ Tom. 2. p. 442. seq.

1587. Lugd. 8. Lactantii opera ex fide & auctoritate librorum MSS. emendata à Jacobo Cujacio.

1587. apud Plantin. 8. cum notis Mich. Thomasii. Hanc editionem habeo collatam cum Codice MSto chartaceo Bibl. Lipsiensis.

1589. Paris. 8. cum ejusdem Thomasii notis.

1594. Lugd. 12. apud Tornæsium ex illa Cujacii A. 1587.

1613. Genevæ 12. apud Tornæsium, editio emendata magnam partem à *Jacobo Cujacio*, ex illa Anni 1587.

1613. Colon. 12. cum priore ex asse conspirans.

1616. Lugd. 12.

1646. Cæsenæ fol. cum notis *Josephi Isæi*, Cæsenatis, qui duobus Bononiensibus, duodecim Vaticanis & insigni Michaëlis Thomæ Taxaquetii MSto usus, plures etiam editiones veteres inspexit.

1560. Rom. fol. apud Mascardum cum notis ejusdem Isæi, sed minus quam prior emendata. Vide Miscellanea Lipsiensia Tom. 3. pag. 130.

1652. Lugd. Bat. 8. cum notis *Antonii Thysii* ex officina Petri Leffen.

1660. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium 8. cum selectis variorum commentariis: nitida & egregia editio studio *Servatii Gallæi*, qui præclaram Lactantio operam navavit, Salmasii usus schedis & Isæum præ cæteris secutus. Idem insignem etiam variarum lectionum libellum ex Codicibus MSS. ad calcem voluminis subjicit.

1672. in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. Tomo tertio Lactantius ex recensione *Mich. Thomasii* cum ejus scholiis p. 515. seq.

1684. Oxonii 8. cum notis *Thomæ Spark*, quinque Codicibus MSS. usi: & addito libro Lactantii de mortibus persecutorum, qui in prioribus editt. desideratur, & H. Dodwelli diss. de ripa striga. Vide Acta Erud. 1685. p. 265.

 1685. Can-

1685. Cantabrigiæ, 8. cum variis lectionibus Sublacensis editionis, quam pro MSto editor venditat, & Codicis MS. in Collegio Emanuelis Cantabrig. Vide Acta Erud. illius anni p. 585.

1698. 8. Lipsiæ cum notis *Christophori Cellarii.* Acta Eruditor. illius anni pag. 535.

1715. 8. Lipsiæ cum notis V. Cl. *Jo. Georg. Walchii*, & præmissa diss. de Lactantio * ejusque stylo. Vide Acta Eruditor. illius anni p. 273. Neue Bibl. Hall. XXXVIII. p. 709. & censuram *Jo. Ludolphi Bunemanni*, Gymnasii Mindensis Rectoris eruditissimi, qui & ipse novam Lactantii editionem ex LX. amplius MSS. & editionibus singulari studio castigatam notisque illustratam molitur, Tom. 3. Misc. Lipsiens. pag. 132. seq. & responsionem laudati Walchii p. 352. seq.

Anonymi defense des sentimens de Lactance sur le sujet de l'usure. 8.

Josephum Wasse in Anglia editionem Lactantii novo studio ad MSS. Codices castigatam parare instituisse didici ex memoriis Trevoltinis A. 1716. pag. 180. ut in Gallia *Jo. Baptistam le Brun*, cui S. Paulinum Nolanum expolitum debemus, ex Diario Hagensi, Europe Savante 1718. Octobr. p. 199.

Lactantium prælo paratum habuit vir eruditissimus *Joannes Hudsonus*, sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis se scire ait Antonius Wallius præf. ad Hudsonianam Josephi editionem.

Quid libri est *anthologia Lactantii Firmiani?* in Catalogo Biblioth. Lugd. Batav. p. 36. noviss. edit.

Pauli Pirani annotationes plenissimas in libros tres primores Institutionum Lactantii, sed adhuc ineditas memorat Allatius pag. 213. apum urbanarum.

1. *Liber primus Institutionum* Gallice versus à *Droueto de Maupertuy*. Avenione 1710. 12. Mem. de Trevoux 1712. p. 2055. Libros universos septem jam olim vertit Renatus Fameus, cujus interpretationem Francisco I. Galliæ Regi dicatam habeo ex editione Lugd. apud Jo. de Tournes 1563. 12. cum præmisso errorum Lactantii catalogo.

2. *Liber de opificio DEI* ad Demetrianum cum scholiis Erasmi editus Basil. 1529. 8. ad calcem viduæ hujus Christianæ. Et cum observationibus

* Conferenda M. *Jo. Augusti Krebsii*, de stylo Lactantii diatriba, edita Halæ An. 1702. quam dignam quæ editionibus Lactantii adjungatur judicant Memoriæ Trevoltinæ 1706. pag. 1069. *Matthiæ Nicolai Kortholti* diss. de Cicerone Christiano, Lactantio, Giess. 1711.

tionibus *Jo. Wilichii* Francof. ad Viadrum & Argent. 1542. 8. addito Hippocratis libello de Genitura, Willichio interprete.

Ex editione *M. Georgii Lud. Goldneri*, illustris Ruthenei Rectoris, cum vita Lactantii & judiciis eruditorum. Geræ 1714. 8.

3. *Liber de mortibus persecutorum* ad Donatum Confessorem, primum editus in tomo secundo Miscellanearum *Stephani Baluzii* Paris. 1679. 8. atque in editionibus Lactantii recusus An. 1684. 1685. 1698. & 1715.

Deinde vulgatus separatim, subjunctis Actis Perpetuæ & Felicitatis, Oxon. 1680. 12. cum brevibus scholiis *Jo. Felli*, Oxoniensis Episcopi, & cum notis *Jo. Columbi* ad illustrem virum Gisb. Cuperum. Aboæ 1684. 8. Acta Erud. 1685. p. 585. Novell. Reip. litter. A. 1685. p. 919. Hic Columbus, qui phrasin præsentis libri passim illustrat ex aliis Lactantii scriptis, hoc ipso Nourrii sententiam qua ereptum Lactantio hunc librum ibat, refutavit antequam ab illo proderetur.

Cum notis variorum, *Baluzii, Gisb. Cuperi, Columbi, Sparkii, Nic. Toinardi*, (Paris. 1690. 12.) *Jo. Georg. Grævii, Thomæ Gale, Eliæ Boherelli* & alior. nec non H. Dodwelli diss. de ripa striga (quæ in edit. Lactantii A. 1684. lucem viderat) ex editione *Pauli Bauldry*, Ultraject. 1693. 8. Vide Acta Erud. illius anni p. 124.

Cum notis *Nicolai le Nourry*, monachi Benedictini,* Paris. 1710. 8. qui Nourrius cum & in hac editione & in Tomo secundo Apparatus ad Bibliothecam maximam Patrum Tomo 2. diss. sexta Paris. 1715. fol. hunc librum abjudicare Lactantio, & nescio cui Cæcilio tribuere fuisset conatus, argumenta ejus perquam levia esse, quibus scriptum hoc Lactantio voluit eripere, docuit vir eruditiss. *Maturinus Veisserius la Crose* in diss. inserta Diario Hagensi (Journal. literaire) Tom. VII. p. 1. & *Dan. Maichelius* in libro de Bibliothecis Parisiensibus edito Cantabrig. 1721. 8. pag. 187. seq. Christoph. Augustus Heumannus ad Symposium appendice p. 218. seq. & in Actis Erud. A. 1711. pag. 470. seq. Acta Academiæ Juliæ semestri IV. p. 206. seq. Crosio respondere conatus est Nourrius Journal. des Sav. 1716. Jun. pag. 698. seq. Sed ita etiam paucos, qui cum ipso facient, reperiet.

* Mem. de Trevoux A. 1711. p. 5. seq. Acta Erud. 1711. pag. 470. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom. 3. p. 431. History of the works of the learned A. 1710. p. 584. Journal des Sav. 1710. Sept. p. 312. & 1716. Jul. pag. 34.

Gallice interprete *Malacrucio*, Canonico Remensi, Paris. 1677. 1680. 12. traité de la mort des persecuteurs par *M. Maucroix*.

Anglice *Gilberto Bruneto*, Episcopo Sarisburiensi, interprete, cum præfatione de persecutionis spiritu Christianos parum decente. Lond. 1686. & 1714. 8. 4. Nouvell. Rep. lettr. A. 1687. p. 979. seq. Histoire des Ouvrages des Sav. 1687. p. 112.

Alia versio Gallica ex Anglica Gilberti Burnetti. Ultraj. 1687. Nouv. de la Rep. des lettres An. 1687. p. 797. seq.

Cl. *Lud. Christ. Miegii* disquisitionem Epistolicam de dubiis nonnullis hujus libri locis cum *Gerhardi von Mastricht* ad illam responsione dabit in editione sua Lactantii Clariss. Bunemannus. *Jo. Comirii* observationes habuit Emericus Bigotius, ut traditur in memoriis Trevoltinis 1705. Maj. p. 382. edit. Amst. *Gisberti* etiam *Cuperi* notæ altero tanto auctiores editis memorantur in Historia Critica Reip. litterariæ vulgata Gallice à Jo. Massono Tom. IV. p. 307.

4. *Epitomen* Institutionum ad Pentadium fratrem, quam acephalon olim legit Hieronymus, & editiones capite truncam omnes exhibuere, primus integram ex Codice Taurinensi edidit Rev. *D. Christoph. Matthaeus Pfaffius*, Cancellarius hodie Tubingensis, Paris. 1712. 8. cum Anonymi historia de hæresi Manichæorum, fragmento de origine generis humani & Q. Julii Hilariani de ratione Paschæ & mensis. Mem. de Trev. 1712. p. 2041. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc. Tom. 3. pag. 445. Acta Erud. 1713. p. 70. Journal des Sav. 1712. Sept. p. 253.

Recusa est Cantabrigiæ 1718. 8. cum notis V. Cl. *Jo. Davisii.* Bibl. anncienne & moderne T. XI. p. 190. seq.

Eandem ex eodem Taurinensi Codice accuratissime expressam cum notis celeberrimi Pfaffii auctis exhibebit laudatus Bunemannus.

Prima capita ex eodem Codice, non pauca tamen aliter descripta dedit illustris vir *Scipio Maffeus* in Epistola ad Apostolum Zenum, virum præclarissimum, quæ inserta Diario Veneto (Giornale de' letterari d'Italia) Tom. VI. p. 458. & Londinensi Michaëlis de la Roche (Memoirs of literature) Tom. 2. p. 339.

M. *Jo. Georgii Geret*, Anspacensis, variorum de Lactantio ejusque Theologia judicia, Witeb. 1722. 4.

Ejusdem specimen examinis theologiæ Lactantianæ in articulo de DEO, ibid. 1723. 4.

Ejusdem

Ejusdem de mendosa Lactantii interpretatione dicti Platonici, quo is gratias egisse DEO dicitur, quod homo, quod mas, quod Græcus & Atheniensis natus esset. Ibid. 1722. 4. sub V. C. Jo. Guil. Bergero.

5. De *Epistolis* Lactantii Hadrianus Junius in Bataviæ Historia Lugd. Bat. 1588. 4. edita p. 311. quo in loco Egmondani cœnobii, Benedictinis destinati meminit, *ubi Bibliotheca celebris omnis generis scriptis codicibus & præsertim membranaceis, quos diligenter magna cura cum Priores alii, tum Gerardus* ex *Pælgeestana stirpe Abbas undecunque conquisierant, raros ostendit, è quibus dolet mihi interiisse intra quindecim proximos annos magno literariæ Reip. detrimento* Lactantii Firmiani Epistolarum libros duos, *quorum meminit nominatim D. Hieronymus,* * *quos dum ad me cogitat, editioni destinandos, mittere Antonius Hovæus illic religioni operatus, vir doctus, qui postea Abbam Abstornacensem prospera fama egit, repperit à bibliotapho quopiam librorum sublatos: atque ita disperiit ille thesaurus, ab heredibus sacrifici, in quem cadebat suspicio, in cucullos & piperis involucra concisus.*

6. *Librum de Spectaculis* è MSto in lucem datum Venetiis, legas in Memoriis Trevoltinis A. 1705. pag. 1992. & in Novellis Reip. litterar. ejusdem anni Tom. 2. p. 117. sed nemo est, qui viderit ab illo tempore, unde merito pro fabula habet Clariss. Bunemannus in Miscellaneis Lipsiensibus Tom. 3. p. 136.

7. Ὁδοιπορικὸν Lactantii præter rem pro edito videtur habere Jacobus Gaddius Tom. 1. de scriptoribus non Ecclesf. p. 181. Similiter ut *Symposium* clarissimus Heumannus, qui illud putat exstare sub titulo ænigmatum, quæ sub Symposii feruntur nomine, de quibus dixi Volum. 3. Bibl. Latinæ p. 273. necdum dictorum pœnitet, etiam postquam legi ea, quæ ad

* Hieron. cap. 80. de Script. Ecclesf. inter Lactantii scripta post librum de persecutione memorat *Epistolarum ad Probum libros quatuor, ad Severum Epistolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem suum Epistolarum libros duos.* Idem cap. 111. *Aquilius Severus in Hispania, de genere illius Severi. ad quem Lactantii duo Epistolarum scribuntur libri.* S. Damasus Epist. 1. ad Hieron. *Fateor quippe tibi eos, quos mihi jampridem Lactantii dederas libros, ideo non diligenter lego, quia & plurima Epistola ejus usque ad mille spatia versuum tenduntur, & raro de nostro dogmate disputant, quo fit ut & legenti fastidium generet longitudo, & si qua brevia sunt, scholasticis magis sunt apta quam nobis, de metris & regionum situ & Philosophia disputantia.* Hieronymus in Galat. 4. p. 268. *Multi per imperitiam Scripturarum, quod & Firmianus in octavo ad Demetrianum Epistolarum libro facit, asserunt Spiritum S. sæpe Patrem, sæpe Filium nominari.*

ad me placuit Viro Clariss. scribere in poecile sua T. 1. lib. 2. p. 256. seq. quæso enim quis Aristarchus suadeat versum statim primum:

Hæc quoque Symposius de carmine lusit inepto,

nullo præeunte MSto Codice refingendum esse sic:

Hoc quoque Symposium lusi de carmine inepto.

vel quis credat versum secundum

Sic tu Sexte doces, sic te deliro magistro.

repugnantibus omnibus Codicibus MSS. legendum esse

Sic me Sicca docet, Sicca deliro magistra.

Sufficit mihi (contra meram viri docti conjecturam nulla nixam auctoritate) Symposii nomen frequens fuisse veteri ætate, sicut præter alibi notatos à me etiam Amalarius, cujus libros de officiis habemus, in veteri Codice apud Mabillonium f. 93. 100. & 432. Analectorum edit. novæ, Symphosius Amalarius appellatur. Sufficit mihi ænigmata Symposii laudari ab Aldhelmo Scoto & Sigeberto Gemblacensi. Sufficit mihi denique Symphosii poëtæ nomen diserte præferre Codices MSS. ænigmatum, quos evoluerunt Joach. Perionius, Franciscus Basvelus, Goldastus, P. Pithoeus, Josephus Castalio.

IX. Probis moribus videtur fuisse JULIUS FIRMICUS MATERNUS, quo magis DEUS ejus misertus jam senem ex Ethnicismi tenebris ereptum divina Evangelii luce collustravit, in qua constitutus post Annum Christi 350. eruditum, disertum ac pium *librum* scripsit * *de errore profanarum religionum* ad Constantium & Constantem Augustos, quos c. 21. nominat, & sacratissimos & sacrosanctos Imperatores passim appellat. Primus capite mutilum ex MSto Mindensi vulgavit *Matthias Flacius*, Argentorat. apud Probum Machæropœum, sumptibus Joannis Oporini, 1562. 8. Sæpius deinde editus est, tam seorsim, quam in Patrum Bibliothecis. Cum mythologicis etiam Latinis prodiit cura Hieron. Commelini, Heidelb. 1599. 8. Utque alias ἐκδόσεις omittam, eruditis *Jo. Woweri* notis illustratus lucem adspexit è Bibliopolio Frobeniano Anno 1603. 8. una cum Minucio Felice. Sæpe numero ab illo tempore Wowe-

* Eundem esse, qui librum hunc & qui Astrologicum opus ad Mavortium Lollianum composuit, de quo dixi lib. III. Bibl. Latinæ cap. 8. jam receptior inter eruditos sententia est, etsi Bonifacio XV. 5. Hist. ludicræ & Baronio olim aliter visum ad A. C. 355. qui inscriptionem librorum de Astrologia secutus, hos Firmico cuidam juniori tribuit, cum è contrario probari possit eos scriptos esse ante librum de errore profanarum religionum.

Woweriana editio repetita fuit etiam accedente cura ***Jac. Oiſelii***, Lugd. Bat. 1652. 4. 1672. 8. & ad calcem Cypriani, recenſente ***Philippo Priorio***, Pariſ. 1666. fol. & ad calcem Minucii Felicis in editione Jac. Gronovii Lugd. Bat. 1709. 8. & ***Belgice*** G. Kemphero interprete cum notis. Alcmariæ 1717. 8. Quædam hujus libelli loca caſtigat & illuſtrat ***Jo. Frid. Gronovius*** Monobiblo obſervationum Eccleſiaſticar. c. 9. Ceterum Jo. Wowerio judice p. 286. Epiſt. non pauca in Firmico ſunt, quibus temere ab aliis diſſentit, aut antiquorum ſcripta negligentius ſe legiſſe oſtendit.

X. Ex ſcriptis præclariſſimi Doctoris, S. AMBROSII, Mediolanenſis Epiſcopi, qui A. C. 397. ex hac vita eſt in cœleſtem evocatus, ſunt mihi memoranda hæc quatuor, vel quinque:

1. Liber ***de bono mortis***, in quo de immortalitate animorum, & de juſtorum poſt hanc vitam præmiis certiſſime exſpectandis egregie commentatur.

2. ***De fide reſurrectionis*** Oratio, libro de exceſſu fratris Satyri † ſubjuncta.

3. ***Epiſtola XXIX. & XXXI.*** ad Valentinianum Imp. ne aram Victoriæ in Ethnicorum gratiam inſtaurare jubeat, vel ***Symmacho*** * hoc petenti annuat. T. 2. edit. Benedictinor. p. 825. ſeq.

4. ***In Hexaëmeron homiliæ IX.*** circa A. C. 389. habitæ & Orontio Diacono dicatæ, digeſtæque in ***libros VI.*** quibus S. Baſilii inſiſtens veſtigiis ** bonitatem, potentiamque & ſapientiam Opificis ex rerum creatarum artificio & uſu luculenter demonſtrat, celebratque.

5. De

† Hujus Satyri epitaphium ab Ambroſio, ut ajunt compoſitum fertur, quod ita ſe habet:

Uranio Satyro ſupremum frater honorem
Martyris ad lævam detulit Ambroſius.
Hæc meriti merces, ut ſacri ſanguinis humor
Finitimas penetrans adluat exuvias.

* *Q. Aurelii Symmachi* relatio pro ara Victoriæ, Valentiniano Imp. oblata A. C. 384. exſtat inter ejus epiſtolas X. 61. & non tantum ab Ambroſio ſed etiam à Prudentio (de quo infra) confutata, fructus expers fuit.

** *Suſpexi*, inquit Combefiſius T. 1. Bibl Concionatoriæ, *Ambroſii, reddendis vertendisque Græcis Philonis, Origenis, Euſebii, maximeque Baſilii M. dexteritatem, quo in genere omnium facile princeps videri poſſit, mihique ſane multis partibus Hieronymo ſuperior videtur: ſic tota ſenſus expreſſione ſtylo ipſe ſuo ac puriori nitet, nec tam ex aliorum ſcriptis in ſuos videtur alveos corrogare, quam à ſe propria fundere.* De Baſilii M. opere in Hexaemeron dictum ſupra, p. 84.

5. *De vocatione Gentium libri II.* ubi de neceſſitate gratiæ Evangelii.
De editionibus operum S. Ambroſii nihil habeo, quod addam dictis à me tomo tertio Bibl. Latinæ pag. 430. ſeq. niſi monere juvat optimam, quæ hactenus exſtat Pariſienſem A. 1686. & 1691. fol. 2. Voluminibus, brevi iterum ſubituram prælα * ſed accuratiorem locupletioremque addito etiam Miſſali Ambroſiano & tribus tomis diſtinctam, quorum ultimus dubia & ſuppoſita ſcripta complectetur.

XI. Etiam ex PONTII PAULINI Epiſcopi Nolani ſcriptis, qui A. C. 431. ætat. 78. in CHRISTO obiit, non omittenda Epiſtola XXXVIII. ad Jovium *de Providentia*, contra vanas Philoſophorum de fortuna & fato opiniones; Epiſtolæque ſubjunctum carmen quod incipit: *Jam mibi polliceor.* Epiſtolam XXXIX. ad militem ſæculi omitto, quæ etiam inter ſuppoſita Hieronymo legitur T. 5. edit. Marcianæi p. 184. Nam perinde ut Epiſtola XLVI. Paulini ad Licentium una cum carmine ad eum ſcripto, non Ethnicum ad Chriſtianiſmum amplectendum invitat, ſed Chriſtianum hortatur, ut non ſæculo amplius, ſed CHriſto militet, hoc eſt, Eccleſiaſticæ vitæ ſe tradat. *Poëma adverſus Gentiles*, quod Paulino eruditiſſimus Muratorius tribuit, ANTONII cujusdam eſt, cujus ſub nomine illud dedi ſupra p. 178. neſcio an Antonii Afri, Epiſcopi Fuſſalenſis, de quo S. Auguſtinus Epiſt. 209. edit. novæ (vet. 261.) De editionibus S. Paulini dictum à me eſt T. 3. Bibl. Latinæ p. 503. inter quas facile eminet quam poſt H. Gravium, Andream Schottum, Heribertum Roſweidum S. I. & Petrum Franciſcum Chiffletium debemus Joanni Baptiſtæ Braunio (le Brun) Pariſ. 1684. 8.

XII. Poſſidius, Epiſcopus in Numidia Calamenſis, in limine indiculi librorum, tractatuum & Epiſtolarum S. AUGUSTINI, Hipponis regii in eadem Numidia Epiſcopi A. C. 430. ætatis 76. defuncti, hunc exhibet catalogum ejus ſcriptorum contra Paganos, & Judæos, quæ pleraque omnia etiamnum inter opera ejus leguntur.

Contra Paganos.

1. *De Academicis libri III.* ſive contra Academicos, ad Romanianum ſcripti ſub extremum A. C. 386. exſtant T. 1. editionis Benedictinor. recuſæ Amſtelodami p. 187.
2. *De Ordine libro duo*, ad Theodorum, in eodem Tomo I. p. 315.

3. *De*

* Memoires hiſtoriques & Critiques A. 1722. Mars p. 62. ſeq.

3. *De utilitate credendi liber unus*, ad Honoratum T. VIII. p. 33.
4. *De verâ religione liber unus*, Tom. I. p. 557.
5. *De anima immortalitate liber unus.* Tom. I. edit. Amst. p. 288.
6. *Quæstio, utrum anima à se ipsa sit.* In libro de diversis quæstionibus LXXXIII. quæst. 1. T. VI. p. 1.
7. *Quæstio alia, utrum à DEO auctore sit homo deterior.* id. quæst. 3.
8. *Item alia quæstio, utrum corporeis sensibus percipi veritas possit.* id. quæst. 9.
9. *Item alia Quæstio, quarè CHristus de fæmina natus sit.* id. quæst. 11.
10. *Item alia Quæstio de Filio DEI.* id. quæst. 16.
11. *Item alia Quæstio de DEO & Creatura.* id. quæst. 19.
12. *Item alia Quæstio de Patre & Filio.* id. quæst. 23.
13. *Item alia Quæstio de Providentia.* id. quæst. 27.
14. *Item alia Quæstio, quare DEUS Mundum facere voluerit.* id. quæst. 28.
15. *Item alia Quæstio, utrum aliquid sit sursum aut deorsum in Universo.* id. quæst. 29.
16. *Item alia Quæstio, utrum rem ullam alius alio magis intelligat, atque ita ejusdem rei per infinitum eat intelligentia.* id. quæst. 32.
17. *Item alia Quæstio, quemadmodum DEI Sapientia, Dominus JESUS CHristus, & in utero matris fuerit & in cœlis.* id. quæst. 42.
18. *Item alia Quæstio, quare tanto post venit Dominus JESUS CHristus.* id. quæst. 44.
19. *Item alia Quæstio de credibilibus.* id. quæst. 48.
20. *De consensu Evangelistarum libri quatuor.* Tom. III. edit. Amstel. parte 2.
21. *Quæstiones contra* Porphyrium *exposita sex*, id est de resurrectione, de tempore Christianæ religionis, de sacrificiorum distinctione, ex eo quod Dominus dicit (Matth. VII. 2.) *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* De Filio DEI secundum Salomonem. De bono Propheta. T. II. Epist. 102. in edit. Benedictin. (In prioribus editionibus Epistola 49. ad presbyterum Deogratias.) Hæc Epistola, in qua confutantur, *quæ dicerent de Porphyrio contra Christianos, tanquam validiora decerpta*, scripta fuit circa A. C. 408.
22. *De divinatione Dæmonum liber unus.* Tomo VI. p. 369.
23. *De civitate DEI, libri viginti duo*, ad Marcellinum, contra Paganos, qui orbis calamitates & vastationem urbi Romæ ab Alarico A. C. 410. illatam Christianæ Religioni tribuebant. T. VII. edit. Benedict. Opus

 præci-

præcipuum atque eruditiſſimum ſcriptum, ut videtur circa A. C. 412. quod capitibus diſtinctum jam olim legit Lupus Ferrarienſis, qvi Epiſtola quinta laudat libri XXI. titulum 27. V. C. Michaël Maittaire T. 1. Annal. typograph. p. 61. memorat editionem horum B. Auguſtini librorum Anni 1467. (in Hendreichii pandectis A. 1465.) ſine typographi & loci indicio, & pag. 62. Romanam Anni 1468. per Conradum Sweinheim & Arnoldum Pannartz. Neapoli autem in Bibliotheca Joſephi Vallettæ fuit Auguſtinus de Civitate DEI excuſus Romæ in domo Petri de Maximis An. 1467. fol. In Bibliotheca Aproſiana pag. 447. ſeq. laudatur editio Romana Anni 1470. atque eandem videre me memini in Bibliotheca B. Conſulis noſtri D. Bernardi Matfeldii, quæ in ſectione publica centum vænibat marcis Lubecenſibus, & ad calcem adſcriptos habebat hoſce verſus:

Aſpicis illuſtris lector quicunque libellos,
Si cupis artificum nomina noſſe, lege.
Aſpera ridebis cognomina Teutona: forſan
Mitigat ars Muſis inſcia verba virum.
Conradus Schweynheim, Arnoldus Pannartzque Magiſtri
Roma impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus cum Fratre Franciſco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

Videntur unius ejuſdemque editionis exempla alia Annum 1468. 1469. alia, alia 1470. annotatum habuiſſe, vulgato etiam noſtris temporibus Bibliopolarum more, ut libri frons diutius muſteam novitatem referret. Editio Veneta Anni 1470. fol. per Joannem & Vindelinum de Spira fratres, nec non Moguntina Anni 1475. (aliis 1473.) per Petrum Schœfer fuit in Bibl. Bigotiana. Romanam Anni 1474. per Udalricum Gallum Alemannum & Simonem Nicolai de Luca, nec non Venetam A. 1475. & Neapolitanam A. 1477. per Nicolaum Moravum, & Baſileenſem A. 1479. fol. per Michaëlem Wenckler, cum commentariis Monachorum Ord. Præd. *Thomæ Valois* * & *Nicolai Triveth, Jacobi de Paſſevant* & *Franciſci de Maironis* Ord. minorum, memorat laudatus Maittaire pag. 105. 110. 123. 134. Baſileenſis

* Hic Joanni Lelando *Thomas Gvallenſis*, Caveo *Waleſius*, aliis *Thomas Anglicus de Walleis.*

leensis illa recusa Friburgi 1494. & Lugd. 1520. fol. cum iisdem commentariis, quos ridet Erasmus T. 12. edit. Amst. operum Augustini p. 572. seq. *Sertorii* commentarios, *Joannisque Redovallensis*, & *Joannis Baconthorpii* memorat Joannes Lelandus, nescio an editos. Primus in illustrando hoc Augustini opere fecit operæ pretium *Jo. Ludovicus Vives* Vir doctissimus, cum cujus commentariis Henrico VIII. * A. 1522. dedicatis, sæpissime inter Augustini opera lucem vidit. Separatim etiam cum commentariis Vivis & *Leonbardi Coquei* Aurelianensis, Paris. 1651. fol. & 2. Volum. Hamburg. 1661. 4. Gallice hosce libros post versionem Joannis du Pré & Petri Gerardi excusam Abbatis villæ 1486. fol. translatos à Gentiano Herveto didici ex Bibl. Gallica Crucimanii p. 120. Prodierunt illi Paris. 1570. fol De aliis Gallicis, Germanicis, Belgicis & & Hispanicis versionibus adeundus Christophorus Hendreichius pandect. Brandenburg. p. 341. Codex insignis MS. horum librorum exstat in Bibl. Serenissimi Ducis Gothani.

Epistola Augustini contra Paganos.

24. *Maximo Madaurensi* Grammatico. T. 2. Epist. 17. (in prioribus editt. Epist. 44.)
25. *Fratribus Carthaginiensibus.*
26. *Madaurensibus.* Epist. 232. (in prioribus editt. 42.)
27. *Dioscoro.* Epist. 118. (in prioribus edit. 56.)
28. *Volusiano.* Epist. 132. 147. (in prioribus 1. & 3.)
29. *Marcellino.* Epist. 138. 143. (in prioribus editt. 5. & 7.)
30. *Macedonio de intercessionibus Episcoporum* apud judices pro reis. Epist. 153. (in prioribus 54.)
31. *Item ipsi de veris virtutibus.* Epist. 155. (in prioribus 52.)
32. *Longiniano, dua.* Epist. 233. & 235. (in prioribus editt. 20. & 22.)

Tractatus adversus quos supra.

33. *Exhortatio ad Fidem.*
34. *De timore DEI.* T. V. edit. Benedictin. sermo 348. (in prioribus editt. sermo 214. de tempore.)
35. *De parentalibus.*
36. *De defectu Solis.*
37. *De Epiphania, duo.* Sermo 199. 374. (34. de tempore & de diversis 67.)

* Nic. Antonius T. 1. Bibl. Hispanæ p. 555.

38. *Item de Epiphania, contra quos supra, duo.*

39. *De Kalendis Januarii, contra quos supra, duo.* Sermo 197. 198.

40. *De Resurrectione tractatus duo.* Sermo 240. 241. (de tempore 139. 143.) vel 361. 362. T. V. edit. Benedictin. (de diversis 120. 121.) Laudat Gennadius c. 38. de scriptoribus Eccles.

41. *De lectione Actuum Apostolorum, ubi Epicurei & Stoici Philosophi cum Apostolo Paulo contulerunt.* Sermo 150.

42. *De testimoniis Scripturarum contra Donatistas & idola.*

Contra Mathematicos.

43. *Quæstio adversus quos supra.* in libro LXXXIII. quæstionum, quæst. 45. T. VI. edit. Benedictinor. p. 12. Amst.

44. *Epistola ad Lampadium.* Tom. II. Epist. 246. (in prioribus editt. Epistola 243.)

Contra Judæos.

45. *Quæstio de Judæis.* (in libro LXXXIII. quæstionum, est de ideis, non de Judæis. In appendice autem Tomi VIII. edit. Benedictinor. p. 11. inter dubia Augustini exstat *sermo contra Judæos, Paganos & Arianos*, qui incipit: *Inter pressuras & angustias.* Et p. 21. *De altercatione Ecclesiæ & Synagogæ dialogus*, cujus initium: *Duarum matronarum vobis censoribus caussam videor suscepisse.*

46. *Item alia Quæstio, de annis quadraginta sex ædificati templi.* in libro LXXXIII. quæstionum, quæst. 56. T. VI. p. 19.

47. *Epistola ad Asellicum Episcopum, de cavendo Judaismo.* Epist. 196. T. II. edit. Benedictin. (in prioribus editt. 200.)

48. *Adversus quos supra, tractatus duo.* Unus legitur Tom. VIII. p. 22. & incipit: *Beatus apostolus Paulus Doctor gentium.*

Subjungit hisce Possidius elenchum scriptorum S. Augustini *contra Manichæos*, quorum pleraque etiam ad institutum nostrum pertinent, quoniam in illis præcipua quædam dogmata Christianæ Religionis de uno DEO Veteris & Novi Testamenti, & de librorum Vet. Testamenti Divinitate, nec non de Veritate incarnationis Filii DEI, & quod mali auctor DEUS non sit, egregie defenduntur & illustrantur. Ecce igitur tibi Possidianum scriptorum Augustini etiam adversus Manichæos Catalogum:

49. *De moribus Ecclesiæ Catholicæ & de moribus Manichæorum libri duo.* T. I. Benedictin. p. 511. edit. Amst.

50. *De duabus animabus liber unus.* T. 8. p. 45.

51. *Unde*

51. *Unde malum, & de libero arbitrio libri tres.* T. 1. p. 421.
52. *Acta contra Fortunatum Manichæum, liber unus.* T. 8. p. 67.
53. *In Genesin, contra Manichæos, libri duo.* T. I. p. 480.
54. *Contra Epistolam,* (Manichæi, quam vocant *Fundamenti, liber unus.* T. 8. p. 109.
55. *Contra Adimanti calumnias* (Manichæi discipuli, qui loca Veteris Testamenti & Novi tanquam contraria objecerat,) *quæstiones diversæ numero XXVIII.* T. 8. p. 81.
56. *Quæstio de libero arbitrio,* in libro de LXXXIII. quæstionibus, quæst. 2. T. 6. pag. 1.
57. *Item Quæstio de malo,* quæst. 6.
58. *Item alia Quæstio, utrum corpus à DEO sit,* quæst. 10.
59. *Item alia Quæstio, non fuisse corpus Domini nostri JESU CHristi phantasma,* quæst. 14.
60. *Item Quæstio utrum DEUS mali auctor non sit,* quæst. 21.
61. *Item Quæstio, Deum non pati necessitatem.* quæst. 22.
62. *Item Quæstio, utrum & peccatum & recte factum, in libero sit voluntatis arbitrio, quod ita esse omnino verissimum est.* quæst. 24.
63. *Item Quæstio de cruce CHRISTI.* quæst. 25.
64. *Item Quæstio, cum animarum natura una sit, unde hominum diversæ voluntates?* quæst. 40.
65. *Item Quæstio, quare Filius DEI apparuit in homine, & Spiritus S. in columba?* quæst. 43.
66. *Item Quæstio, quare filii Israël sacrificabant visibiliter pecorum victimis?* quæst. 49.
67. *Item alia Quæstio, de homine facto ad imaginem & similitudinem DEI.* quæst. 51.
68. *Item alia Quæstio, quod dictum est,* (Genes. VI. 7.) pœnitet me hominem fecisse. quæst. 52. adde lib. 15. de Civ. DEI c. 25.
69. *Item Quæstio de auro & argento, quod ab Ægyptiis Israëlitæ acceperunt,* Exod. XII. 35. quæst. 53.
70. *Item Quæstio de eo, quod scriptum est,* (Cantic. VI. 7.) Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentulæ quarum non est numerus. quæst. 55.
71. *Item Quæstio de eo, quod scriptum est,* (Philipp. II. 7.) & habitu inventus ut homo. quæst. 73.
72. *Contra Epistolam Secundini Manichæi, liber unus.* Tom. VIII. p. 371.

73. *Acta*

73. *Acta habita cum Felice Manichæo, libri duo.* Tom. VIII. p. 334.
74. *De natura boni, liber unus*, id. p. 355.
75. *Contra Faustum Manichæum quæstiones diversæ, libri triginta tres.* T. VIII. p. 131.
76. *Epistola ad Honoratum.* Tom. II. edit. Benedictin. Epist. 140. (vet. edit. 120.)

Tractatus adversus memoratos.

77. *De* in principio fecit DEUS cœlum & terram, & in principio erat Verbum. Tom. V. serm. 1.
78. *Ex eo, quod in Aggæo Propheta scriptum est,* (II. 9.) Meum est aurum, & meum est argentum. Serm. 50.
79. *Contra quos supra, Quæstio de sacrificiis spiritalibus.*
80. *Contra quos supra, de die Domini, secundum Sophoniam Prophetam.*
81. *Contra quos supra, ex eo quod scriptum est in Iob,* (I. 6.) Venerunt Angeli in conspectu DEI, & diabolus in medio eorum: & *ex Evangelio:* (Matth. V. 8.) Beati mundi corde, quoniam ipsi DEUM videbunt. Tom. 5. serm. 12.

Fuit etiam, qui ex Augustini scriptis colligeret Demonstrationem tripertitam *Bartholomæus Fibus*, S. I. unam de DEO, adversus Atheos Ethnicosque: alteram de JESU CHRISTO, adversus Judæos & alios à fide Christiana alienos: tertiam de Ecclesia adversus Hæreticos, quos vocat Schismaticosque, editam Coloniæ 1702. 4. Vide Historiam Operum eruditorum Anglice editam Londini A. 1703. pag. 44.

De editionibus Operum Augustini præter Oudinum T. 1. p. 933. aliosque scriptorum Ecclesiasticorum tradentes notitiam, consules Acta Erud. A. 1683. pag. 3. atque si placet quæ notavi Tom. 3. Bibl. Latinæ p. 512. sq. Bernhardi Vindingii Criticus Augustinianus Monachii editus in lucem 1621. 8. & Prosperi Stellartii Augustinomachia vulgata Lugd. 1617. censuram de beati Doctoris scriptis ferunt, quam non infrequenter sequuntur in præclara sua editione Benedictini, quæ Parisiis 1679–1701. publici juris facta, deinde curante V. C. Joanne Clerico non sine insigni auctario recusa est Amstelodami 1703. fol. duodecim Voluminibus. Josephi Mariæ Svaresii * dissertatio de Chronologia Operum S. Augustini una cum testimoniis de opere illius perfecto adversus Julianum Pelagianistam è Conciliis deprompta prodiit Rom. 1670. 4. Vitæ Augustini scriptoribus

* Giornale de' letterati di Roma A. 1670. p. 45.

ſcriptoribus alibi à me laudatis addendus Auguſtinus Cermelli, Ligur, Ord. Prædicat. Ferrariæ 1648. 4.

XIII. Quod argumentum jam ante attigerant Tertullianus, *a)* Cyprianus, *b)* Arnobius, *c)* Ambroſius, *d)* Prudentius *e)* atque noviſſime Auguſtinus, *f)* Chriſtianos malorum ac calamitatum publicarum auctores, quod à gentibus arguebantur, neutiquam eſſe: idem ex inſtituto probandum etiam in ſe ſuſcepit PAULUS OROSIUS, ab eodem Auguſtino ad hoc inſtigatus, in *VII. libris hiſtoriarum*, Auguſtino etiam dicatis, & ab orbe condito, rerum geſtarum ſeriem deducentibus ad ſuam usque ætatem, A. C. 415. inductioneque omnium temporum demonſtrantibus

a) Apologetici c. 40. ſeq. & lib. I. ad Nationes c. 9.

b) Ad Demetrianum.

c) Arnobius lib. I. ſub init.

d) Ambroſius contra Symmachum, Epiſt. 31. ad Valentinianum Imp.

e) Prudentius II. 916. ſeq. contra Symmachum.

f) Auguſtini libris quinque prioribus operis de Civ. DEI ad Marcellin. cujus univerſi argumentum breviter ipſe exponit his verbis lib. 2. retractationum cap. 43. *Interea cum Roma Gothorum irruptione, agentium ſub rege Alarico, atque impetu magnæ cladis everſa eſt, ejus everſionem Deorum falſorum multorumque cultores, quos uſitato nomine Paganos vocamus, in Chriſtianam Religionem referre conantes, ſolito acerbius & amarius Deum verum blaſphemare cœperunt. Unde ego exardeſcens zelo domus Dei, adverſus eorum blaſphemias vel errores, libros de Civitate Dei ſcribere inſtitui. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quod alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret, & me prius ad ſolvendum occupabant. Hoc autem de Civitate Dei grande opus tandem viginti duobus libris eſt terminatum. Quorum quinque primi eos refellunt, qui res humanas ita proſperari volunt, ut ad hoc multorum Deorum cultum, quos Pagani colere conſueverunt, neceſſarium eſſe arbitrentur: & quia prohibentur, mala iſta exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque adverſus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala nec defuiſſe unquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nunc parva, locis, temporibus, perſoniſque variari: ſed Deorum multorum cultum, quo eis ſacrificatur, propter vitam poſt mortem futuram eſſe utilem diſputant. His ergo decem libris, duæ iſtæ vanæ opiniones, Chriſtianæ religioni adverſariæ refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguiſſe, non autem noſtra aſſeruiſſe reprehenderet, id agit pars altera operis hujus, quæ libris duodecim continetur. Quanquam ubi opus eſt, & in prioribus decem, quæ noſtra ſunt aſſeramus, & in duodecim poſterioribus redarguamus adverſa. Duodecim ergo librorum ſequentium primi quatuor continent exortum duarum civitatum, quarum eſt una Dei, altera hujus mundi: Secundi quatuor, excurſum earum ſive procurſum. Tertii vero, qui & poſtremi, debitos fines. Ita omnes viginti & duo libri cum ſint de utraque civitate conſcripti, titulum tamen à meliore acceperunt, ut de Civitate Dei potius vocarentur.*

Digitized by Google

tibus falsam esse calumniam paganorum illius ætatis, qui tempora sua *veluti malis extra solitum infestissima, ob hoc solum quod credebatur CHristus & colebatur DEUS, idola autem minus colebantur, infamabant.* Confer B. D. Kortholti obtrectatorem paganum lib. 2. c. 15.

Editiones OROSII.

Editio Orosii Veneta 1483. fol. opera & expensis Octaviani Scoti Modœtiensis fuit in Bibl. Hohendorfiana p. 90. & in Bibliotheca Joannis Mori, Episcopi Eliensis. Hæc itaque non secuta est, * sed antecessit Venetam quam expensis Bernardini Veneti de Vitalibus excusam laudat Barthius XXXVI. 17. adversar. nam hæc A. 1500. cum dux esset Augustinus Barbadicus, lucem vidit. Cave etiam credas Dan. Gvil. Mollero, qui Hittorpianam editionem pro prima venditat in diss. de Orosio, Aldorf. 1689. §. 23. Nec visæ mihi quas idem laudat editiones Cornelii Gvalteri, Schonhovii & Roberti Stephani. Extant etiam editiones Parisienses 1510. 4. quam ex legato Perizoniano servat Bibl. Leidensis, & 1524. fol. apud Johannem Parvum & 1534. fol. typis Petri Vidovæi edente Sebastiano Mengino.

Colonienses 1526. fol. apud Eucharium Cervicornum, cum præfat. Gerardi Bolsvinge, Reckelinchusensis, & ex recensione Jo. Cæsarii 1536. 8. & apud Jasparem Genepæum 1542. 8. & cum notis Francisci Frabricii Marcodurani 1561. 1574. 1582. 8. quem nimis sibi in Orosio indulsisse notat Barthius XXXVI. 17. Adversar.

Omitto Orosium sæpius editum in Bibliothecis Patrum, nec non in Renati Laurentii de la Barre Historia veterum Patrum Christiana Paris. 1583. fol. & in Johannis Philippi Vorburgii Volumine tertio Historiarum pag. 491. Francof. 1650. fol.

Præstantissima editio Moguntina 1615. 8. ubi caput primum libri primi auctius è MSto Genevensi, & præter Franc. Fabricii notas & emendationes Andreæ Schotti habentur etiam præmissæ volumini castigationes Lud. Lautii, † presbyteri Gandensis.

Versio *Germanica* Hieronymi Boneri, Francof. 1576. 1581. fol.

Gallica Philippi Nigri, sive le Noir, Paris. 1526. fol.

Italica auctore M. A. Bonaccivoli, Venet. 1528. 4. Vide Dan. Gvil. Molleri diss. de Orosio, §. 25. Alia per Jo. Gverinum de Lancisa. Venet. 1539. 8.

Hispanica

* Secutam scribit Nic. Antonius p. 181. Tom. I. Bibl. Hispanæ veteris.

† Perperam Lautii excusum in T. I. Bibl. Latinæ.

Hispanica MS. Didaci à Jepes, Toletani memoratur à Nic. Antonio Tom. 1. Bibl. vet. Hispan. p. 182.

Versionem liberiorem *Anglosaxonicam*, cui auctore Ælfredo Rege, navigationes quædam septentrionales insertæ sunt: à Wilhelmo Elstob exspectare nos jussit Georgius Hickesius diss. Epistolica f. 98. Confer & ejusdem Catalogum MSS. Anglosaxonicorum p. 85.

Viros celeberrimos *Gerhardum von Mastricht* Bremæ & *Joannem Clericum* Amstelodami de adornanda nova Orosii editione cogitasse notant memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1712. p. 1666. Sed Mastrichtius quidem jam A. 1721. 9. Cal. Febr. annum agens 82. ætatis extinctus est, & Clericum aliæ ni fallor graviores curæ ab hoc instituto hactenus detinuere.

Vocabulum *Hormesta*, quod Codices quidam Orosiii præferunt, vir eruditiss. Jo. Georgius Eccardus in diss. inserta Tomo primo Bibl. historico theologicæ Bremensis A. 1718. 8. T. 1. p. 325. derivat ab Gothico *armen*, misereri, velut *armwist* sive *ormist*, miseria: uti Balthasar Bonifacius * illud corruptum putat ex vocabulis *Orbis mæstitia:* Nic. Hieron. Gundlingius in Gundlingianis XXV. 4. *Orestes*, veluti longa tragœdia: quæ propius accedunt ad titulum, quem in vetustissimo Codice Bongarsius reperit, *de miseria hominum*, quam vel D. Jo. Diecmanni τῦ μακαρίτυ *harmosta*, Bibl. Historico-Theolog. Bremens. T. 1. p. 546. à Græco vocabulo ἁρμόζειν aptare: vel ab ὅραμα quod visionem significat, unde Græcobarbaram vocem *hormestam* composuisse Afros persuasit sibi vir doctus Jo. Schilterus Observat. 2. ad Chronicon Argentoratense Kœnigshœvenii. Vel ab ὁρμὴ, quod denotat motum, impetum, agitationem, unde illud nomen deducebat Cotelerius in notis ad Tom. 2. monumentorum Ecclesiæ Græcæ p. 621. vel Vossii ὁρμαθὸς veluti series rerum ac catena, aut Barthii *omnis historia:* vel denique *orchestra*, quam nuncupationem Stephano Vinando Pighio in Hercule Prodicio probatam amplectitur Andreas Schottus præfat. ad editionem Orosii Moguntinam.

XIV. Ex *Aurelii* PRUDENTII *Clementis*, poëtæ pii cultique, qui circa idem tempus claruit carminibus, nefas fuerit præterire ejus *libros duos* Heroicis versibus scriptos *adversus Symmachum*, præfectum urbis, cujus relationem pro ara Victoriæ ab S. Ambrosio oppugnatam jam dixi. † In hoc

 poë-

* Bonifac. de scriptoribus Rom. histor. legendis c. 31.

† Supra p. 241. Illa Symmachi relatio in editione, quam Clariss. Cellarius curavit, Prudentii

poëmate multis erudite superstitiones Ethnicas & idolorum cultum exagitat Prudentius, in cujus *apotheosi* præterea occurrit caput adversus Judæos vers. 321. seq. (laudatum etiam à Gregorio Turonensi lib. 1. de gloria martyrum cap. 41.) nec non caput pro resurrectione corporum, v. 1063. seq. quam etiam tuetur hymno cathemerinon decimo. Animabus impiorum pœnas sempiternas esse propositas ostendit capite alio in apotheosi v. 782. seq. Denique Martyrum constantiam laureasque diserto ore celebrat in hymnis peristephanon.

PRUDENTII Editiones.

Prodiit Prudentius Daventriæ 1472. 4. atque est mihi ad manus editio antiqua in 4. sine anni nota, locive, ad cujus calcem hæc verba leguntur: *Aurelii Clementis Prudentii opera prudens lector hoc ordine impressa invenies. Primum in utrumque testamentum tetrasticha. Deinde eum quem de Divinitate librum scripsit, Apotheosinque titulavit. Psychomachia sequitur. Hamartigenia bis recto ordine additur. Peristephanon subditur, sic enim Græce liber ad martyrium invitatorius inscribitur. Diurnorum vero hymnorum libro, (qui & cathemerinon dicitur) & eo quem contra Symmachum, idololatriam defendentem scripsit, pulchro & recto ordine totum opus consummatur.*

Carmen in Romanum martyrem, cum amplo *Jo. Murmelii* Ruremundensis commentario prodiit separatim Coloniæ in chalcographia ingenuorum librorum Qventell, 1507. 4.

Jacobi Spiegel Selestadiensis commentarius in hymnum de CHristi miraculis ad omnes Horas, *da puer plectrum*, Selestadii in ædibus Lazari Schurerii 1520. fol. Ad calcem voluminis exstat Jacobi Wimphelingii Epistola, in qua *facessant*, inquit, *Catullus, Tibullus, Propertius: cum exstent Sedulius, Prudentius, Baptista Mantuanus: pro Martiali tutius legantur epigrammata Buschii, Murmelii, Sapidi.* Verum si gemmæ in argentea theca vel plumbea merito præferendæ sunt auro carbones tegenti, non ideo plumbum ipsum vel argentum auro præstat, neque aurum facessere jubebimus.

In *Georgii Fabricii* Chemnicensis collectione veterum Poëtarum Ecclesiasticorum cum notis vulgata Basil. 1562. 4. familiam ducit Prudentius. Ejusdem Fabricii in pæanas tres Prudentii, Sedulii, Fortunati de vita

dentii libris præfigitur. Isaacus Grangæus præter illam Symmachi relationem subjunxit etiam scriptum utrumque S. Ambrosii, petitioni Symmachi oppositum.

de vita & morte CHristi, & in hymnos tres alios Prudentii & in Romanum martyrem expositio. Lipsiæ 1568. 8. subjuncta adagiorum annotatorum centuria.

Augusti Buchneri commentarius in Prudentii hymnum de CHristi Natali. Witeb. 1643. 8.

Ad calcem historiæ Trojanæ Daretis Phygii quam Lipsiæ 1498. 4. edidit & Martino Polichio Mellerstadensi dicavit Johannes Majus Romhiltensis, subjiciuntur Prudentii hymni tres, 1) de Phase populi Israelitici, 2) de miraculis Salvatoris nostri, 3) de quiete & somno, divino munere.

Prudentius cum *Antonii Nebrissensis* commentario & scholiis *Jo. Sichardi*, qui sex Codd. MSS. usum se testatur, vidit lucem Antwerp. ex Jo. Steelsii officina 1540. 8. Cum Sichardi scholiis jam prodierant Prudentii carmina Basil. 1527. 8. apud Cratandrum, atque iterum apud Henricum Petri.

Cum notis *Jo. Sichardi* & *Erasmi* Lugd. 1553. 8.

Aurelius Prudentius Clemens *Theodori Pulmani* Cranenburgii & *Victoris Giselini* opera ex fide decem librorum MSS. emendatus, & in cum ejusdem Giselini commentarius. Antwerp. ex officina Christoph. Plantini 1564. 8. subjuncto ad calcem voluminis, Erasmi in hymnos duos commentario.

Ex Giselini recensione Paris. 1566. & Lugd. Batav. 1596. forma minore.

Præclaram inprimis editionem Prudentii Wechelianis typis publici juris fecit *Joannes Weitzius*, non modo recensitam ad MSS. Codices, sed etiam præter varias lect. & minime contemnendas Weitzii ipsius notas, exhibentem glossas ante ineditas & dignas, quæ ederentur *Isonis* Magistri, monachi S. Galli, qui A. C. 871. diem obiit. Præterea quæcunque in Prudentium scripserant Ælius Antonius Nebrissensis, Jo. Sichardus, Erasmus, Jac. Spigelius, Georgius Fabricius, Adam Siberus, Jo. Murmelius, Victor Giselinus, Georgius Remus, Adam Theodorus Siberus & Andreas Wilkius.

In libros duos contra Symmachum, minus emendate excusos, commentaria *Isaaci Grangai* Gymnasiarchæ Vindocinensis adspexere lucem Paris. 1614. 8. is putat Prudentium eos scripsisse A. C. 403. cum viginti annis post relationem ab S. Ambrosio confutatam Symmachus iterum ausus fuisset Imperatores Arcadium & Honorium pro ara Victoriæ sollicitare.

sollicitare. Nec paucos fuisse in Senatu, qui cum Symmacho facerent, colligas ex eo, quod Prudentius 1. in Symmachum v. 609.

Aspice quam pleno subsellia nostra Senatu
Decernant infame Iovis pulvinar - -

Prudentius in usum scholarum ex postrema doctorum virorum recensione editus Luneb. 1648. 12. Omitto editiones in Bibliothecis Patrum & in Corporibus Poëtarum obvias.

Cum eruditis *Nic. Heinsii* notis excusus Prudentius nitide Amst. 1667. 12.

Prudentius cum notis *Nic. Heinsii* & variorum doctorum virorum maxime necessariis, (*Isonis* Magistri præcipue & *Antonii Nebrissensis*) cum præfatione *M. D. Mulleri*, Colon. 1701. 8. parum emendata parumque nitida editio.

De optima omnium Prudentii editione, quam in usum Delphini Paris. 1687. 4. curavit Stephanus Chamillardus S. I. vide Acta Eruditor. Tom. 1. supplem. 3. p. 126. & de recentiore *Christophori Cellarii* τȢ μακαρίτȢ Halæ Sax. 1703. 8. eadem Acta 1703. p. 154. & Historia operum eruditorum Anglice edita Lond. 1704. p. 415.

XV. De EVAGRIO, quem à notissimo illo Pontico distinguit, ita Gennadius Massiliensis in libro de scriptoribus Ecclesiasticis (scripto non ante A. C. 493.) cap. 50. *Evagrius alter scripsit* altercationem *SIMONIS* Judæi & *THEOPHILI* Christiani, *quæ pæne omnibus nota est.* Eadem de illo (Gennadii ut solet insistens vestigiis) Marcellinus Comes, qui Justiniani Imp. temporibus claruit, in Chronico ad A. C. 423. Hanc altercationem sive dialogum huncce cum Simone Judæo, qui à Theophilo ad CHristi fidem amplectendam persuasus & ab eodem tinctus sive baptizatus est, primi ex Codice Vindocinensi vulgarunt monachi eruditi Benedictini Edmundus Martene & Ursinus Durandus in limine Tomi quinti, thesauri anecdotorum, Paris. 1717. fol. p. 3-18. Quoniam vero & ætas & scribendi genus non male convenit, etiam Evagrio huic tribuere non dubitant, quam in eodem Codice Vindobonensi præmissam illi repererunt

Collationem sive *altercationem ZACHÆI* Christiani cum *APPOLLONIO* Ethnico Philosopho, tribus distinctam libris, quos primus Lucas Dacherius ediderat ex Codicibus MSS. duobus Thuanæ Bibl. & uno Bibl. S. Arnulfi Metensis, in Tomo X. spicilegii Patrum Paris. 1671. 4. & postea ad calcem tomi XIII. A. 1677. subjunxit Varias Lectiones ex MS. Codice Biblio-

Bibliothecæ S. Martialis Lemovicensis, ante A. 1010. jussu Ademari Cabanensis exarati. Illis adhibitis, sicut etiam lectionibus Codicis Vindocinensis, quas publicavit Edmundus Martene tomo V. thesauri anecdotorum p. 1845. seq. opus hoc recensuit notasque suas addidit Ludovicus Franciscus Joseph de la Barre Tornacensis in nova editione spicilegii Dacheriani Paris. 1723. fol. statim in limine Tomi primi.

Libro *primo* consultationis hujus sive collationis respondet Zachæus ad Apollonii varia objecta & Christianam fidem Philosopho persuadet ita, ut manus ille det rationibus & testimoniis victum se confessus. Etiam de divinitate Legis Mosaicæ & contra fatum & Mathematicos sive Astrologos & de aliis capitibus acute disserit. Cultum imaginibus Imperatorum exhibitum damnat cap. 28. & ab districtioribus Christianis horreri testatur.

Libro *secundo* breviter confutatis Judæis oppugnat hæreticorum errores Manichæorum, Marcionitarum, Photinianorum, Sabellianorum, Patripassianorum, Arianorumque & denique Novatianorum.

Libro *tertio*, formam conversationis Catholicæ, sive vivendi & abstinentiæ præcepta persequitur, quibus Christianos universe, speciatim Monachus Monachos hortandos suscipit, & de resurrectione atque adventu CHristi ad judicium commentatur, finem impositurum sævitiæ Anti-Christi, quem Judaismum conaturum instaurare existimat. Tempus, quo scripsit, indicat lib. 3. cap. 8. *Regnis insuper regna confligunt, & insuspicabiles sceptris justarum sedium Augustos depellunt.* His enim verbis non obscure tangit, quae ab Odoacro Herulorum Rege gesta A. C. 470. Certe Augustino tribui non potest, non tantum ob temporis notam, sed etiam ob stylum & scribendi genium, qui est valde ab Augustiniano diversus, quamvis in Catalogo Bibl. Nobilissimi Viri, Conradi Zachariae ab Uffenbach parte 2. p. 11. reperio MS. *S. Augustinum de contentione Zachæi & Apollonii.*

XVI. JUNILIUS, Africanus Episcopus à Trithemio & aliis refertur ad A. C. 440. sed junior fuit, scripsit enim ad Primasium Episcopum in Africa Justinopolitanum (qui A. 553. Vigilii Papæ constituto pro tribus capitulis subscripsit,) *libros duos* quæstionum & responsionum *de partibus Divinæ Legis*, Cassiodoro * ex merito laudatos, & non contemnendas Regulas

* Cassiodor. lib. I. institut. divinar. c. 10. ubi introductores Scripturæ Divinæ laudat, atque sedula se curiositate collegisse, Tychonium Donatistam, S. Augustinum de doctrina Christiana, Hadrianum, Eucherium & Junilium.

gulas de sacris litteris rectius legendis & intelligendis complectentes, quas ex *Pauli* * Persæ præceptis excerpsisse se Junilius profitetur. Prodierunt Basileæ 1545. 8. cura Joannis Gastii, & Paris. 1556. 12. una cum commentariolo in priora Geneseos, quem Bedæ non Junilii esse constat: & ad calcem compendii Theologici Christophori Pelargi, Francof. ad Viadrum 1603. 8. & in Bibliothecis Patrum Paris. A. 1575. Tom. VI. & An. 1589. & 1654. Tom. I. & Colon. A. 1618. Tom. VI. & Lugd. 1672. T. X. p. 340. Ut autem Junilii hoc loco mentio à me fieret, duo postrema capita libri secundi me permoverunt, quæ integra subjungam:

JUNILII LIB. II. CAPUT XXIX.

Unde libri Religionis Catholicæ asseruntur.

„*D.* Unde probamus libros religionis nostræ, diuina esse inspiratione „conscriptos? *M.* Ex multis, quorum primum est, ipsius scripturæ veritas; „deinde ordo rerum, consonantia præceptorum, modus locutionis sine am„bitu, puritasque verborum. Additur conscribentium & prædicantium „qualitas: quod divina, homines; excelsa, viles; infacundi subtilia, non „nisi divino repleti Spiritu tradidissent. Tum prædicationis virtus, quam „dum prædicaretur (licet à paucis despectis) obtinuit. Accedunt his, te„stificatio ** contrariorum, ut Sibyllarum vel Philosophorum; expulsio ad„versariorum, utilitas consequentium, exitus eorum quæ per acceptationes „& figuras prædicationesque prædicta sunt. Ad postremum, miracula jugiter

* Junilius præf. ad Primasium, quem patrem appellat: *Quæsisti si quis esset inter Græcos, qui Divinorum librorum studio intelligentiaque flagraret. Respondi vidisse me quendam* Paulum *nomine,* Persam *genere, qui in Syrorum schola in Nisibi urbe est edoctus, ubi Divina Lex per magistros publicos, sicut apud nos in mundanis studiis Grammatica & Rhetorica, ordine ac regulariter traditur. Tunc diu quæsitus; si quid ex ejus dictis haberem, dixi quod legissem regulas quasdam, quibus ille discipulorum animos Divinarum Scripturarum superficie instructos, priusquam expositionis profunda patefaceret, solebat imbuere - - - unde in duos brevissimos libellos regularia hæc instituta collegi, addens ipsius dictionis, quantum potui, utilem formam, ut velut discipulis meis rogantibus & Magistro respondente breviter singula & perlucide dicerentur.* Scholæ illius Nisibenæ etiam Cassiodorus præf. institut. divinarum meminit, testaturque exemplo scholæ catecheticæ Alexandrinæ (à secundo usque seculo claræ,) illam tunc floruisse. *Sicut apud Alexandriam multo tempore fuisse traditur institutum, nunc etiam in Nisibi civitate Syrorum ab Hebræis sedulo fertur exponi,* hoc est, ut intelligo, ex Hebraico sermone verti & explicari Scripturam Sacram Veteris Testamenti.

** Male in editis, *rectificatio.*

jugiter facta, donec Scriptura ipsa susciperetur à Gentibus. De qua" hoc nunc ad proximum miraculum sufficit, quod ab omnibus suscepta" cognoscitur."

CAPUT XXX.

Ubi sit Fides religioni necessaria.

D. Si Divinæ Scripturæ probationibus sufficiunt, quid necessaria est" religioni, Fides? *M.* Fides nostra super ratione quidem est, non tamen" temerarie & irrationabiliter adsumitur: Ea enim quæ ratio edocet; fides" intelligit, & ubi ratio defecerit, fides præcurrit. Non enim utcunque" audita credimus, sed ea quæ ratio non improbat: Verum quod consequi" ad plenum non potest, fideli prudentia confitemur."

Poterit hisce jungi CASSIODORI Divinarum institutionum caput decimum sextum *de Virtute Scripturæ Divinæ*, cujus initium apponam: *Intuemini, sodales egregii, quam mirabilis, quam dulcis in Divinis scripturis decurrit ordo dictorum; desiderium semper excrescens, satietas sine fine, esuries gloriosa beatorum: ubi nimietas non arguitur, sed magis importunitas crebra laudatur. Et merito, quando & notitia rerum salutarium inde discitur, & credentibus atque eadem operantibus æterna vita præstatur: præterita sine falsitate describunt: præsentia plusquam quod videntur, ostendunt: futura quasi jam perfecta narrant. Ubique in eis veritas regnat, ubique Divina virtus irradiat, ubique panduntur humano generi profutura.*

XVII. SALVIANUS Massiliensis (non Episcopus, sed) presbyter circa A. C. 440. * scripsit ad Salonium Episcopum, suum olim discipulum, *libros VII. de Providentia & gubernatione DEI*, † deque justo ac præsenti ejus judicio, quos primum cum scholiis vulgavit Jo. Alexander Brassicanus Basil. 1530. fol. Deinde ut alias editiones Clarissimo Caveo memoratas prætercam, Jo. Theodorus Macherentinus S. I. in capita distinxit, & scholiis marginalibus atque annotatione consensus SS. Patrum illustravit Augustæ Taurinorum 1609. 4. Occurrunt etiam una cum cæteris Salviani scriptis recusi in Bibliothecis Patrum, & ex Stephani Baluzii recensione, in novissima Lugdunensi T. VIII. p. 340. Denique ad editionem Norimbergensem Anni 1623. 8. & Baluzianam Paris. 1669. 8. recuderunt

* Vide Tillemontium T. 16. memor. Hist. Eccles. p. 191.

† Gennadius c. 67. memorat Salviani de præsenti judicio libros quinque, & pro eorum præmio satisfaciendo ad Salonium Episcopum librum I.

cuderunt Bremenfes, additis Variis Lectionibus collectis à Goldafto, commentarioque Conradi Rittershufii, qui Altorf. A. 1611. 8. primum lucem viderat, notisque integris Jo. Weitzii, Tobiæ Adami, Theodori Sizmanni, Jo. Alexandri Braflicani & Stephani Baluzii, conjectis ad voluminis calcem. Brem. 1686. 4. Accedit ex ejusdem Baluzii recenfione *Vincentii Lirinenfis* Commonitorium five liber infignis A. C. 434. fcriptus fub *Peregrini* nomine *pro Catholicæ fidei antiquitate adverfus profanas omnium novitates hæreticorum*, præmiffa ad eundem Georgii Calixti differtatione. Gallica verfio duplex noviffime prodiit: una omnium Salviani operum, auctore Bonneto, facri Oratorii presbytero, Parif. 1702. 12. altera librorum de Providentia, interprete Droueto de Maupertuis, S. I. Parif. 1701. 12. *Journal des Savans 1702. p. 299. Memoires de Trevoux A. 1702. T. 2. edit. Amft. p. 54. & A. 1708. p. 938. & A. 1711. p. 1993.*

XVIII. Inter ISIDORI, Epifcopi Hifpalenfis, fcripta, quem A. C. 936. conftat obiiffe, commemorandi à me veniunt *libri duo contra nequitiam Judæorum* ad Florentinam fororem, quorum prior de Nativitate, Paffione, Refurrectione, Regno atque Judicio Domini, alter eft de vocatione Gentium. Prioris libri major pars cum antiquiffima verfione theotifca lucem vidit ad calcem harmoniæ Evangeliorum, tributæ Tatiano, & fimiliter veteri verfione theotifca inftructæ cum animadverfionibus & gloffario egregii viri, meique cum viveret amici Joannis Philippi Palthenii, Gryphiswaldiæ 1706. 4. Liber Ifidori uterque Latine, qualis ab Ifidoro fuit fcriptus, non modo feparatim fæpius vidit lucem ut Haganoæ 1529. 4. Venet. 1584. fed etiam inter Ifidori opera, Margarino Bignæo curante Parif. 1580. & fingulari ftudio plurium doctorum Hifpaniæ virorum ac Joannis Griali Ecclefiæ Calagurritanæ Canonici, Madriti 1599. fol. denique ex recenfione Jacobi Breulii, Monachi S. Germani de Pratis, Parif. 1617. fol. De Ifidoro ipfo præter editores & Lucam Tudenfem in hujus vita, conferre juvabit Nic. Antonii Bibl. veterem Hifpanam lib. V. cap. 4. Henfchenium T. 1. Act. Sanctor. Aprilis pag. 327. 900. feq. Mabillonium Sec. 2. Benedictin. &c.

XIX. Fides ISATIS ex Judæo Chriftiani, edita eft ex Petri Pithoei Codice ad calcem Codicis Canonum veteris Ecclefiæ Romanæ p. 362--365. Parif. 1687. fol. edente Claudio Pelleterio, qui in fua Bibliotheca etiam Pithœanam collectionem Conciliorum MStam affervare fe fuit teftatus.

Eundem

Eundem libellum primus Jac. Sirmondus vulgaverat cum lucubrationibus Leporii presbytri, Capreoli Episcopi Carthaginiensis & Victorini Afri, Parif. 1630. 8. cum quibus etiam recusus exstat Tom. 1. operum Sirmondi, Parif. 1696. fol. pag. 401. Incipit: *Quinque sunt omnia, quæ sunt.* Sed Sirmondus non *Isatis*, sed ISAACI nomine proscripsit, quia non dubitavit scilicet, eundem esse, de quo Gennadius c. 26. de S. E. *Isaac scripsit de Sancta Trinitatis personis & incarnatione Domini librum obscurissimæ disputationis & involuti sermonis, confirmans ita in una Deitate tres esse personas, ut sit aliquid in singulis proprium, quod non habeat alia.*

XX. Georgius Florentius GREGORIUS, *Turonensis* Archi-Episcopus, in historia Francorum, cui A. C. 595. est immortuus, libro sexto capite quinto refert habitam A. C. 581. disputationem Regis Chilperici suamque cum Prisco Judæo nolente baptizari: & aliam iterum libri decimi sive ultimi capite decimotertio, quam cum Sadducæo presbytero habuit de resurrectione corporum humanorum. Prodierunt Gregorii Turonensis opera Parif. apud Jodocum Badium Ascensium & Joannem Parvum cum Chronico Adonis Viennensis A. 1512. fol. & ne alias jam editiones, notasque Antonii Dadini Alteserræ in Gregorium ac Fredegarium, Tolosæ 1679. 4. editas, & Gallicam Michaelis Marollesii versionem Parif. 1668. 8. duobus voluminibus vulgatam memorem, diligentissime castigata cum notis publici juris fecit, Fredegarii continuationem & epitomen similiter emendatam adjunxit Theodoricus Ruinartus, monachus Benedictinus, Parif. 1699. fol. Idem MStorum Codicum fide refellit Carolum le Cointe, qui interpolatam Gregorii historiam & multis alienis admixtis haud sinceram nos habere existimabat, cæterum pluribus ejus locis lucem non contemnendam affert in Annalibus Francorum, qui & novam illius editionem post Freherum, Andream du Chesne & alios molitum se significavit. Vitam Gregorii quam pridem sub Clericorum Turonensium nomine dedit Surius ad 17. Novembr. ab Odone Cluniacensi scriptam haud inverisimiliter suspicatur & ex MSS. emendatiorem Ruinartus exhibet.

XXI. JULIANUS, Episcopus Toletanus, Juliano Pomerio, * quem sæpius

* Julianus Pomerius, Mauritanus, presbyter Arelatensis, clarus circa extremum sæculi quinti. citatur à Juliano Toletano lib. 1. prognosticon cap. 9. & lib. 2. c. [illegible] & 10. & lib. [illegible]. c. 16. 19. 26. 27. 28. Hujus Pomerii, ut in transcursu id notem, prologum alterum librorum

sæpius citat junior, testatur se scripsisse * anno æræ Hispanicæ 724. (CHristi 686.) nec diu post, A.690. est defunctus. Composuit *libros tres de futuro sæculo*, sive *demonstrationem ætatis sextæ contra Judæos*, ad Ervigium Regem, qui vulgati à Menardo Molthero Heidelbergæ 1532.8- & à Boëtio Epone, Duaci 1564. sunt etiam obvii in Micropresbytico Basil. 1550. p. 547. & in Orthodoxographis utriusque editionis, nec non in Bibliothecis Patrum, ut in novissima Lugdunensi T. XII. pag. 614. De argumento hujus operis adeundæ relationes novantiquæ (Unschuldige Nachrichten von Alten und Neuen Theologischen Sachen) A. 1704. p. 764.

Juliano huic ab Felice Toletano tribuuntur libri duo *ἀντικειμένων* † sive *contrariorum in speciem locorum utriusque Testamenti* à Joanne Alexandro Brassicano sine nomine auctoris editi sunt ad calcem Salviani, †† Basil. 1530. fol. recusi etiam Coloniæ 1533.8. & cum commentario Junilii Africani, in prima Geneseos, Paris. 1556. 12. sed BERTHARIO, Abbati Casinensi, qui A. C. 884. fuit à Saracenis obtruncatus, vindicantur à Jo. Baptista Maro ex fide veteris Codicis MS. & testimonio Leonis Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 1. c. 35. Sixtus quidem Senensis libro IV. Bibl. Sanctæ *Richardo* Cluniacensi Monacho docto & pio, qui A. C. 1160. floruit, tribuit, nescio an fide MS. Codicis, caussam enim non addit, sed ne de alio loqui eum existimes, prima apponit operis verba: *Cur in Genesi septem.* Felicis Toletani auctoritati subscribit Andreas Schottus, & Juliani Toletani nomine libros hosce tres edidit in Bibl. Patrum edit. Colon. A. 1618.

brorum de vita contemplativa, quem Dacherius T. 13. spicilegii p. 254. primus putavit se vulgasse, editiones quædam Prosperi, ut Lugdunensis A. 1639. & Parisiensis novissima A. 1711. prologo priori, instar clausulæ adtexuere.

* Libro tertio de futuro sæculo p. 630. D. T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. Eugenium, Toletanæ sedis Antistitem, præceptorem suum laudat lib. 3. prognostic. c. 17. Plura de Juliano hoc Toletano Felix Toletanus appendice ad Isidorum Hisp. de scriptoribus Eccles. Baronius ad Martyrolog. & Henschenius in Actis Sanctor. ad 8. Martii, & Nic. Antonius lib. V. Bibl. veteris Hispanæ c. 7. Idalii Barcinonensis Epistola ad Julianum hunc, qua ei pro opere prognosticon persolvit gratias, exstat apud Dacherium T. 1. edit. primæ p. 313. & pag. 316. Epistola ejusdem Idalii ad Zuntfredum, Episcopum Narbonensem, qua ad eum idem Prognosticon opus transmittit.

† Felix Toletanus appendice ad Isidorum de Script. Eccles. diserte inter Juliani scripta refert *librum de contrariis, quod ἀντικειμένων voluit titulo adnotari, qui in duobus divisus est libris, ex quibus primus dissertationes continet Veteris Testamenti, secundus Novi.*

†† Hinc Salviano tribui ab Alphonso de Castro lib. 14. adversus hæreses in verbo *timor DEI*, p. 276. non absurde conjicit Clarissimus Caveus.

A. 1618. Tom. XV. p. 95. Sub ejusdem Juliani nomine exstant recusi T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 590. Atque pro eadem sententia Samsonem Abbatem, qui circa A. C. 864. scripsit, in libro MS. adversus Hostigesium, Malacitanum Episcopum, laudat Nic. Antonius in Bibl. veteri Hispana lib. V. c. 7. §. 405. p. 308. Sed malo assentiri Joanni Baptistæ Maro, fulto testimoniis Leonis Ostiensis & Petri Diaconi c. 12. de viris illustribus Casinensibus, nec non auctoritate antiqui MSti Codicis, qui *Berthario* diserte hoc opus tribuit. Ex Felice Toletano etiam ipso fortasse colligas quidem opus ejusdem tituli & argumenti à Juliano Toletano esse compositum, sed de alio eum opere loqui: nam quos habemus *ἀντικειμένων* libros, tres sunt, primus de locis specietenus contrariis Veteris, secundus & tertius Novi Testamenti: Felix duos tantum commemorat. Felix dissertationes appellat: at libri, quos habemus, quæstionibus distinguuntur. Librorum autem trium Juliani Toletani adversus Judæos argumentum idem Felix exponit his verbis: *Est tamen idem codex tribus libris distinctus. Nam primus eorum habet Veteris Testamenti quamplurima documenta, quibus absque aliqua supputatione annorum CHristus DEI Filius non nasciturus, sed jam natus patule declaratur. Secundi vero series libri decurrit per ostensam Apostolorum doctrinam, quæ dilucide monstrat CHristum in plenitudine temporis de Maria Virgine natum, non in annis à principio Mundi collectis. Tertii quoque libri excursus sextam ætatem, in qua CHristus natus est, haud dubie adesse veris documentis ostendit, in quo quinque præterita ætates sæculi, non in annis sed præfixo generationum limite distinguuntur.* Ex libris autem prognosticorum futuri sæculi, *primus de origine mortis humanæ est editus: secundus de animabus defunctorum, quomodo sese habeant ante corporum resurrectionem: tertius de suprema corporum resurrectione.*

XXII. Julianum & Bertharium ætate antevertit ILDEFONSUS, qui in Archiepiscopatus Toletani dignitate A. C. 659. successit Eugenio atque extinctus est A. 667. Huic tribuuntur libri duo de virginitate Mariæ contra Jovinianum, Helvidium & Judæum, quas *Radulfo* Flaviacensi alii adscribunt, Dacherius T. 1. spicilegii in præf. & T. 12. ex auctoritate duorum MSS. Corbejensium tribuit PASCHASIO RADBERTO, Abbati Corbejensi, quem Annus 851. ex hac vita abstulit. Sub Ildefonsi nomine editos priorem ab Alphonso Carranza, Valentiæ 1556. 8. alterum à Francisco Ferardentio, Parif. 1576. etiam exhibet Bibliotheca Patrum edit. Lugdunensis, T. XII. p. 549. 565. Confer Nicolaum Antonium Bibl. veteris Hispanæ lib. V. cap. 6. p. 287.

XXIII. ANONYMI Collectanea *contra Judaeos* Latine scripta & excerpta ex scriptoribus Graecis maximam partem, ut *Greg. Nysseno, Eusebio, Theodoreto, Leontio, Chrysostomo, Anastasio, Damasceno* & *Silvestro*, contra Judaeos, & è Latinis *Tertulliano*. Prodierunt in auctario Antiquarum Lectionum, quod Ingolstadii 1616. 4. dedit Petrus Stevartius p. 397. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugdun. 1672. p. 619–623.

XXIV. AGOBARDUM eximium scriptorem & prae multis dignum lectu, felici auspicio tenebris, in quibus latebat, eripuit vir doctus Papyrius Massonus. Inter Agobardi hujus Archiepiscopi Lugdunensis, qui A. C. 840. diem obiit superum, lucubrationes à Papyrio conservatas, occurrunt libellus *de insolentia Judaeorum* in Gallia, ad Ludovicum Pium, *Epistola* ejusdem argumenti *ad Matfredum* procerem Palatii, nec non libellus *de Judaicis superstitionibus*, & alius *de baptismo Judaicorum mancipiorum*. Agobardi opera post laudati Papyrii Massoni curas Paris. 1605. 8. diligentius deinde recensuit Steph. Baluzius, Paris. 1668. 8. cujus editio repetita in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. T. XIV. p. 234. nam priores Patrum Bibliothecae Paris. A. 1644. T. 7. & Coloniensis T. 9. Massonianam exhibent. De Agobardo adire licet praeter editores & eos, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis scripsere, Theophilum Raynaudum indiculo Sanctorum Lugdunensium T. VIII. Opp. p. 25. 599. sq. & Acta Sanctorum T. 1. Junii p. 748.

XXV. S. THEODARDO, A. C. 897. defuncto, tributa (nescio qua fide) *disputatio cum Judaeis*, occurrit in iisdem Actis Sanctorum T. 1. Maji p. 144. seqq.

XXVI. Sub S. RABANI MAURI nomine, Archiepiscopi Moguntini, quem A. C. 856. defunctum esse novimus, *librum contra Judaeos* ad Carolum Regem, Lotharii Imp. fratrem, vulgavit Petrus Franciscus Chifletius, Divione 1656. 4. Sed Joannes Dallaeus in diss. postuma edita Rothonagi 1673. 4. de vero auctore Confessionis fidei, sub Alcuini nomine ab eodem Chifletio luci data, docuit scriptum illud contra Judaeos potius esse AMULONIS, (Trithemio c. 273. de S. E. *Hamuli*,) qui Agobardo A. C. 841. in Archiepiscopatu Lugdunensi successit: vel nescio cujus *Hratgani*, cui in MSto Codice, quo usus est Chifletius, adscribitur. Genuinum autem laudati RABANI *librum de variis quaestionibus adversus Judaeos* seu caeteros infideles, vel plerosque haereticos Judaizantes ex utroque Testamento collectis, divisum in capita LXXXVII. *ex libris*, ut

ait,

ait, *majorum suorum formatum opus*, primi publicarunt ex MS. Codice Andegavensi clarissimi viri Edmundus Martene & Ursinus Durand, tomo quinto thesauri novi anecdotorum Paris. 1717. fol. pag. 403-594. De Rabano, lumine suæ ætatis, consulendi præter cæteros Bollandus in Actis Sanctor. Februarii T. 1. p. 500. seq. & Mabillonius sec. IV. Benedictin. & G. Christianus Joannis tomo utroque rerum Moguntinarum.

XXVII. *GILLIEBERTI* Disputatio Ecclesiæ & Synagogæ, edita ab Edmundo Martene & Ursino Durando T. 5. thesauri anecdotorum p. 1497. ad 1506. Paris. 1717. fol. Incipit: *Ex eo tempore, quo ficus floruit.*

XXIIX. *GILBERTI* sive *GISLEBERTI* * *Crispini*, ab A. C. 1084. Abbatis *Westmonasteriensis* ad Alexandrum, Lincolniensem Episcopum, altercatio Christiani cum Judæo de fide Christiana, exstat sub *GVILIELMI de CAMPELLIS*, Episcopi Catalaunensis nomine, Tomo XX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. p. 1884. Sed Gilberto † ex MSti fide vindicat Gabriel Gerberonius in Anselmo suo Cantuariensi pag. 512. ubi idem scriptum exhibet, cum praemissa ad Anselmum Cantuariensem Epistola. Incipit: *Quia Christiani te dicunt litteris eruditum.* De hoc Gisleberto videndus idem Gerberonins notis ad Anselmi lib. 2. Epist. 16. p. 558. sq. edit. Paris. 1721. fol. Et de Gvilielmo de Campellis, qui A. C. 1121. diem obiit, Jacobus Hommey in supplemento Patrum p. 467. atque Edmundus Martene T. V. thesauri novi anecdotorum p. 877.

XXIX. ANSELMUM, Cantuariensem Archi-Episcopum, doctrina & subtilitate ingenii zeloque nulli sua aetate secundum mors A. 1109. rebus humanis eripuit. Ex ejus scriptis ad institutum nostrum pertinent

1. *Monologium*, quo probatur esse unum quiddam optimum & maximum & summum omnium quae sunt, & quandam naturam per quam est quicquid est, & quae per se est, & est summum omnium quae sunt, à quo omnia facta ex nihilo &c. Citat hoc suum Monologium Anselmus dialog. *de veritate* c. 10.
2. *Liber Apologeticus* contra Gaunilonem, qui Monologio responsionem, insipientis nomine, opposuerat.
3. *De casu diaboli* dialogus, in quo de origine mali disputatur.

4. *Cur*

* Ita vocatur Trithemio de Script. Eccles. cap. 353. & lib. 2. de illustribus Benedictinis cap. 105.

† Non Anselmo, ut facili calami lapsu traditum legas T. 2. Bibl. Hebrææ p. 997.

4. *Cur DEUS Homo, libri II.* adversus infideles simplicitatem Christianam tanquam fatuam irridentes.

5. *Liber de fide Trinitatis & de Incarnatione Verbi*, contra blasphemias Ruzelini sive Roscelini ad Urbanum II.

Opera Anselmi, & qui vitam ejus scripsit Eadmeri, accurato studio recensuit Gabriel Gerberonius, Presbyter & Monachus Benedictinus congregationis S. Mauri, Paris. 1675. fol. & quae melior est editio 1721. fol. Vide sis etiam Theophili Raynaudi syntaxin operum Anselmi, Lugdun. 1630. fol. & tomo undecimo Raynaudi operum: & de Anselmo Acta Sanctorum T. 2. April. 21. p. 885. seq.

XXX. RUPERTUM, Tuitiensis cœnobii (Coloniæ Agrippinæ vicini) Abbatem A. C. 1124. obiisse annotat Blondellus de Eucharistia p. 149. Alii mortem ejus ad A. 1135. referunt. Hujus *Annulum* sive libros III. *dialogorum inter Christianum & Judaeum de fidei sacramentis* ad calcem Anselmi vulgavit laudatus Gerberonius. Ejusdem *de Victoria Verbi DEI* adversus Satanam libri XIII. dicati Cunoni, cœnobii Sigebergensis Abbati, & Noribergæ separatim sunt editi A. 1523. & Lovanii 1566. fol. & inter opera Ruperti, Coloniae saepius vulgata prodierunt.

XXXI. S. PETRI Mauricii, dicti *Venerabilis*, Abbatis Cluniacensis noni, quem exeunte 1156. constat diem obiisse, *tractatus*, non indignus lectione, *adversus Judaeorum inveteratam duritem*, Ingolstadii primum A. 1546. inter alia ejus scripta editus, exstat etiam in Martini Marrier & Andreae du Chesne sive Quercetani Bibliotheca Cluniacensi, Paris. 1614. fol. p. 983—1108. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. T. XXII. p. 978. Incipit: *Vos ego, vos inquam ego convenio o Judaei.*

Ejusdem Petri *Summula brevis contra hereses & sectam Diabolicae fraudis Saracenorum sive Ismaëlitarum.* Incipit: *Summa totius heresis.* In Bibl. Cluniacensi p. 1111. & in Bibl. Patrum p. 1030. praemissa Epistola de translatione Alcorani, quam à *Roberto Retinensi* curavit fieri, una cum ipsius, quae subjicitur Roberti praefatione ad suam versionem. Ejusdem autem Petri Abbatis libros quinque, quibus Alcoranum confutavit, nusquam reperire se potuisse, licet anxie quaesitos Quercetanus testatur. Quae porro cura Abbatis fuerit, juvat ex ejusdem libri 4. Epist. 17. ad Bernardum Claræváll. cognoscere p. 843. Bibl. Cluniacens. *Misi & novam translationem nostram contra pessimam nequam Mahumet heresin disputantem, qua dum nuper in Hispaniis morarer, meo studio de lingua Arabica versa est in Latinam.*

Digitized by Google

tinam. Feci autem eam transferri à perito utriusque linguæ viro, magiſtro Petro Toletano. *Sed quia lingua Latina non adeo ei familiaris vel nota erat, ut Arabica, dedi ei coadjutorem doctum virum, dilectum filium & fratrem* Petrum, *notarium noſtrum, Reverentiæ veſtræ, ut æſtimo bene cognitum, qui verba Latina impolite vel confuſe plerumque ab eo prolata poliens & ordinans, epiſtolam imo libellum, multis ut credo, propter ignotarum rerum notitiam perutilem futurum perfecit.* Deinde breviter & erudite de Mahomete & ejus doctrina Bernhardum inſtruit, cumque diligenter ad confutationem Saraceniſmi invitat. Idem Petrus in altera Epiſtola p. 1109. *Sed & totam impiam ſectam, vitamque nefarii hominis ac legem quam* Alcoran, *id eſt*, Collectaneum praeceptorum *appellavit, ſibique ab Angelo Gabriele de cœlo collatam miſerrimis hominibus perſuaſit, nihilominus ex Arabico ad Latinitatem perduxi, interpretantibus ſcilicet viris utriusque linguæ peritis*, Roberto Retinenſi *de Anglia, qui nunc Papilonenſis Eccleſiæ Archidiaconus eſt*, Hermanno *quoque* Dalmata, *acutiſſimi & litterati ingenii ſcholaſtico. Quos in Hiſpania circa Hiberum Aſtrologicæ arti ſtudentes inveni, eosque ad hæc faciendum multo pretio induxi.* Vincentius Bellovacenſis libro XXIII. ſpeculi Hiſtorialis capite 40. cum nonnulla retuliſſet ex libello, quem ait eſſe in partibus transmarinis, *de Machometi fallaciis*, ſubjungit ſe *pauca* velle *inſerere de libello diſputationis cujusdam Saraceni & cujusdam Chriſtiani de Arabia ſuper lege Saracenorum & fide Chriſtianorum inter ſe. Qui ambo probati Philoſophi, & in ſecta ſua perfecti, Emithilmomini Regis Saracenorum erant familiares ac noti, ſibique invicem amici chariſſimi. Hunc autem librum fecit dominus* Petrus, Abbas Cluniacenſis, *de Arabico in Latinum transferri à Magiſtro* Petro Toletano, *juvante* Petro *monacho ſcriptore, cum eſſet idem Abbas in Hiſpaniis conſtitutus cum Imperatore Adefonſo,* eo anno, quo idem Imperator Choriam civitatem cepit, & inde Saracenos fugavit.* Sequuntur deinde apud Vincentium ex illo libro excerpta usque ad caput 67. ubi concludit his verbis: *Hæc de illa diſputatione duorum Philoſophorum, Pagani** & Chriſtiani breviter excerpſi, ad inſinuanda figmenta & fallacias Machometi.*

XXXII. ANONYMI, qui circa A. C. 1160. ſcripſiſſe cognoſcitur, liber inſignis *adverſus Judæum*, ex veteri Codice monaſterii S. Petri Conchenſis, in diœceſi Ebroicenſi, in lucem datus eſt ab Edmundo Martene & Urſino Durando Tomo quinto theſauri Anecdotorum p. 1509-1568. Pariſ. 1717. fol.

 XXXIII. HU-

* Alfonſo. ** Ita Mahometanus appellatur, ut infra §. XLV.

XXXIII. HUGONIS ETHERIANI, qui libris adversus Græcos circa A. C. 1177. scriptis claruit, exstat etiam hoc loco à me non omittendus *de anima corpore jam exuta* sive de animæ immortalitate & regressu ab inferis, liber ad clerum Pisanum. Colon. 1540. & in Orthodoxographis, atque in Bibliothecis Patrum T. 22. edit. Lugd. p. 1176.

XXXIV. Neque alterum HUGONEM prætericrim, qui Etherianum ætate antecessit, cognomento DE S. VICTORE, natione Saxonem, † defunctum A. 1140. Inter ejus enim Opera junctim edita Rothomagi 1648. fol. T. 2. pag. 223. commemoranda mihi & commendanda occurrit *arrha animæ*, sive de amore DEI ex pignore bonorum, quæ nobis largitur, cognoscendo.

XXXV. PETRUS DAMIANI, à Petro de Honestis * Clerico Ravennate distinguendus, Episcopus Ostiensis & Rom. Ecclesiæ Cardinalis, qui A. C. 1073. obiit, inter alia scripsit *Antilogum contra Judæos*, & *Dialogum inter Judæum requirentem & Christianum respondentem*. Utraque lucubratio *Honesto* cuidam, viro clarissimo dicata est, & in operibus Damiani à Constantino Cajetano collectis & editis Rom. 1615. Lugd. 1623. Paris. 1642. 1663. fol. exstat Tomo tertio, opusc. 2. & 3. De Petro Damiani consulendus Godfridus Henschenius in Actis Sanctorum Tom. 3. Febr. 23. p. 406. seq. & Jacobus Laderchius Ord. Præd. in Damiani vita, Rom. 1702. 4. Sejani & Rufini Dialogus de Laderchiana Petri Damiani historia. Paris. 1705. 4. atque ad eandem vitam animadversiones Guidonis Grandi in dissertationibus Camaldulensibus. Lucæ 1707. 4. Acta Erud. 1703. p. 482. & T. 4. supplem. p. 8. & A. 1709. pag. 52. seq. Memoires de Trevoux A. 1709. p. 1771. seq.

XXXVI. PETRUS BLÆSENSIS, ex Canonico Bituricensis & postea Londinensis in Anglia Archidiaconus ** & Cantuariensis Archiepiscopi Cancellarius, Regis Angliæ Henrici II. obitum A. 1189. deplorat Epistola 167. & Friderici Barbarossæ A. 1190. Epist. 172. ipse defunctus circa A. C. 1200. Opera ejus primus Jacobus Merlinus collegit, Paris. 1519. fol. & post eum Jo. Busæus, Mogunt. 1600. 4. sed in his *liber*

contra

† Vide Meibomium T. 3 rerum Germanicar. p. 419. seq. & Leibnitium præf. ad tomum secundum accessionum Historicarum.

* Petri de Honestis Regula Clericorum ad Paschalem II. (qui ab A. 1099. ad 1118. Pontificatum gessit,) Petri Damiani operibus subjicitur.

** Vide Petri Blæsensis Epist. 149. 151.

Digitized by Google

contra perfidiam Judæorum non continetur, in lucem protractus ab eodem Busæo in paralipomenis opusculorum Petri Blæsensis, Joannis Trithemii & aliorum, * Mogunt. 1605. 8. Inde exstat in Bibliotheca Patrum Coloniensi T. 12. & in editione operum Petri Blæsensis Paris. 1667. fol. ** per Petrum de Gussanvilla curata, & recusa Tomo XXIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. 1672. p. 1189.

Instructio fidei ad Soldanum Iconii A. C. 1169. missa à Pontifice Alexandro III. id. pag. 1171. Hæc fortasse est *assertio fidei*, quam Blæsensis memorat libro contra depravatorem librorum suorum p. 1185.

XXXVII. ODO, (ex Abbate S. Martini Tornacensis) *Cameracensis* Episcopus, at sede per Henricum IV. Imp. cujus investituram nolebat admittere, pulsus in monasterio Aquicinctensi, † prope Duacum obiit A. C. 1113. Inter ejus scripta exstat *Dialogus cum Leone Judæo* de adventu CHristi Filii DEI, ad Acardum Phidemensem Monachum. Primus edidit Andreas Schottus in supplemento Bibl. Patrum edit. Colon. 1622. atque inde recusus est in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XXI. p. 241–244.

Alius Odo Abbas Morimundensis in diœcesi Lingonensi circa A. C. 1161. Ord. Cisterciensis, cui dialogum cum Leone Judæo tribuit Imbonatus Bibl. Latino Hebr. p. 169. sed præter rem, ut notavit Venerandus noster Wolfius T. 1. Bibl. Hebr. p. 1000.

XXXVIII. GVIBERTI, Abbatis B. Mariæ *de Novigento* in pago Galliæ Laudunensi, opera in lucem primum data sunt à Luca Dacherio, Paris. 1651. fol. In his p. 269. exstat *tractatus de incarnatione contra Judæos* ad Bernardum, Svessionensis Ecclesiæ Decanum. Incipit: *Tolerabile utcunque est.* De hoc scripto meminit ipse Gvibertus libro tertio Monodiarum de vita sua c. 15. p. 518. seq. Claruit circa A. C. 1130.

XXXIX. Prope prætericram FULBERTUM, Carnotensem ab A. C. 1007. Episcopum, defunctum A. 1028. inter cujus *sermones* leguntur *tres, adversus Judæos*, in operibus collectis à Carolo de Villiers, Paris. 1608. & in Bibl. Patrum T. XI. edit. Colon. & T. XVIII. edit. Lugd. p. 42. seq. Primi initium: *Filii Judæorum dicunt.* Secundi: *Contra errores infidelium aliqua*

* Vide B. D. Thomam Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 672. seq.

** Journal des Savans 1667. p. 188.

† Epistolam Encyclicam monachorum Aquicinctensium de hoc Odone ediderunt Edmundus de Martene & Ursinus Durand. T. V. thesauri novi anecdotorum p. 855. seq.

Digitized by Google

aliqua necessaria dicere volentes, mox à Judæis incipimus. Tertii: *Magna dissensio est inter filios hominum.*

XL. HILDEBERTUS de Lavardino, Monachus Cluniacensis, & *Cenomanensis* primum, denique A. 1125. Turonensis Episcopus, discessit è vita A. 1132. Inter ejus opera junctim vulgata ab Antonio Beaugendre, presbytero & Monacho Ord. S. Benedicti è congregatione S. Mauri Paris. 1708. fol. pag. 1277—1295. exstat carmen de fraudibus Mahumetis, quod incipit:

Heu quot sunt stulti miseranda fraude sepulti
Contemtaque DEI cognitione rei!

XLI. PHILIPPI GVALTERI de CASTELLIONE Insulani, Tornacensium Canonicorum Præpositi, atque inde Episcopi Magalonensis, qui sæculo duodecimo exeunte claruit, atque A. 1201. defunctus, Scripta Alexandreide sive poëmate de rebus Alexandri M. * est notior, *libri III. Dialogorum adversus Judæos* primum in lucem editi sunt à Casimiro Oudino inter Veterum aliquot Galliæ & Belgii scriptorum opuscula sacra, Lugd. Bat. 1692. 8. Plura de hoc Gvaltero præter Oudinum, Vir Clarissimus Bernardus Pez, Benedictinus & Bibliothecarius Mellicensis, ad tomum secundum thesauri anecdotorum p. XXII.

XLII. GVILIELMI, ex Judæo Diaconi Bituricensis, prologus & caput primum *libri primi bellorum Domini contra Judæos & Sadducæos* luce publica donavit Jacobus Hommey in supplemento Patrum p. 412-418. Paris. 1684. 8. Incipit præfatio: *Per admonitionem beati & eximii Confessoris.* Hic scriptor dicta Veteris Testamenti subinde affert verbis Hebraicis, litteris Latinis descripta. Librum ejus utrumque MStum in Bibl. fratrum Prædicatorum majoris conventus Parisiensis inspexit Casimirus Oudinus T. 3. commentariorum de script. Eccles. pag. 156. seq. Liber prior incipit: *O Judæi, qui usque ad hodiernum diem.* Liber secundus: *Hæretici dicuntur ab hæresi, id est electione.* Hic Gvilielmus ad fidem Christianam conversus & ad hos libros scribendos excitatus est à Gvilielmo Bituricensi Archiepiscopo, qui obiit A. C. 1209.

XLIII. PETRUS, Archidiaconus & Canonicus Londinensis, auctor Pantheologiæ ** libris LII. adhuc ineditæ, scripsit etiam similiter adhuc

* De hoc dixi lib. IV. Bibl. Latinæ c. 2. p. 722. & volumine tertio p. 324. sq.
** Vide Oudin. T. 3. commentar. de S. E. p. 116.

Digitized by Google

adhuc ineditos *libros tres de adventu Messiæ* contra Judæos, ad Simonem Langtonum, Archidiaconum Cantuarienſem, dialogorum more inter Petrum & Simonem. Claruit circa A. C. 1230.

XLIV. LUCAS, Legionenſis Hiſpanus, Epiſcopus *Tudenſis* in Gallæcia, eodem tempore celebris, contra Epicureos vitam æternam negantes, diſputat libro I. contra Albingenſes c. 12. Prodierunt ejus tres libri, Albingenſium erroribus oppoſiti Ingolſtad. 1612. 4. atque inde in Bibliothecis Patrum, ut edit. Pariſ. 1644. Tom. IV. Colon. 1618. T. XIII. & Lugd. 1672. T. XXV.

XLV. ALANI DE INSULIS, Monachi Ciſtercienſis, qui A. C. 1294. obiit, librum tertium & quartum * Operis quadripartiti, *contra Judæos & Paganos* ſive *Mahometanos* vulgavit Carolus Viſch ad calcem Bibliothecæ Ciſtercienſis p. 411. Colon. 1656. 4.

XLVI. Contra Paterinos, qui Manichæorum ſectam Sæculo XII. in Occidente inſtaurarunt, Unum eſſe DEUM creatorem univerſi, non duo principia bonum & malum, neque mundum à Malo conditum, probatur in ANONYMI *diſputatione inter Catholicum & Paterinum*, quam ex MS. Prædicatorum Claromontenſium vulgarunt Edm. Martene & Urſinus Durandus Tom. V. theſauri novi anecdotorum pag. 1706. ſeq. Pariſ. 1717. fol.

XLVII. EBRARDUS ſive EBERHARDUS Bethunienſis, auctor Græciſmi & aliorum Grammaticorum Opuſculorum, ** ſcripſit etiam circa ſæculi duodecimi initia Antihæreſin contra Waldenſes, quem librum primus edidit Jacobus Gretſerus cum Bernardo, Abbate Fontis calidi, & Ermengardo, in triade ſcriptorum adverſus Waldenſes, Ingolſtadii 1614. 4. inde fecerunt recudi curatores Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. 1672. T. XXIV. In hoc libro cap. 27. ſeq. *diſputatio* continetur *contra Judæos*, p. 1578. ſeq.

XLVIII. THOMÆ BRADWARDINI, Archiepiſcopi Cantuarienſis, † qui A. C. 1349. 7. Cal. Sept. obiit, ſubtile & eruditum pro illa ætate opus ad DEI bonitatem, Providentiam †† & Potentiam demonſtrandam inſcri-

Ll 3

* Liber I. & II. contra Albingenſes & Waldenſes editi ſunt ab eodem Carolo de Viſch inter Alani de Inſulis opera Antwerp. 1653. fol.

** Vide Cangii Præf. ad gloſſarium mediæ Latinitatis §. XLV.

† H. Warthoni Anglia ſacra T. I. p. 42. 61. 119.

†† Hinc *libros de Providentia* vocat Gabriel Naudæus.

Digitized by Google

inscribitur *de causa DEI* contra Pelagium & de virtute causarum & virtute DEI causæ causarum, perscriptum Londini A. C. 1344. Primus edidit emendate & nitide Henricus Savilis Lond. 1618. fol.

XLIX. Gabriel Naudæus in Bibliographia politica pag. 77. cum laudasset veterum adversus Gentes scripta & Salvianum in vere aureis de Providientia libris, addit, *omnium instar jure merito haberi posse* Doctoris Angelici S. THOMÆ Aquinatis *Summam contra Gentes, adeo,* inquit, *ferax est sensuum, rationum, subtilitatis & doctrinæ. Nec minimum quoque auxilium repositum est in libris de Providentia* Thomæ Bradwardini, *quoniam in illis pari ferme cum Divo Thoma subtilitate & rationum pondere procedit.* Prodiit Thomæ Aquinatis summa Catholicæ fidei contra Gentiles, distributa in libros quatuor, Romæ 1476. Venetiis 1480. fol. & ex Theodorici de Susteren recensione, Coloniæ 1500. apud Henricum Qventel, fol. & cum commentariis Francisci de Sylvestris, Ferrariensis, Lugd. 1566. fol. & cum iisdem commentariis inter opera Thomæ junctim excusa Rom. 1570. Venet. 1594. Antwerp. 1612. fol. tomo nono. *Græce* ex Demetrii Cydonii versione exstat MS. Parisiis in Biblioth. Regis Christianisini Cod. 683. Libros tres priores *Hebraice* vertit Josephus Ciantes Romanus, Episcopus Masicensis, vulgavitque Romæ 1657. ut notatum in Rev. Wolfii nostri Bibl. Hebræa T. 1. p. 396. neque hoc quisquam miretur, cum Thomæ hujus volumina à Chaldæis etiam & Armenis atque ipsis etiam Indis translata memoret F. I. Cremonensis apud Jacobum Qvetif & Jacobum Echard Bibliothecæ scriptorum Ordinis Prædicator. T. 2. p. 43. Est porro in libris contra Gentiles hæc Thomæ via ac methodus, ut postquam ostendisset non esse levitatis assentire his, quæ sunt fidei, quamvis supra rationem sunt; neque veritati fidei Christianæ unquam contrariari veritatem rationis: accedit ad demonstrandum DEUM DEIque attributa ac perfectiones, illudque distincte & subtiliter facit per totum librum *primum.* Libro *secundo* potentiam DEI omnium rerum Creatoris considerat & docet, nihil esse necessarium ab æterno præter DEUM c. 31. rationesque pro æternitate mundi sive ex parte DEI sive creaturarum sive ipsius productionis seu factionis petitas refellit c. 35. seq. Hinc de distinctione & gradibus rerum creatarum disserens primo loco intellectuales, atque in his angelos c. 91. sq. & c. 56. sq. animam considerat, quam nec virtutem nec complexionem aut harmoniam corporis, nec corpus esse probat c. 62. sq. neque unum communem intellectum possibilem in

omnibus

omnibus hominibus, c.73.sq. sed animam ostendit esse spiritum immortalem unitum corpori, c.90. & qui corrupto corpore neutiquam corrumpitur, c.79.sq. & 55. neque ante corpus aut ab æterno extitit, c. 83. sq. aut de substantia est DEI. c.85. Libro *tertio* disputat de malo ejusque origine, & nullum Malum summum sive Principium dari, c.15. vicissim contemplationem DEI, summum esse bonum intellectualis substantiæ c.25. sq. 37. sq. in altera demum vita obtinendum à nobis, c.47. seq. quo in perpetuum perfruemur. c.62. Exponit deinde de Providentia DEI rerumque creatarum conservatione, c. 64. sq. neque effectus aut operationes ideo rebus creatis (ut postea etiam fecit Nic. Malebranchius) esse subtrahendas, c. 69. seq. atque hinc nec malum omnino à rebus per Divinam Providentiam excludi, c.71. nec contingentiam, c.72. nec arbitrii libertatem c.73. nec quod casum aut fortunam appellamus. c.74. Providentiam autem singularium esse probat c.75.seq. speciatim creaturæ rationabilis c.111. seq. & mediantibus causis secundis peragi, c. 77. seq. subordinatis invicem, unde de ordinibus angelorum differit, c. 80. & contra Astrologos c. 84.sq. negat electiones voluntatis nostræ extra nos ab astris vel angelis, sed à solo DEO regi, Divinæque Providentiæ esse subjectas, c. 87. seq. non fato. c.93. Certo autem Providentiæ Divinæ & immobili proposito utilitatem precum piarum neutiquam excludi, c. 95. ubi de iis, quæ præter naturæ ordinem DEUS facit, & de miraculis, c.98. sq. tum de magicis artibus, c. 105. seq. & de peccatis dæmonum. c. 108. seq. Denique conveniens fuisse & necessarium, ut legibus divinitus homo regeretur, & de legum Divinarum fine, dilectione DEI & proximi, c. 114. seq. esseque hæc per ipsam præcepta naturam & rationem, non tantum positiva lege. c. 129. De præmiis & pœnis c. 140. seq. harumque æternitate. c. 144. De legibus ad conjugium spectantibus, c. 122. seq. de voluntaria paupertate, c. 131. seq. de auxiliis Divinæ Gratiæ, c. 147. & de Prædestinatione. c. 163. Libro *quarto* denique ex sacris litteris exponitur & adversus hæreses, antiquas potissimum, defenditur doctrina Christiana de Filio DEI c. 1. seq. ejusque incarnatione, c. 27. seq. 53. seq. nec non de Spiritu Sancto, c. 15. seq. de peccato originis, c. 50. de sacramentis, c. 56. seq. quod per malos ministros sacra dispensari possint, c. 77. De corporum resurrectione, c.79. sq. de pœnis inferorum, & piorum præmiis c. 90. seq. de finali judicio, c. 96. & de statu Mu[illegible] post judicium. c. 97. Ut autem specimen eximii hujus operis lectori offeram, subjicietur hoc loco à me caput sextum libri primi, cui titulus:

Quod

Quod assentire his, quæ sunt fidei, non est levitatis, quamvis supra rationem sint.

„HUjusmodi autem veritati cui ratio humana experimentum non præ-
„bet, fidem adhibentes non leviter credunt, quasi indoctas fabulas se-
„cuti, ut 2. Petr. 1. dicitur. Nec enim Divinæ sapientiæ secreta ipsa Divina sa-
„pientia, quæ omnia plenissime novit, dedignata est hominibus revelare,
„quæ sui præsentiam & doctrinæ inspirationis veritatem convenientibus
„argumentis ostendit, dum ad confirmandum ea, quæ naturalem cognitio-
„nem excedunt, opera visibiliter ostendit, quæ totius naturæ superant fa-
„cultatem, ut patet in mirabili curatione languorum, mortuorum suscita-
„tatione, cœlestium corporum mirabili immutatione, & quod est mira-
„bilius, humanarum mentium inspiratione, ut idiotæ & simplices dono
„Spiritus Sancti repleti summam sapientiam & facundiam in instanti con-
„sequerentur. Quibus inspectis prædictæ probationis efficacia, non ar-
„morum violentia, non voluptatum promissione, & quod est mirabilissi-
„mum, inter persecutorum tyrannidem innumerabilis turba non solum
„simplicium sed etiam sapientissimorum hominum ad fidem Christianam
„convocavit. In qua omnem humanum intellectum excedentia prædi-
„cantur, voluptates carnis cohibentur, & omnia, quæ in mundo sunt,
„contemni docentur. Quibus animos mortalium assentire, & maximum
„miraculorum est, & manifestum Divinæ inspirationis opus, ut contem-
„ptis visibilibus sola invisibilia cupiantur. Hoc autem non subito ne-
„que casu sed Divina dispositione factum esse, manifestum est ex hoc,
„quod hoc se facturum DEUS multis ante prophetarum prædixit oracu-
„culis, quorum libri penes nos in veneratione habentur, utpote nostræ
„fidei testimonium adhibentes. Hujus quidem confirmationis modus
„tangitur Hebr. 2. Quæ, scil. humana salus, cum initium accepisset enar-
„rari per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, conte-
„stante DEO signis & portentis & variis Spiritus Sancti distributionibus.
„Hæc autem tam mirabilis mundi conversio ad fidem Christianam, indi-
„cium certissimum est præteritorum signorum, ut ea ulterius iterari
„necesse non sit, cum in suo effectu appareant evidenter. Etenim
„omnibus signis mirabilius, si ad credendum tam ardua, & ad operandum
„tam difficilia, & ad sperandum tam alta, mundus absque mirabilibus
„signis inductus fuisset à simplicibus & ignobilibus hominibus, quam-
„vis non cesset DEUS etiam nostris temporibus ad confirmationem
„fidei per sanctos suos miracula operari. Hi vero, qui sectas errorum
intro-

introduxerunt, processerunt via contraria, ut patet in Machumeto, qui" carnalium voluptatum promissis, ad quorum desiderium carnalis con-" cupiscentia instigat, populos illexit, præcepta etiam tradidit promissis" conformia, voluptati carnali habenas relaxans, in quibus in promptu" est à carnalibus hominibus obediri. Documenta etiam veritatis non" attulit, nisi quæ de facili à quolibet mediocriter sapiente, naturali in-" genio cognosci possint, quin potius vera, quæ docuit, multis fabulis &" falsissimis doctrinis immiscuit. Signa etiam non adhibuit supernaturali-" ter facta, quibus solum Divinæ inspirationi conveniens testimonium" adhibetur, dum operatio visibilis, quæ non potest esse nisi Divina, osten-" tet doctorem veritatis visibiliter inspiratum: sed dixit se in armorum" potentia missum, quæ signa etiam latronibus & tyrannis non desunt." Et etiam non aliqui sapientes in rebus Divinis & de Divinis & humanis" exercitati à principio crediderunt, sed homines bestiales in desertis mo-" rantes, omnis doctrinæ Divinæ prorsus ignari, per quorum multitudi-" nem alios armorum violentia in suam legem coegit. Nulla etiam Di-" vina oracula præcedentium prophetarum ei testimonium perhibent," quin potius quasi omnia Veteris & Novi Testamenti documenta, fabu-" losa narratione depravat, ut patet ejus legem inspicienti, unde astuto" consilio libros Veteris & Novi Testamenti suis sequacibus non reli-" quit legendos, ne per eos falsitatis argueretur. Et sic patet, quod ejus" dictis fidem adhibentes, leviter credunt."

L. Longum esset referre, quæ idem THOMAS ad confirmanda adversus infideles dogmata Religionis tam naturalis, quam Christianæ tradit in *summa Theologiæ*, ut *parte I.* quæst. 2. seq. de DEO ejusque attributis & quæst. 22. & 103. seq. de Providentia: tum de prima causa omnium entium, quæst. 44. & de causa mali, quæst. 49. de anima ejusque incorruptibilitate, quæst. 75. de fato, quæst. 116. Parte *prima secunda*, quæst. 2. seq. de beatitudine fine hominis, qu. 6. seq. de voluntario & motione voluntatis: & qu. 74. seq. de causis peccatorum, & qu. 90. seq. de principio actuum exteriori movente ad bonum, Lege, speciatim naturali, qu. 93. Parte *secunda secundæ*, post accuratas de vitiis ac virtutibus disputationes, qu. 171. seq. de prophetia. Parte *tertia* denique qu. 1. de convenientia incarnationis, & qu. 22. sacerdotii CHristi, & de ejus miraculis, qu. 43. seq. transfiguratione, qu. 45. satisfactione, qu. 48. & resurrectione, qu. 53. seq. Ad quam summam Thomæ, si quis conferat Scholasticorum

ſticorum eam illuſtrantium commentarios, Franciſci Svareſii, Gregorii de Valentia, Gabrielis Vaſqueſii, Ludovici Molinæ, Bartholomæi à Medina, aliorum: verendum eſt fortaſſe, ne ſub illorum mole fatiſcat citius, antequam aurum, quod in illis latet, eruat. Extat etiam volumen *quæſtionum* ejusdem Thomæ, quæ *diſputatæ* inſcribuntur, & tomo octavo ejus operum obviæ ſunt, in quibus de potentia DEI, de creatione, de malo, de anima, de Providentia & de Prophetia ſubtiliter objectiones varias more ſuo proponit, reſolvitque. Poſtremæ quæſtiones XXIX. hujus operis etiam ſeparatim excuſæ leguntur ſub titulo *Summa de Veritate.*

LI. His jungi poſſunt, quæ ante Thomam offert PETRUS LOMBARDUS, notus ſub Magiſtri ſententiarum nomine, Epiſcopus Pariſienſis ab A. C. 1159. ad 1164. quo diem ſupremum obiit. In ejus libris ſententiarum & in commentariis ad eos Alberti Magni, Jo. Duns Scoti, aliorumque plura reperiuntur religioni aſſerendæ idonea, ut *Lib. I.* diſt. 3. de cognitione Creatoris, diſſ. 35. de Providentia, diſſ. 46. ſeq. de malis, quæ DEO non prohibente fiunt. *Lib. II.* diſt. 1. quod unum eſt rerum creatarum Principium, DEUS, & diſt. 17. de anima. *Libri III.* diſt. 1. ſeq. quod conveniens fuit Filium DEI incarnari, & non ſine cauſa hoc modo potius ille liberare nos voluerit, diſſ. 19. 20. De fide, quæ ante natum CHriſtum hominem requirebatur, c. 25. & *Lib. IV.* diſt. 39. de conjugio fidelis cum infideli, & diſt. 43. ſeq. de reſurrectione mortuorum, judicio & præmiis juſtorum atque de impiorum pœnis.

Prodierunt *Thomæ* Aquinatis opera Venet. 1490. Noriberg. 1496. & Romæ, ſeptemdecim in folio Voluminibus, A. 1570. quam editionem recenſet Labbeus T. 2. de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 420. ſeq. Romanam editionem ſecuta Veneta A. 1594. & Antwerpienſis, curante F. Coſma Morelles, inquiſitore Colonienſi, A. 1612. addito Volumine duodevigeſimo, quo dubia & juniori Thomæ Anglico tribuenda ſcripta continentur. Etiam Summa Theologiæ, ne de Hebraico compendio * aut de translatione Arabica vel Chinenſi ** dicam, verſa Græce † exſtat MS. in

* Rev. Wolfius Bibl. Hebr. T. 1. p. 601.

** D. Jo. Fabricius Theol. Helmſt. T. 2. Bibl. ſuæ p. 86.

† Allatius de conſenſu utriusque Eccleſiæ p. 1242. *Non abhorrent Græci à Theologia Scholaſtica ſententiis, quas, ut ſibi comparent, cum in Græcia id non facile conſequi poſſint, in Italiam navigant, aliave inviſunt loca, & doctrinam adeo nobilem & ſibi*

MS. in Parisiensi Regia & in aliis Bibliothecis, ut quæstionum disputatarum Græca interpretatio in Bibl. Coisliniana p. 150. De S. Thoma ipso fuse nuper Jacobus Quetif & Jacobus Echard T. 1. Bibliothecæ scriptorum Dominicanorum, Henschenius T. 1. Actor. ad 7. Martii p. 655. sq. Nicolaus Toppi in Bibl. Neapolitana, Bzovius & Raynaldus in Annalibus, Natalis Alex. Sec. XIII. &c. Constat Doctorem Angelicum rebus humanis, quas doctrina sua ornaverat, ereptum A. C. 1274. ætatis non ultra 50. sanctis adscriptum à Pontifice Johanne XXII. A. 1322.

CAPUT VI.

Ad recentiorum notitiam per classes tradendam acceditur. Religionem rem esse maxime dignam homine, maximeque seriam & dignissimam studio ac consideratione. Argumentum ab eo, quod est tutius, minime contemnendum, si recte intelligatur.

I.

HActenus veteres Scriptores retuli, qui sua ætate quique, & suo quilibet modulo ac pede metiendi pro veritate Religionis Christianæ contra Atheos, Epicureos, Gentiles, Judæos & Mahumetanos decertarunt. Deinceps antequam ad recentiores enarrandos argumentaque eorum præcipua breviter indicanda progredior, juvat ante omnia rogare eos, qui jucundum sibi existimant, res sacratissimas oppugnare vel vocare in dubium, aut omnia ad religionem pertinentia susque deque habere ac negligere, vel plane suspendere naso, & risu, odio, aut blasphemia prosequi: rogare inquam eos juvat, ut si non possint à se impetrare, ut rebus verissimis & consensu testatis generis humani assentiantur, saltim in se descendant, ac quid agant demum, serio cogitent, candidoq; amore veritatis ac desiderio duci se in re tanta proprii boni consideratione patiantur. Magna & gravis causa agitur: spes ingens, pretium felicitatis maximum, pulcherrimus & lógissimus pietatis fructus, periculum ex altera parte immane, jacturaque horrenda atque irreparabilis. Nulla vero cura rerum humanarum Deum tangi, nullum inter virtutem ac scelus, nullum inter

sibi proficuam vigiliis immensis ac laboribus conquirunt. Non Summam Aquinatis modo, sed alia ejusdem opera, & quod magis mirere, aliorum Scholasticorum Theologicos & Philosophicos tractatus in Græcam linguam verterunt.

Digitized by Google

bestias & ipsorum animos intercedere discrimen, similemque vitæ exitum esse propositum utrisque, ne si velint quidem, poterunt semper temeritati suæ, citra contrarii formidinem credere. Minime omnium hoc, cum omnis vanitas hujus vitæ evanescet, cum mors imminebit, facere poterunt. Imminebit autem certissime, nullumque illis excusationis de tanti momenti re neglecta vel irrisa, nedum justæ apologiæ relinquet locum. Qua fronte poterunt negare, DEUM quotidie palpandum se illis cum gratia & beneficiis suis præbuisse? legum, virtutis, & rerum divinarum cognitionem ipsis, non brutis concessam fuisse divinitus? æquitatem & veritatem & utilitatem legum Divinarum & obligationis sensum impressum cordibus, sed conculcatum sæpius in se percepisse, atque identidem repugnante licet obliteratum conscientia, iterum tamen percepisse, iterumque, probe tunc recordabuntur. Tot argumentis igitur undique, tot magnis autoribus & testibus religionis causam agentibus, quidni dignum habent rem magis serio & extra jocum perpendere, ac risu abstinere & protervia: quid è re sua ipsorum autem sit cogitare severius, atque sanæ rationi & conscientiæ non inferre amplius vim, sed orare DEUM, ut aperiat ipsis oculos, atque ad inveniendam & amplectendam serio & judicato veritatem, constans studium & bonam fidem afferre largiatur.

II. Quæ in hanc sententiam plura dici possunt, uberius exposita lector inveniet in scriptis, quorum elenchum infra subjeci.

Joannes Amos Comenius * in libro, quem inscripsit *unum necessarium*, titulo repetito ex Lucæ X, 42. ediditque LXXVI. natus annos, Amst. 1668. in quo docet unum illud necessarium esse serium ac fidele religionis studium, cum de rebus hujus vitæ, quibus alii delectatur omnibus, valeat illud CHristi Joh. IV, 13. *qui bibet ex aqua hac, sitiet iterum.*

Blasius Pascalis, Cogitatorum de religione, quæ Gallice sæpius viderunt lucem ut Parisiis 1669. & postea Amst. dignissimæ lectu & consideratione, capite primo quod est contra Atheorum indifferentem socordiam, *contre l'indifference des Athées.*

Præfatio ad opus insigne de universis hominis officiis, quod à Theologo Anglo in lucem editum *(the whole duty of Man)* deinde Germanice etiam versum exstat Francof. 1673. 8. sub tit. Neue Praxis Pietatis, oder Ubung der Gottseligkeit, genannt die gantze Pflicht der Menschen.

Rapini liber, qui inscribitur: Salvation every mans great concern, ex Gallico

* B. Spizelii infelix literat. p. 1024. seq.

Gallico Anglice, Lond. 1699. 12. *History of the works of the learned, A. 1699. p. 366.*

Barth. Parson in directorio Christiano, qui liber nova Anglica veste indutus & in compendium missus prodiit Lond. 1700. *History of the works of the learned, A. 1699. p. 698.*

Jo. Friderici Osterwaldi Sermo 1. ad Genes. XIX, 4. ubi de generis Lothi, quibus erat ridiculum, quod de Sodoma brevi perdenda à socero suo audiebant. Prodierunt XII. sermones Osterwaldi Gallice Genev. 1722. 8. *Memoires hist. & Critiques A. 1722. Aout p. 4. seqq.*

David Martin sermons diverses, sermon 1. sur l'obligation ou est l'homme de se rendre attentif à la Voix de Dieu, lorsque cette voix s'adresse à lui. Amst. 1708. 8. *Nouv. de la rep. des lettr. 1709. p. 90.*

John Scot in opere Anglice edito de vita Christiana Volum. V. Lond. 1699. 8. sermone 1. de pretio animæ ad Matth. XVI, 26. *Hist. of the works of the learned A. 1699. p. 45.*

Jacobus Saurin in sermonibus Gallice editis Hagæ Comitis 1718. 8. T. 1. serm. 1. de studio religionis & emendationis vitæ non differendo, ad Esaiæ LV, 6. & T. 3. sermone 1. de pretio animæ ad memoratum Matthæi XVI, 26. locum, & sermone 8. & 9. de veritate omni studio inquirenda, ad Proverb. XXIII, 23. *Veritatem eme.* Et Tom. 4. sermone 1. de studio religioso, theoretico practico, ad Jacobi I, 25. & sermone 3. de sensu & amore religionis, *(sur le gout pour la devotion)* ad Psalm. LXIII, 6. 7. & sermone 7. de necessaria obligatione, qua homo ad leges divinas universas observandas obstringitur, ad Jacobi II, 10.

Gvilelmus Adami Theologus Anglus inter sermones ab Henrico Sacheverello Anglice editos Lond. 1716. 8. sermone V. & VI. ad Philippenses II, 12. *cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Nouvell. Rep. lettr. A. 1716. p. 679.

Gvilelmus Beveregius T. 2. sermone 4. ad eundem Pauli locum.

Franciscus Vidal, Pastor Ecclesiæ Groningensis, in libro, quem Groningæ 1713. 8. Gallice vulgavit hoc titulo: la juste balance de la crainte & de l'assurance Chrétienne, avec l'obligation que chacun a de travailler avec soin à son salut. Acta Erud. Tom. 6. supplementi p. 329. Journal literaire T. 2. p. 434.

Digitized by Google

III. Ante paucos annos * ſub *Eugenii Philalethæ* nomine Anglica lingua publici juris facta eſt Epiſtola ſive libellus, qui inſcribitur *the innocency of error aſſerted and vindicated*, cujus auctor *Arthurus Ashley Sykes*, hoc ait, ſe agere, ut oſtendat rem eſſe culpæ expertem & innocentiæ plenam errare de re, in qua indaganda pro captu ſuo omnem quis induſtriam, laborem, probitatem & ſinceritatem adhibuerit ad aſſequendam illius veritatem: neque unquam DEUM pœnas repetiturum erroris, culpa nulla omnino contracti, ſi homo ſincero animo DEUM voluntatemque DEI quæſiverit, ſcrutatusque fuerit, neque in errore ejus crimen ſit ullum obſtinationis aut negligentiæ, nec malitiæ ſcelus. Quod licet puto eſſe veriſſimum, tamen perſuadeo mihi multos, quos auctor abſolvit, adſcribitque innocentibus, à culpa negligentiæ vel obſtinationis aut malitiæ immunes ac liberos haberi non poſſe: & quoniam pro quamplurimis videtur apologiam ſcribere, qui autoritate mera, conſuetudine & affectibus potius quam ſerio veritatis ſcrutinio ducuntur, ut præjudiciis apud ſe dent locum & erroribus etiam graviſſimis ſtrenue inhæreant: igitur non ſine cauſa ſcriptum hoc reprehenſum eſt ab auctore anonymo obſervationum Anglice editarum, & ab illuſtri Oxonienſi Epiſcopo Joanne Pottero ** nec non in Diario Theologico Germanico (Unſchuldige Nachrichten von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen) A. 1717. p. 291. Utinam vero neminem de præcipuis teſtatiſſimisque veritatibus dubitare, easve oppugnare, aut improbo naſo ſuſpendere videremus, niſi qui eas ſevero prius ſinceroque ſtudio ſcrutatus fuiſſet ſine arroganti præconceptione, fontemque Sapientiæ ac Veritatis omnis DEUM precibus humilibus implorare non neglexiſſet. Hoc enim qui fecerit bona fide ac conſtanter, is, quin ſit ab exitioſis erroribus cuſtodiendus, & de iis, quæ vel ignorat

vel

* Lond. 1714. 8. & cum præfatione, qua ad Anonymi animadverſiones (*remarks upon a letter*) reſpondetur 1715. 8. Journal. literaire T. VIII p. 21. Nachleſe der Neuen Bibliotheck zu Halle p. 147. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc T. XX. p. 149. In eandem ſententiam diſputat *D. Chriſtianus Thomaſius.* in diſſ. an hæreſis ſit crimen, Halæ Sax. 1697. & Germanice in volumine excuſo Halæ 1705. 8. Auserleſene und in Teutſch noch nie gedruckte Schrifften n. III. & auctor ſcripti Anglice editi, cujus titulus *Diſſertatio de Pace, or Diſcourſe touching the peace and Concord of the Church*, quod *Johanni Haleſio* Etonenſi à plerisque tribuitur, & ſub ejus nomine prodiit in ſecundo Volumine collectionis rariorum ſcriptorum, *the Phenix, or a revival of ſcarce and valuable pieces* p. 348--390. Lond. 1708. 8.

** Reſpondere conatus eſt Sykeſius in ſchediaſmate cui titulus: *a vindication of the innocency of error*, Lond. 1720. 8. Bibl. ancienne & moderne T. XX. p. 159.

vel non ſatis recte percipit, abſolvendus, adducendusque ad ſalutaris veritatis ſufficientem agnitionem, atque in illa confirmandus, convincendusque, non patitur nos ineffabilis ac ſumma DEI bonitas dubitare. Neque ea eſt præcipuarum Veritatum & à quibus cæteræ dependent obſcuritas aut ambiguitas, ut internoſci nequeant, ſi cum precibus ad DEUM fuſis modeſtum & aſſiduum ſagaxque ſtudium accedat: res ipſa autem tanti eſt momenti & cujus omnium maxime refert, ut qui hoc facere contemnit, maximo ſe reatu haud dubie obliget & ſit ſaluti ſuæ capitalis inimicus.

IV. Non defuit quidem nuper, qui etiam ſacræ Theologiæ operantibus, & futuris Eccleſiæ Doctoribus diſſvadere eſt viſus ſacrarum litterarum ſerium & accuratius ſtudium, auctor ſchediaſmatis, quod jam ſeptimum fatigavit præla, prodiitque Londini 1716. 8. Titulus eſt: *The difficulties and diſcouragements which attend the ſtudy of the Scriptures in the way of private judgement, in order to ſhew, that ſince ſuch a ſtudy of the Scriptures is Mens indiſpenſable duty, it concerns all Chriſtien Societies to remove, as much as poſſible, thoſe diſcouragements.* Idem Scriptum potiorem partem Gallice redditum exhibet Vir clariſſimus Michael de la Roche T. 1. Bibl. Anglicanæ p. 203. ſeq. Si quis autem diligentius attendat, videbit non hoc agi illo Schediaſmate, ut à diligenti ſtudio Sacræ Scripturæ etiam hi, qui illam alios docere debent, arceantur, cum iſtud omnibus incumbere Chriſtianis in ipſo etiam titulo profiteatur, & quidem ab eis requiri tamquam officium neceſſarium, *Mens indiſpenſable duty:* ſed duplex mihi intentio fuiſſe auctoris videtur, una quantum ſtudii & operæ ad litterarum ſcrutinium requiratur, juvenes monere: deinde quam ſint frequenter illi, qui ex diligenti ſtudio obſervant vulgo neglecta, eaque publice docent, expoſiti aliorum odio & invidiæ, quamque multæ illis perferendæ injuriæ, & quam miſerum & iniquum illud ſit, demonſtrare. Facile tamen poteſt fieri, ut obiter lectus hic liber noceat amplius quam proſit, & à diligenti ac candido ſtudio Scripturam ſacram ſcrutandi plures deterreat, quàm ad illud accendat. Ut autem breviter ad difficultates, quas objicit, reſpondeam, quando ait, diligens & exactum ſacrarum litterarum ſtudium & auctori ſuo, quem odiis ac moleſtiis objiciat, & Reip. quam motibus exponat, non mediocriter obeſſe: exploratum eſſe exiſtimo nunquam nociturum Reip. plus quam profuturum, ſi cum modeſtia & prudenti probitate conjunctum ſit; nunquam etiam auctori: nam ſi nihilominus moleſtias & odia & perſecutionem ac tumultum concitet veritatis neceſſaria profeſſio, illa bono publico

Digitized by Google

publico & Divina consolatione ac retributione abunde compensatum iri non dubito.

V. Non tantummodo officii nostri est, seriæ inquisitioni Religionis fidelem dare operam, sed etiam jucundum hoc omnibus debet esse, tanquam homine apprime dignum, & ad nobilitatem ejus ac felicitatem unice faciens, quod omnibus aliis animantibus negatum, soli homini non sine causa utique datum divinitus ac concessum fuit, ut rerum divinarum cognoscendarum capax & ad alia quam transitoria hæc & sensibus obvia creatus esse intelligatur. Itaque ut monet Raymundus de Sebunde in Theologia naturali sive libro creaturarum c. 67. si quæratur utrum Religioni studium impendendum sit, an illud floccipendendum, *concluditur, quod homo de jure naturæ debet & tenetur affirmare, credere & recipere illam partem, tanquam quæ magis est ad ejus utilitatem, ad ejus bonum & meliorationem, perfectionem, dignitatem, & exaltationem, inquantum homo est, & per quem generantur in homine gaudium, & lætitia & consolatio, spes, confidentia, securitas, & fugatur tristitia ac desperatio ab ipso homine, & per consequens sequitur, quod debet affirmare illam partem tanquam veram, quæ magis est amabilis, desiderabilis de se & de sua natura, & quæ magis habet de esse & de bono: & aliam partem oppositam tenetur negare tanquam falsam & à se fugare tanquam inimicam sibi. Si autem homo facit oppositum, tunc utitur intellectu suo contra seipsum, & contra hominem, & contra suum bonum & ad suum damnum & desperationem, & tunc facit contra totum ordinem rerum, quia qualibet res inferior homine utitur his, quæ sunt ad suum bonum: & homo faciendo alio modo, utitur ad suum damnum & destructionem suo intellectu & voluntate, & ideo facit contra cursum naturæ & omnium rerum & contra hominem, ideo tunc non debet dici homo, quia facit contra hominem & habet intellectum deviatum & corruptum.*

VI. Neque debet impedire, quod illi, qui hoc negligunt, negant se de futura præmiorum pœnarumque magnitudine certo esse convictos ac persuasos: nam longe minus certi possunt esse de illius falsitate, neque multi ex ipsis tam ferrea fronte sunt, ut hanc exploratam se habere profiteantur, quam habere certe nullo modo possunt. Liceat igitur eos his Arnobii verbis alloqui lib. IV. p. 44. *Non credimus, iniquitis, vera esse quæ dicit. Quid enim? quæ vos negatis vera esse, apud vos liquent, cum imminentia, & nondum cassa, nullis possint rationibus refutari? Sed & ipse quæ pollicetur, non probat. Ita est. Nulla enim, ut dixi, futurorum potest existere compro-*

comprobatio. Cum ergo hac sit conditio futurorum, ut teneri & comprehendi nullius possint anticipationis attactu; nonne purior ratio est, ex duobus incertis, & in ambigua expectatione pendentibus, id potius credere, quod aliquas spes ferat, quam omnino quod nullas? In illo enim periculi nihil est, si quod dicitur imminere, cassum fiat & vacuum: in hoc damnum est maximum, id est salutis amissio, si cum tempus advenerit, aperiatur non fuisse mendacium. Quid dicitis ô nescii, etiam fletu & miseratione dignissimi? Ita non extimescitis, ne forte hac vera sint, qua sunt despectui vobis, & prabent materiam risus? nec saltem vobiscum sub obscuris cogitationibus volvitis, ne quod hoc die credere obstinata renuitis perversitate, redarguat serum tempus, & irrevocabilis pænitentia castiget? In eandem sententiam scriptor Clementinorum homilia I. cap. 4. T. 1. Patrum Apostolicor. Cotelerii p. 616. (622.) Ἔλεγον γὰρ, εἰ μή τι γε τοῦ νῦν λυποῦντος ἐκεῖ χεῖρον παθεῖν ἔχω, μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς, καὶ παραδοθήσομαι κατ' ἐνίων φιλοσόφων λόγους Πυριφλεγέθοντι καὶ Ταρτάρῳ ὡς Σίσυφος, ἢ Τίτυος, ἢ Ἰξίων, ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος; πάλιν τι ἀνθυπέφερον λέγων, ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. Καὶ πάλιν ἔλεγον εἰ δέ ἐστιν. Οὐ δήλου οὖν ὄντος τοῦ πράγματος, ἔλεγον ἀκινδυνότερόν ἐστιν μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶσαι με. *Dicebam quippe, Annon illic pejus quidpiam eo, quod me nunc cruciat, passurus sum, si pie non vixero, ac secundum quorundam Philosophorum sermones Pyriphlegetonti tradendus sum & Tartaro, quemadmodum Sisyphus, vel Tityus, vel Ixion, vel Tantalus; atque in inferno aternum puniar? Iterumque replicabam, dicens; Sed ista non sunt. Rursusque ajebam; At si sunt. Cum igitur, inquiebam, incerta res sit, multo magis extra periculum est pie me vivere.* Et homilia IV. 14. p. 653. (659.) Οὗτος ὁ λόγος, εἰ καὶ μῦθος ὢν τυγχάνοι, εὐσεβὴς γε ὢν οὐκ ἀσύμφορος ἂν εἴη τῷ βίῳ. Ἕκαστος γὰρ προσδοκίᾳ τοῦ κριθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ, πρὸς τὸ σωφρονεῖν μᾶλλον τὴν ὁρμὴν λαμβάνει. Εἰ δὲ καὶ ἀληθὴς εἴη ὁ λόγος, ἀπήλλαξε μὲν τὸν σωφρόνως βεβιωκότα τῆς αἰωνίου κολάσεως, προσευεργέτηκεν δὲ τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀϊδίοις τε καὶ ἀπορρήτοις γιγνομένοις ἀγαθοῖς. *Hac doctrina, quamvis fabula esset, cum pia sit, vita non esset inutilis. Singuli namque dum exspectant futurum erga se DEI cuncta intuentis judicium, ad temperate vivendum majorem impetum capiunt. Quod si & vera est doctrina* (ut tot argumenta non inficiandi ponderis, & testimonia auctoritatis maximæ, suffragante cujusque sensu intimo animi, & voce communi generis humani confirmant) *aterno supplicio liberat eum, qui vitam moderatam traduxit, simulque pro beneficio largitur futura à DEO bona aterna & ineffabilia.* Raymundus Sebundus loco laudato: *Et si aliquis dicat, quare tu*

affirmat & credit illud, quod non intelligit quia forsitan est falsum? ad hoc respondetur, quod excusatur per hoc, quia credit ad suum bonum & ad suam utilitatem, quia hoc tenetur facere naturaliter & de jure naturæ: & qui facit secundum suam naturam facit id, quod debet, & qui facit id, quod debet, excusatus est. Neque intellectus potest in hoc errare, postquam credit illud & affirmat, quod est sibi maximum bonum & oppositum ejus est privatio sui boni, quia tunc facit maximum bonum sibi ipsi, & suæ voluntati. Et hoc tenetur facere, quia intellectus factus est & datus homini ad ipsius utilitatem & non contra se. Et quia melius est homini sine comparatione, affirmare & credere partem, quæ est pro se ipso & pro bono suo, quam affirmare oppositum: quia hoc tenetur facere, quia qualibet res tenetur facere, quod est melius pro se, & sufficit homini ad videndum & ad cognoscendum certitudinaliter quod affirmare & credere debet, licet non intelligit, quomodo est. Si enim homo affirmet & credat partem oppositam, quæ est privatio sui boni, tunc recipit in seipso inimicum suum, & illud quod intra se est expellit & fugat amicum suum, & illud quod est pro se, & ideo est perversus valde & maximus inimicus, & adversarius sui ipsius & nocens sibi ipsi & nulli proficiens: & sic est reprehensibilis & ab omni creatura merito condemnatur. Et ideo est stultissimus & sine sensu. Et istud est certissimum signum & argumentum, quod si aliquis homo ita faciat, & nolit credere & affirmare, quod melius est pro se, quod ipse possidetur ab inimico suo mortali, qui dominatur intellectui suo, & tenet ipsum ligatum & vinculatum ut non possit uti ipso intellectu nec officio ejus, affirmando & credendo ad suam utilitatem, sed ad suum damnum & contra seipsum & contra totum ordinem universi & omnium creaturarum. Eodem argumento ducto ab eo, quod est tutius, religionem amplectendam suadent Blasius Paschalis in cogitatis de religione capite VII. *qu'il est plus avantageux de croire que de ne pas croire ce qu'enseigne la Religion Chrétienne;* & Auctor libri Gallice editi Paris. 1677. 12. *Traité de Religion contre les Athées, les Deistes, & les nouveaux Pyrrhoniens;* qui libellus Germanice etiam vidit lucem Francof. 1713. 8. tota parte prima: *Joannes Tillotsonus,* Archiepiscopus Cantuariensis, in sermonibus, qui familiam ducunt in tomo 1. ejus operum Lond. 1714. fol. editorum Anglice, & inter triginta ejus sermones, Germanice versos editosque Lipsiæ 1694. 4. nec non in tomo sermonum primo, quos Clarissimus Vir Joannes Barbeyracus veste eleganti Gallica induit Amst. 1705. 12. quorum primi argumentum est, *the wisdom of being religious,* de pietate, vera sapientia ad Jobi XXVIII, 28. & secundi, *the folly of scoffing at religion,* de stultitia eorum, qui religionem rident, ad

2. Petri

Digitized by Google

2. Petri III, 3. In his inter alia cogitandum proponit irreligiosis hominibus, quod etiamsi argumenta pro amplectenda religione non essent tanti ponderis, quæ tamen gravissima ipse & omni majora exceptione adducit & urget, tamen qui eam contemnunt, stolide agant ob immanem, quod utrinque intercedit periculi diversitatem proportionisque differentiam, quoniam prudentiæ ratio & salutis propriæ amor jubet unumquemque sanum ad meliorem illam partem eligendam confugere, & licet obstare videantur hæc vel illa dubia, tutiorem tamen viam præferre libenter, atque eam in omni vitæ instituto sequi. Qui enim recte sapit & prudenter in actionibus suis versari cogitat, is, quantum poterit, cavebit sibi, ut in omnem eventum summam rei salvam tueatur, prospiciatque ne salus sua detrimenti aliquid capiat. In eandem sententiam *Franciscus Gastrellus* in tomo secundo operis de veritate, certitudine & necessitate Religionis, speciatim Christianæ, qui *Joanne Joachimo Arends* interprete ex Anglico versus etiam Germanice prodiit Lipsiæ 1716. 8. part. 4. c. 5, p. 393. seq. *Jac. Saurinus* T. IV. sermon. 10. sur les travers de l'esprit humain p. 424. seq. *Sam. Clark* de veritate Relig. Christianæ c. XXI. versionis Gallicæ p. 420.

VII. Novi esse viros quosdam acuto ingenio, qui argumentum hocce petitum ab eo, * quod est tutius, tanquam parum solidum rejiciunt, quorum loca notavit Venerandus Vir, qui Academiam Helmstadiensem hodie ornat D. *Johannes Laurentius Mosheim* in dissertatione *de vi argumenti, quod à tuto ducitur in Theologia*, quæ exstat in ejus primitiis Juliis, Wolfenbuttelæ 1723. 3. Ita Villarius *(l'Abbé de Villars)* in libro Gallice edito Parisiis & Amstelodami de lepida ac scita elegantia *(de la delicatesse)* qui dialogo V. p. 115. sq. Blasio Paschali gravem etiam de illo usurpato dicam scribit, velut à re tam flocci totam religionem suspendenti, qua in parte injuriam viro egregio fieri totus liber ejus clamat, & recte notavit Petrus Bælius in Dictionario historico. ** Similiter ut miserum

 imprimis

* Quoniam de illis tantum hoc loco dicendum mihi sumsi, qui religionis omnis vel speciatim Christianæ inimici aut contemtores sunt, de industria omisi memorare scriptores, qui inter Ecclesias Christianas partes tutiores præ cæteris commendare voluerunt, ut *Anonymus* in libro, qui inscribitur: *a discourse shewing the Protestans are on the safer side.* Lond. 1687. 4. Et *Gvilelmus Chillingworth* in opere, cui titulus: *the Religion of Protestans, save way to salvation.* Lond. 1684. fol. quinta editio. Vide Jo. Clerici Bibl. universalem Gallice editam T. VIII, p. 135. 136.

** Bælii Lexicon in voce, *Pascal*, nota J.

imprimis refugium exploditur à Comite Schaftshurio in Epiſtola de Enthuſiaſmo, * quam ex Anglico Lond. 1708. Gallice etiam verſam Hagenſes excuderunt 1709. 12. p. 96. Celeberrimus etiam Cancellarius Tubingenſis, D. Chriſtoph. Matthæus Pfaffius, diſſ. 1. de præjudiciis Theologicis §. 83. *tunc demum* illud exiſtimat *valere, ſi cum aliis rationibus iisque fortioribus conjungatur, atque ita adhibeatur, ut viam ad convictionem ſternat.* Atque ita ſane eſt, nam ad fidem vel ſcientiam gignendam eſt hoc argumentum ſane, ſi nudum ſolumque ſit, inutile & ineptum. Neque enim ideo verum aliquid eſt aut Divinum, quia ſi verum ac Divinum eſſet, maximi hoc mea intereſſet. Sed non ita colligunt, qui illo argumento utuntur viri laudatiſſimi: certe longe alius nervus concluſionis in illa, qualis à Paſchali, Gaſtrello vel Tillotſono producitur, collectione continetur, hic nempe: cum rationes graviſſimæ, cum teſtes ſumma fide & auctoritate, iidemque innumerabiles, nec non eventus & facta haud inficianda adſtipulante ipſo, quam ſumma vi non poſſunt opprimere conſcientiæ ſenſu, religioni fidem faciant, minime prudenter facere atheos & Deiſtas, qui vel ex ſocordia rem tantam negligunt, vel ob dubia quædam non comparanda cum rationibus & teſtimoniis contrariis, haud dubitant religionem negando ſummo ſe exponere periculo, qua diligentius conſiderata & accepta non modo nihil perdituri, nullamque adituri ſint aleam aut periculum, ſed etiam in hac vita longe feliciores futuri. De quo poſtremo cum ex inſtituto dicturus ſim capite XXXIV. in præſenti tantum vim argumenti hujus facili ſimilitudine explicabo. Si verſeris in ſuburbio inter convivas hilaris, ac videas fumum procul ex urbe aſcendentem accedatque anhelans amicus tuus nulla cognitus, tibi fraude, ſuperveniat alter tertiusque, qui dicant uno ore omnes, proximam ædibus tuis domum flagranti ardere incendio, lubens ex te quæſiverim, num hominis mentis bene ſanæ exiſtimes eſſe nihil id curare, cogitare poſſe fieri, ut illi homines errore decepti ſint, vel hilaritatem convivii tibi invideant; aut tibi perſuadere non eſſe opus, ut propius accedas; non agi rem tuam, vel alio modo poſſe conſuli ædibus tuis, licet in illis omnes fortunas tuas repoſitas eſſe probe noris, nec tamen velis ob maximam illam rem vel tantillum incommodi ſuſcipere. Non credo quemquam eſſe, qui huic argumento ineſſe robur negaverit, præcipue cum hilaritati convivii honeſtæ, ne conferendæ quidem ſint res, quibus abſtinere jubet religio,

* Refellitur ab illuſtri Leibnitio. recueil de diverſes pieces T. 2. p. 262. & à Wottono, in libro an enquiry, after wit. Lond. 1709. 8. Hiſt. of the works of the learned 1709. p. 429.

religio, ita comparatæ ſcilicet, ut illis natura ipſa humana vel doleat, vel eam illorum pudeat: quæ autem ſvadet & quæ offert religio, ejusmodi ſunt, ut bona etiam ſtatim fruenda ſuppeditet cultoribus ſuis maxima, quibus in rebus ſecundis pariter & adverſis uti poſſumus, tranquillitatem animi, bonam conſcientiam, amorem DEI hominumque & ſpem in DEUM. Neque huic argumento objici poſſunt tria illa ob quæ collectionem ab eo quod tutius eſt, crude propoſitam ſibi valde ficulneam viſam eſſe teſtatus fuit laudatus Pfaffius: *tum quod ex mero metu id proficiſcitur, qui ſuperſtitionem quidem ſed fidem non gignit, quæ altioris eſt principii: tum quod ſupponit nos de religione dubitare, fidemque in noſtra poteſtate eſſe.* Nullum enim ex his de argumento quale jam expoſui, cum ulla veriſimilitudine affirmari poterit: non quippe ex metu ſolo profectam fidem commendat, ſed ſumma ratione ſvadet timere quod timendum eſt, cum non ſuperſtitionem ſed ſapientiam ac felicitatem gignat timor Domini, quem Rex Sapientiſſimus initium eſſe Sapientiæ vere pronunciavit. Neque ſupponitur argumento illo de religione nos dubitare, ſed potius non credentibus poſt tantam rationum teſtiumque nubem oſtenditur, nullam idoneam cauſam eſſe dubitandi, qui etiamſi adhuc aliquas habere ſibi viderentur, tamen illas miſſas facere deberent. Denique fidem in hominibus collectione illa veluti rem, quæ in noſtra poteſtate ſit, gignere neutiquam volumus, ſed certi à DEO expetendam illam eſſe, ut is & velle largiatur & credere & operari, tantummodo ne gratiæ Divinæ cor volenti aperire, homo tot & tantis rebus contraria omnia ſvadentibus diutius pertinaciter reſiſtat, monemus.

VIII. Quoniam antem timoris, ſuperſtitionem gignentis, facta eſt mentio, ex iis, quorum ſententia *primus in orbe Deos finxit timor,* libenter quæſiverim, num timendi tantum Opificis cauſam nobis præbeat Mundus, nonne etiam amandi, colendi, admirandi? Ergo DEUM quando tonuit, exiſtere collegerunt homines, non etiam quando pluit, quando lucem & calorem & bona in nos demiſit innumerabilia? Nulla eis de auctore in mentem venit cogitatio, quando conſiderarunt hanc cœli pulchritudinem, mirabilem orbem ſolis, aſtrorum ſtatos decurſus, anni dierumque vices, & telluris jucundam ubertatem? Num vero alium quam Opificem ſuum timuere, qui primi timuerunt, & nullasne cauſſas in ſe ipſis pariter repererunt homines amoris, cultus, laudis, quibus auctorem ſuum Optimum Numen proſequerentur etiam ii, qui ex ejus, ut ita dicam, manibus recentes prodierant? Timorem porro verum ac

Digitized by Google

naturalem justissimumque illum oportet esse, qui à tot millenariis annorum non exemplo, sed ratione ac fide constanter alitur in sapientissimis quibusque & optimis animis ubique terrarum, quibus impii nunquam temeritate sua potuerunt persuadere, ut eorum more improbo timorem illum ex animo suo deponerent, quo athei quoque cupientes, nec in morte possunt se exuere, quum vel maxime ipsorum impietas metu eos liberare debebat. Nisi enim penitus esset à natura, illique congruens, utique cupide tunc conculcaretur ab iis etiam nimis ante metutus: sed ipsorum culpa fit illis terror, qui pios omni irreligiosorum svavior voluptate per omnem vitam regit ducitque feliciter timor DEI ex amore * jucundissimus.

CAPUT VII.

Argumentum adversus Atheos petitum ab rerum natura, motu & finibus, quæ auctorem Optimum, Potentissimum, Sapientissimum certissime testantur.

I.

CUm *primus* sit *DEI cultus, DEUM credere, deinde,* ut verbis utar Senecæ Epist. 96. *reddere illi majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est: scire illum esse, qui præsidet Mundo, qui universa vi sua temperat, qui humani generis tutelam gerit:* consentaneum est, ut delectum facturi argumentorum, quæ pro religione faciunt, initium ducamus à palmaria & omni exceptione majori conclusione Apostoli, qui τὸ γνωςὸν τȣ̃ Θεȣ̃ sive *notitiam Numinis* testatur, *ipso DEO patefaciente* hominibus *manifestatam esse,* † siquidem *illius, quæ sunt inaspectabilia, cujusmodi est sempiterna ejus Potentia ac Divinitas, ea ex Mundi opificio, dum considerantur, per opera perspiciuntur,* εἰς τὸ εἶναι αὐτȣ̀ς ἀναπολογήτȣς, *ut sint inexcusabiles,* quotquot DEUM negant se cognoscere, vel qui cognito DEO dignam gloriam gratiamque tribuere recusant. Certe universum hoc, ut expositum omnium oculis, ita quo magis attendas, eo certius & jucundius ad auctorem in eo admirandum deducet te magnitudo & pulchritudo operis, artificium, motus, ordo, varietas, constantia, respectus rerum

* Confer Jac. Saurinum T. 3. serm. 10. ad verba Jeremiæ X, 6. *Quis Te non metuat, o Rex Gentium? tuum est enim Decus.*

† Confer Schlichtingium & Limborchum ad h. l. quos oppones Socino DEUM ex natura cognosci posse inficianti prælect. Theol. c. 2.

Digitized by Google

rerum eos ignorantium & fines, quotidieque ad nos inde redundans utilitas longe minus patietur de optimo maximo Opifice dubitare, quam vel affabre elaboratum horologium, vel domus instructissima aut navis, vel plena artis pictura aut sculpta imago, vel ingeniosum poëma auctorem suum celebrat. Cum autem vel obiter inspectus Mundus possit bonitati potentiæ & sapientiæ Auctoris evidens perhibere testimonium, tamen eo dignius fide illud debet esse omnibus, quo magis constat oculis propius singula intuentium, daturque in maximis minimisque pariter cum summa animi voluptate & convictione clarissime impressa percipere Opificis Optimi, Potentissimi, Sapientissimi vestigia, manumque Numinis beneficam non conjectura obscura assequi, sed certissime palpare atque Apostoli verbo, ψηλαφήσαιεν. Actor. XVII, 27.

II. Jam olim veterum industria piaque sagacitas in hoc eluxit, ut argumento hoc à rerum natura, motu & finibus ad Opificem agnoscendum & celebrandum, & uterentur ipsi, & aliis ad illud adhibendum observationibus suis præirent. Quo spectant Galenus in libris præclaris de usu partium corporis humani, aliique, quos laudavi p. 145. nec non scriptores in hexaëmeron S. Basilius, Ambrosius, Jo. Philoponus, aliique. Negari autem nequit recenti ætate viros præstantissimos non paucos diligentius & plenius multo argumentum hoc exposuisse atque illustrasse, quorum syllabum hoc loco subjungere juvat:

Demonstration de l'existence de Dieu, tirée de la Nature, & proportionnée à la foible intelligence des plus simples, par Messire *François de Salignac de la Mothe Fenelon*, Archeveque de Cambray, * Paris. 1712. (in qua prima editione nomen auctoris omissum,) atque iterum 1713. cum præfatione P. Renati Josephi Tournemine S.I. & sine illa Amsterd. 1713. 1715. 12. & in parte prima Opusculorum Fenelonii Philosophicorum, Paris. 1719. & Amsterd. 1720. 12. & Anglice, Boyero interprete, Lond. 1713. 8. & Germanice, quam versionem ego cum nova præfatione, argumenta præcipua adversus Atheos ac Deistas tangente edidi, Hamburg. 1714. 8. Prodiit & Belgice Amst. 1715. 8. atque ubi se offeret occasio, etiam Latine à me in lucem edetur.

Het

* Vide Acta Erud. Latina A. 1713. p. 244. & Germanica T. 2. p. 852. Journal des Savans A. 1713. p. 244. & T. 2. p. 159. Journal literaire T. 1. pag. 1. & 15. Bibliotheque choisie de Mr. le Clerc T. 26. p. 226. Europe Savante A. 1719. Avril p. 163. Memoires de Trevoux A. 1713. p. 459.

Digitized by Google

Het regt gebruik der werelt beſchouwingen, ter overtuiginge van Ongodiſten en Ongelovigen aangetoont door ***Bernard Nieuwentyt*** M. D. (Verus uſus contemplationis Univerſi ad convincendos Atheos & alienos à fide) Amſtelod. 1715. 4. Nouv. rep. lettr. 1716. p. 151. 487. Journal literaire T. V. p. 230. T. VIII. p. 154. Nachleſe der Halliſchen Neuen Bibliothec p. 203. Animadverſionibus Jacobi Bernhardi reſpondet Nieuwentytus in Diario Belgico, boekſaal van Europe A. 1716. p. 673. ſeq. Gallica verſio operis egregii inſcribitur: ***L'exiſtence de Dieu, demontrée par les merveilles de la Nature,*** interprete ***Nougueſio,*** ex verſione Anglica quam intra triennium vel quadriennium quarta vice recuſam legas in Ephemeridibus Pariſienſibus A. 1724. menſe Auguſto pag. 210. Obiit Nieuwenthytus A. 1718. 30. Maj. anno ætatis tertio & ſexageſimo. Europe Savante 1719. April. p. 294. Bibl. Philologico Theologica Bremenſ. T. 2. p. 356.

Principes de Philoſophie, ou preuves naturelles de l'exiſtence de Dieu & de l'immortalité de l'ame par Mr. l'Abbé ***Charles Claude Geneſt.*** * Pariſ. 1716. & Amſt. 1717. 12. Carmine eleganti Gallico, in quo dubium, ſoliditatem magis admirere an ingenium & artem vel perſpicuitatem.

Bartholdi Henrici Brockeſii, J. U. L. & Senatoris Reip. Hamburgenſis Irdiſches Vergnügen in GOtt, Hamb. 1723. & cum plurimis acceſſionibus 1724. 8. edente V. C. Chriſtiano Friderico Weichmanno. Etiam in his Ampliſſimi Brokeſii carminibus Germanicis pietas ingenioſa & ſublimis ac dulcis varietas certat ſecum ipſa atque ſe exſuperat in DEI operibus depingendis, ut hominum attentionem excitet ardoremque accendat per ea cupidius contemplandi Numinis & Opificis celebrandi.

Stultitia & irrationabilitas Atheiſmi reſpectu ad ipſam præſentem vitam habito demonſtrata ab emolumento atque voluptate vitæ religioſæ, à facultatibus animæ humanæ, ſtructura corporis animati, & origine atque compage Mundi evicta octo orationibus ſacris habitis in prælectione inſtituta † à ***Roberto Boyleo,*** Armigero, anno à fundatione

* Nouvell. Rep. lettr. 1717. c. 362. Journal des Savans 1717. pag. 3. Memoires de Trevoux 1717. p. 327. Hiſtoire Critique de la Rep. des lettres T. 14. p. 47. 405.

† Gilbertus Burnetus Oratione in Boylei funere, quæ editioni Latinæ ſermonum Bentleianorum

fundatione primo, CHristi 1692. Londini per ***Richardum Bentley***, SS. Theol. D. Sereniss. Britannorum Regi à sacris aulicis & Bibliotheca Regia; Canonico Worcestriensi, ***a confutation of Atheism***, Lond. 1692. 4. Acta Erud. 1693. p. 592. Latine, Danielo Ernesto Jablonsky interprete, Berolini 1696. 8. Journal de Berlin 1696. p. 549. Germanice ex versione Christophori Matthiæ Seidelii, Hamburg. 1715. 8.

Quintæ editioni Anglicanæ, Cantabrig. 1723. 8. accessit sermo Bentleyi nonus in 1. Petri III, 15. quo Divinæ revelationis veritatem contra Deistas, & JEsum Messiam esse idoneis confirmat argumentis. (Bibl. Angloise T. XI. p. 525.)

Samuelis Parkeri Cogitationes de DEO & Providentia, sex disputationibus comprehensæ. 1) An Philosophorum ulli, & quinam Athei fuerint. 2) A rerum finibus DEUM esse demonstratur. 3) Epicuri & Cartesii hypotheses de Universi fabricatione evertuntur. 4) Mundum neque prorsus infectum, neque necessitate factum, sed solo Opificis consilio exstructum fuisse, demonstratur. 5) A generis humani ortu & corporis humani structura DEUM esse demonstratur. 6) Contra Scepticorum & Academicorum disciplinam, potissimum Ciceronis de quæstionibus Academicis libros, & Cartesii meditationes Metaphysicas disputatur. Lond. 1678. 4.

Nehemiah Grew Cosmologia sacra, or a discourse of the universe, as it is the Creature and Kingdom of God, chiefly written to demonstrate the truth and excellency of the Bible, which contains the Laws of his Kingdom, in this lower Wold. Opus præclarum divisum in libros quinque, quorum tertio Naturalis, quarto Judaicæ,

norum subjicitur, p. 480. *Purum & à partium studio alienum Christianismum rem tam Illustrem tamque Gloriosam arbitrabatur, ut Certaminibus atque Schismatis circa minutiora ortis acerbè indolesceret, cum interea res momenti maximi juxta atque Veritates universali omnium consensu probatas Pars quaque tam fere communiter negligeret ac profiteretur. Statuerat proinde (quamvis intercesserint, quæ quominus dum viveret rem effectui daret, non quominus Testamento institueret, impedivère) Salarium satis pingue* (centum librarum sterlingorum *decernere Theologo, paucis nervosis Orationibus quotannis Veritatem Religionis Christianæ asserturo, ad Pugnas tamen quibus Christiani inter se decertant haud descensuro; eamque Provinciam ternis quibusque annis in alium atque alium devolvi jussit, quo Nobile isthoc Studium à pluribus tractaretur, hòcque pactò plures illius Notitiam sibi compararent.*

Digitized by Google

daicæ, quinto Christianæ Religionis rationes & Divinitatem explicat ac tuetur. Lond. 1701. fol. Acta Erud. 1703. p. 193. 241. History of the works of the learned 1701. p. 359. 440. Bibliotheque choisie de Mr. le Clerc T. 1. p. 228. T. 2. p. 352. T. 3. p. 278.

Johannis Eduardi demonstration of the existence and providence of God, from the contemplation of the visible structure of the greater and the lesser world. Lond. 1696. 8. duobus voluminibus.

Philosophical principles of Natural religion, containing the elements of natural Philosophy, and de proofs for Natural Religion, arising from them, by *George Cheyne*, M. D. and F. R. S. Lond. 1705. 8. & addita secunda parte 1715. 8. Histoire des ouvrages des Savans 1704. pag. 506. Hist. of the works of the learned 1705. p. 297. Acta Erud. 1710. p. 455. Bibl. ancienne & moderne T. III. p. 41. seqq. ubi amplissima ex illo opere præstantissimo excerpta & T. IV. p. 407.

Den Schepper en zyn bestier te kennen in zyn schepselen, Amsterd. 1716. 8. door *Mr. ten Katen.* Belgice ex Cheynio, additis observationibus, & præfatione, qua oppugnat Cartesii Mechanismum. Bibl. ancienne & moderne T. IV. p. 447.

Jeffery Wale an essay at the Mechanism of the Macrocosm. Lond. 1705. 8. History of the works of the learned 1705. p. 481.

The wisdom of God manifested in the works of the Creation, in two parts, by *John Ray*, Lond. 1714. 8. sexta editio. Inde Germanice Rev. Casparo Calvoer interprete, cum ejus notis, Goslar. 1717. 4. & Gallice, l'existence & la sagesse de Dieu, manifestées dans les oeuvres de la Creation. Ultraject. 1714. 8. Bibl. ancienne & moderne T. 4. p. 352.

Ejusdem dissertationes tres de Chao, creatione Mundi, diluvio & futura conflagratione. Anglice Lond. 1693. 8. & 1697. 8. ex qua editione versus Germanice hic liber prodiit Hamb. 1698. 8. Ab eo tempore longe auctior publici juris est factus post Auctoris, summi Viri obitum, Lond. 1713. 8. inde Belgice Roterd. 1719. 8. Boeksaal van Europe A. 1693. T. 2. p. 198. Acta Erud. T. 6. supplementi p. 67.

Andreæ Rudigeri Physica Divina contra Mechanicos Philosophos, Francof. 1716. 4. Deutsche *Acta Erud.* 49. T. 5. p. 7. seq. *Nouv. Rep. lettr.* 1717. p. 147.

The

The principles of Natural Philoſophy, by *Robert Green*, Lond. 1712. 8. *Hiſt. of the works of the learned* 1711. p. 455.

Matthai Hale, qui dignitate & ingenio nobilis, virtute nobilior diem obiit A. 1676. 25. Dec. ætat. 67. opus egregium poſtumum *de originibus humani generis* ac DEO exinde demonſtrando, lucem vidit Anglice * Lond. 1677. fol. & ex Anglico Germanice verſum juſſu Sereniſſ. Electoris Brandenburgici, Friderici Wilhelmi, interprete Henrico Schmettau, Berolini 1683. fol. & minoribus typis, Uratislaviæ 1685. 8. Der erſte Anfang, oder das Urſprüngliche Herkommen des Menſchlichen Geſchlechts, wie daſſelbe aus dem Lichte der Natur erforſchet, und Vernunft gemäß betrachtet und ausgeführet wird. Præfatio interpretis de Atheiſmo ejusque fœditate præmittitur.

Ejusdem Halei *Magnetiſmus magnus*, ** ſive metaphyſicæ & piæ conſiderationes de magnete. Anglice editæ Lond. 1695. 8. atque itidem poſtea in Germanicam linguam translatæ. Dolendum eſt, alia magni hujus Viri ſcripta necdum edita eſſe in lucem, quæ ad Religionis veritatem, venerationemque Numinis commendandam omnibus, plura illuſtris auctor concinnaverat, uti ſunt, quæ ad calcem vitæ † ejus à Gilberto Burneto ſcriptæ Anglice Lond. 1681. 8. & Germanice Johanne Werkentino interprete, Hamb. 1716. 8. ad calcem Haleſii meditationum in Orationem Dominicam p. 117. memorantur: De DEO, Vox Metaphyſica, Vox Naturæ, Providentiæ, Ethicæ, Conſcientiæ: De originibus generis humani derivatis, ſive ejus propagatione. De generatione animalium & vegetabilium DEUM teſtante. Magnetiſmus Divinus. De immortalitate animæ.

Roberti Boyle †† inquiſitio cauſarum finalium in rebus naturalibus, *diſquiſition about the final cauſes of natural things*, Lond. 1688. 8. Bibl. univerſelle T. 9. p. 65.

Ejusdem *Philoſophus Chriſtianus*, ſive Philoſophiam experimentalem Religioni aſſerendæ prodeſſe potius quàm obeſſe.

Ejusdem *inquiſitio notionum vulgarium Naturæ*, &c.

* Philoſophical tranſactions n. 136.

** Acta Eruditor. T. 3. ſupplementi p. 55.

† Vita Matthæi Hale prodiit etiam Gallice A. 1688. Conferendus præterea Jo. Henricus Reitzius opere vulgato Germanice, quod inſcribitur Hiſtorie der Wiedergebohrnen parte IV. p. 113. ſeq.

†† Conferenda *Rich. Boultoni* opuſculorum Theologicorum Boylianorum epitome edita Lond. 1715. 8. tribus Voluminibus. Acta Erud. T. 3. ſupplementi p. 492.

Casparis Barlæi oratio de animæ admirandis p. 96. seqq.

I. B. Vallade discours philosophique sur la Creation & arrangement du Monde. Amst. 1700. 8. Hist. of the works of the learned 1700. p. 599.

Astrotheology, or a demonstration of the Being and attributes of God, from a survey of the Heavens by *William Derham*, Rector of Upminster in Essex. Lond. 1715. 8. editio secunda. Prima 1714. Acta Erud. 1716. pag. 160. Unschuldige Nachrichten Anno 1716. pag. 283. Germanicam versionem propediem exspectamus.

Wilhelmi Whistoni Astronomical principles of Religion, natural and reveal'd, partes IX. cum præfat. de animo humano ad detegendas veritates in rebus Divinis apto, & de gradu evidentiæ quam in illis fas est exspectare. Lond. 1717. 8. Acta Erud. 1720. p. 89. sq. Nouvelles de la Rep. des lettres. 1717. pag. 801. Bibl. Angloise T. 1. pag. 447.

Casparis Barlæi Oratio de Cœli admirandis, p. 126. seqq. inter junctim editas Amst. 1661. 12. editio tertia.

Physicotheology, or a demonstration of the Being and attributes of God, from his works of Creation, (being the substance of sixteen sermons preached in S. Mary le Bow-Church, London at the honourable Mr. Boyl'es lectures, in the year 1711. and 1712. with large notes and many curious observations, by *William Derham.* Lond. 1714. 8. tertia intra anni spatium, operis præstantissimi editio. Acta Erud. 1716. pag. 106. Memoirs of literature Tom. 3. p. 164. seq. Bibliotheque ancienne & moderne de Mr. le Clerc T. 4. p. 367. 385. Journal literaire T. 3. p. 364.

Jo. Christophori Sturmii, Professoris nuper clarissimi Altdorfini, de proportionata corporum quantitate, Providentiam Divinam monstrante. Altdorf. 1702. 4.

Erhardi Weigelii τȣ̃ μακαρίτȣ, Mathematici Jenensis, qui A. 1700. diem obiit, de corpore, Divini Numinis charactere demonstrativo.

D. *Frid. Hofmanni,* Archiatri celeberrimi, Oratio de atheo ex machinæ humanæ structura convincendo. Halæ Sax. 1693. recusa A. 1705.

D. *Georgii Dethardingii,* Medici ac Professoris inclyti Rostochiensis, Programma ejusdem argumenti.

Laurenti Heisteri, Medici Altdorfini nuper, hodie Helmstadiensis celebratissimi, Programmata Aldorfii & Helmstadii edita de agnoscendo Numine ex inspectione cadaveris humani.

Jo. Frid.

Jo. Frid. Wucherer, Professoris Jenensis clarissimi, de atheo ex structura cerebri convincendo. Jen. 1708. 4.

Ejusdem demonstratio existentiæ DEI è finibus in origine hominum occurrentibus. Ibid. 1723.

Georgii Alberti Hambergi, Doctoris Jenensis desideratissimi, DEUS ex inspectione *cordis* investigatus, Jen. 1692. & in ejus fasciculo dissertationum Academicarum ibid. 1709. 4.

Jo. Christophori Sturmii, cujus jam feci mentionem, *oculus* Θεόσκοπος. Altdorf. 1678. 4.

D. *Jo. Andreæ Schmidii*, Jenensis tunc, hodie Helmstadiensis Professoris laudatissimi, *auris* Θεόδεικτος. Jen. 1694. 4.

Christiani Donati τῦ μακαρίτυ, Philosophi Witebergensis, demonstratio DEI ex *manu* humana. Witeb. 1686. 4.

Jac. Wilhelmi Feuerlini diatriba de *loquela* hominis, existentiæ & Providentiæ Divinæ argumento. Altdorf. 1719. 4.

Demonstratio DEI ex *voce animalium*, publico antea examini A. 1724. 4. in Academia Kiloniensi subjecta, & deinde plenius exposita à M. *Andrea Murray*, Hamburg. 1724. 8.

B. D. *Gerhardi Meieri*, Professoris tunc meritissimi in Gymnasio hujus urbis Hamb. deinde Superintendentis celeberrimi Ecclesiarum Bremensium, *aranea* existentiæ DEI testis. Hamburg. 1686. 4.

Cælii Secundi Curionis araneus seu de Providentia DEI. Basil. 1571. 8.

Theodori Hornii demonstratio DEI ex *motu*.

Gravitation * in the natural world, an irrefragable demonstration of God. *Memoirs for the curious A. 1707.* p. 56. seqq.

D. *Gerhardi Meieri*, quem paullo ante laudavi, *pluvia* existentiæ DEI testis, ad Actor. XIV, 17. Hamburg. 1686. 4.

Jo. Henrici von Seelen, Rectoris egregii Lycei Lubecensis, diatriba de *tonitru* existentiæ Dei teste. Lubec. 1722. & auctior 1724. 4.

Georgii Stengelii, S. I. de monstris & monstrosis, quàm mirabilis, bonus & justus in Mundo administrando sit DEUS, monstrantibus. Ingolstad. 1647. 8.

Ejusdem Mundus & Mundi partes, Divinæ Bonitatis ac Justitiæ Divinæ præcones. Ingolstad. 1645. 8. duobus Voluminibus.

Jo. Conradi Schwartzii, qui Altdorfinam hodie ornat atque diu precor ornet Academiam, Oratio inauguralis de usu & præstantia Dæmonum

* *Nixum* vocat Cicero, ubi de astris & omnibus Mundi partibus nitentibus æqualiter loquitur 2. de Nat. Deor. p. 443. edit. Lescaloperii.

Digitized by Google

num ad demonstrandam naturam DEI. Altdorf. 1715. 4. Gelehrte Fama parte XLIX. p. 6.

In B. *Joannis Arndii*,* Superintendentis Generalis Luneburgensis, opere aureolo de vero Christianismo totus quartus liber versatur in consideratione rerum creatarum ad ordinem Hexaëmeri Mosaici instituta, & hoc agit unice, ut per illam homo ad DEUM agnoscendum, amandum & celebrandum proprio suffragante sensu ac conscientia excitetur. Liber Naturæ, wie das grosse Welt-Buch der Natur nach Christlicher Auslegung von GOtt zeuget und zu GOtt führet: Wie auch alle Menschen GOtt zu lieben durch die Creaturen gereitzet, und durch ihr eigen Hertz überzeuget werden. Inter editiones, ab A. 1605. publici juris factas, quæ exstant quamplurimæ, placuit mihi præ cæteris Rigensis A. 1679. forma majore octava. Exstant & versiones Latina, Belgica, Bohemica &c.

Rob. Bellarmini de ascensione mentis in DEUM per scalas creaturarum, opusculum insigne in extrema senectute ab auctore scriptum, quod frequenter prodiit separatim, tum inter opuscula spiritualia & inter Cardinalis opera. Scalæ gradus proponit quindecim, considerationem 1) hominis, qui est mundus minor. 2) mundi majoris. 3) orbis terræ. 4) aquarum. 5) aëris. 6) ignis. 7) Solis, lunæ & stellarum. 8) Animæ rationalis. 9) Angelorum. 10) Essentiæ DEI. 11) Potentiæ DEI. 12) Sapientiæ theoricæ DEI. 13) Sapientiæ practicæ DEI. 14) Misericordiæ DEI, & 15) Justitiæ DEI. In varias etiam linguas conversus exstat hic libellus, ut in Anglicam H. Hallo interprete, Lond. 1703. 8. the Souls ascension to God. Græcæ vulgaris, Gallicæ ac Germanicæ versionis meminit Christophorus Hendreich pandect. Brandenburg. p. 492.

Ludovici Granatensis, Ord. Dominic. Philosophia Christiana de admirabili opere Creationis, quomodo per Creaturas ad Creatoris cognitionem perveniatur, Ingolstad. 1650. 8. & Catechismi majoris libro primo, T. 1. Operum p. 112. seq. Andrea Schotto curante, Colon. 1628. fol.

Gerh. Jo. Vossius in Theologia Gentili & Physiologia Christiana, sive de origine ac progressu Idololatriæ deque Naturæ mirandis, quibus homo

* Diem obiit A. 1621. ætatis 66. Henningi Witte memoriæ Theologor. pag. 171.

Digitized by Google

homo ad DEUM adducitur, libri IX. Amst. 1642. 4. Francof. 1668. 4. Amstelod. 1668. fol. & inter Opera Tomo V. Amst. 1701. fol.

Joannis de Mey, Theologi & Medici Middelburgensis, Descriptio Naturæ & effectuum Conscientiæ, nec non attributorum DEI: & Hallelujah, seu laus DEI in Naturæ & Gratiæ theätro decantata, in ejus Operibus junctim editis & ex Latino Belgice versis. Lugd. Bat. 1706. fol. Acta Erud. 1707. p. 261.

Francisci Turretini Philosophiæ naturalis ad Creatorem relatæ libri XII. Lugd. 1551. 8.

Secundus inter quatuor dialogos Gallice editos auctore *Dangeo*, * (Dangeau) Paris. 1684. 12. eleganter & ipse in hoc argumento versatur, ut à contemplatione rerum creatarum & speciatim membrorum hominis conformatione & usu bonitatem & sapientiam Opificis intuendam commendet. Quatre dialogves sur l'immortalité de l'ame, sur l'existence de Dieu, sur la Providence & sur la Religion.

III. Sed ne anatomicos libros innumerabiles & historiæ naturalis miracula pluribus ingeniis prodita congerere sit necesse, claudam hoc caput, velut in specimen meditationum hujuscemodi, consideratione capilli, rei contemtissimæ, sed si attentior oculus accedat, admirandæ, & quæ de artificio Optimi Conditoris, testimonium perhibere locupletissimum potest. †

Quænam igitur corporis humani particula pilo creditur simplicior? " Attamen hic ipse, si exploratur sedulò, eam ostentat operosissimi moli- " minis pulchritudinem, ut ad absolutum ejus intellectum animo conci- " liandum non ætas hominis, non sufficiat omnis diligentia. Neque pe- " netrantissimo fas erit ingenio evolvere ex cogitatione suâ modum, quo " hic constructus spectatur. Si non fastiditis expendere mecum labo- " rem in tenui, sed pulcherrimâ insignem gloriâ, pretium erit moræ; " inde enim planum fiet, non leviori sollicitudine, nec minori apparatu, " egere corpusculum hoc ad perfectionem suæ fabricæ, quam vastissimæ " atque artificiosissimæ machinæ affabrè facta compages exigit. Eccui " in stuporem animus non rapitur, quotiescunque ostensos ab Anatomi- " cis

* Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1684. T. 2. p. 58. Acta Erud. 1685. p. 59.

† Ex Hermanni Boerhave, Viri eruditissimi Oratione de comparando certo in Physicis, Lugd. Bat. 1715. 4. p. 30. seq.

Digitized by Google

„cis bulbillos ſpectat exiguos mole, arte ingentes, quos ſollicitiſſima „cura ita locavit in molli pinguedine, ſub lentâ cute, ut neque aliis no„cere, neque lædi ab iis, queant? Elaboratiſſimæ hujus particulæ, hujus „inquam bulbilli, quis non admiretur ſtructuram inextricabilem? ſit illa „caſtigatiſſimo contextu innumerabilium vaſculorum, quæ varietate in„explicabili diverſa formant membranam hujus corpuſculi tenerrimam „quidem atqui conſtantiſſimam. En certatim eô ruentes arteriolas, „venulasque, quæ tam cruorem, quam laticem multiplicem, & adve„hant & revehant! En nervulorum ſub cute reptitantium ſpiras & ſinuata „volumina! Ut aſſurgunt in molles, mucoſas, fere diffluentes, papillas „ad officia tactus natas! Ut amico nexu dictis modô vaſis intimê con„creſcunt! Ut indiſſociabili vinculo colligati hi nervi unâ cum illis va„ſculis concurrunt ad conſtruendam hanc membranam! Ut in abdita „illius ſe penetrant, ibi radicantur, figuntur, pilo naſcituro prima ne„ctunt ſtamina! ſed cogitate, ita enim res ſe habet, artificioſi conami„nis effectu in embryo, fœtu, recens nato, latibula hæc eousque jam „efficta, ut non otientur, ſed forment & perficiant latentem hîc & „tutô defenſum pilum, donec longa dies perfecto orbe temporis eum „faciat apparere tum demum, quando in uſus neceſſarios requiritur. „Quânam verô tandem facie apparet? Venuſtâ ſanê, ſcitâ & admirabili! „Myriades canalium diverſorum humores diſſimillimos vi vitæ bulbillo „ita applicant, ut extrema fiſtularum ab omni puncto curvaturæ in cen„trum conſpirantia forment radices ſucco turgidulas, adunatis vaſculis „molles, membranæ firmiter innexas, irroratas, ſenſu acerrimo prædi„tas. Statim deinde ac fervet opus, arctius adunantur ſparſæ laxius „ante fibrillæ, denſatus hinc exſurgit truncus, durior, ſiccior, gracilior, „excreſcit, propellitur, extra orbitam conceptaculi ſui erigitur, cutim „perforat. Erro! reperit, inquam, hanc à primo jam generationis „tempore pertuſam hîc in meatum pilo exituro patulum! Quam ele„ganti rurſus apparatu vaginam à cute porrectam in hoc trajectu acci„pit, quæ eum firmet, ut rigeſcat hîc, colorem excipiat, & ferendis „ilicô emerſuro ſuprâ cutim injuriis adaptetur. Sed neque hîc finis. „Quid ergo? Subtiliſſimas artificioſiſſimæ cuticulæ ſquamulas pilus pro„truſus elevat, per tenuia inter has relicta ſpiramenta emergit, corti„cem ab his recens affuſum induitur, unde in aëre diſſlato humore ſic„cus jam dureſcit, ſenſum moleſtum jam futurum penitus amittit, ſin„gulari tingitur colore, criſpatur, graciléſcit in acutum apicem, porri-

gitur

gitur in longitudinem pro vario uſu locis diverſis aliam. Quantos“
verò, quamque multiplices, corpori uſus præſtent, ignaris incredibile,“
peritis ſtupendum videtur. Leniunt aſperi aëris vim; molles partes“
defendunt, ne quid ab attritu detrimenti capiant; arcent à tenellis ocu-“
lis, à ſpiraculis narium, patulis omnem cum aurâ advolantem noxam;“
grata faciunt adſpectui umbracula, ne vi luminis fulgidi obtundatur“
acies videndi; pruritu excitato, dum infarctos ſordibus meatus fruſtrà“
perrumpere nituntur, ſalutarem ſcalpendi motum in adjumentum flagi-“
tant, quo purgatur cutis; inviſibilia ſudoris foramina, per quæ toto“
corpore perruptus humor cutim perfundit, in ſerie ſuâ ordinatâ fir-“
mant, defendunt, atque contra tenacitatem obſtructuri viſcidi munita“
præſtant; expulſo lento humori, quem ſpiramenti cutis aſſiduò ſudant,“
ſuſtentacula parant, quibus à ſuperficie corporis adſcendere expeditè“
queat; ipſa integumenta converrendo repurgant; itaque, ut corpus“
totum per deterſos hiatus fumidi vaporis ſpecie liberrimè exhalet quid-“
quid habet noxii, efficiunt; ab his autem valetudinis proſperæ conſtan-“
tiam, vitæ adeò beatitatem, pendere diligentiſſimâ *Sanctorii* præmon-“
ſtratione didicit Medicina. Reſpice autem, &, promitto, læta attento“
gliſcet voluptas, quam utili ſucceſſu detriti vietique pili, ſimul-“
ac ad opera ſua languidi evaſere, cadant. Ilicò enim tunc tempeſtivè“
effœtæ radices marceſcunt, non comprehendunt ultrà, ſed vacillantes“
omni exhauſto ſucco excidunt. Creantur interea in ſupplementa“
perditorum novi, molliores quidem, ſed qui lenteſcunt citò & priori-“
bus evadunt ſimiles adeò, ut facies omnibus eodem loco natis eadem“
ſit, dum oportuno tempore eodem fato ceſſuri quoque ſunt proditu-“
ris aliis. Si ſedulò cuncta hæc expenderis, erit profectò, erit quod ex-“
clames, quantum eſt, quod in re tantillâ cernitur! At ſi quis forte“
cogitat caducum hunc capillum rem eſſe valde ſimplicem, exſpectet“
ille tantiſper dum hoc minimè verum eſſe viderit. Contemplabar“
per globulos vitreos ſetas ex fibris formatas diſtinctiſſimis, apparuit in“
medio diſſectarum, quod cavitatem referebat, deprehendebatur ibi-“
dem quid, quod medullam ſimulabat. Præterea patet ex multis ſimul“
concretis coaluiſſe pilos, quoniam ex hiſtoriâ morborum diſcimus hos“
in fibras diſſilientes ſæpe findi; in cincinnos inextricabiles aliquando“
implicari; variatos coloribus humores nonnunquam ſudare, latentes“
ſub cute & exire impeditos circumtorqueri; conglomerari, mutari,“
vermium imagine fallere, papulas, tubercula, ulcera mira, producere.“

„Si neque hæc videntur ſufficere, Chemicorum diſciplina conſulatur; „hæc enim Cultores ſuos edocuit per ignem reſolvere collectam capil- „lorum copiam in laticem, ſpiritus, olea, ſales volatiles, terram, eo qui- „dem eventu, ut nulla corporis particula ſit comperta hactenus, cui „ſuppetat ditior ſalium volatilium vis, nulla quae ſcateat ſpiritibus tam „acribus. Videtis, quam occupata ſit in minimis certa finis Natura „fabra! ſpectatis, quantæ molis, quantæ ſapientiæ, ſit unum capillum „condere! Experimini, qualis requiratur induſtria, ut alicui liceat unius „tantummodo pili indolem cognoſcere! *Malpighii* nunquam defatigata „diligentia, indefeſſus *Ruyſchianus* labor, ſolers *Chiraci* * perſcrutatio, „acutiſſima *Leeuwenhœkii* acies, plantarum comparatio & animalium, „hiſtoria morborum qui parti huic accidunt, omnia hæc, & alia bene „multa adminicula, efficere tantum potuere, ut hâc demum tempeſtate „rudem hujus corpuſculi ſpeciem adumbrare poſſimus! Licet enim tot „inſiſtamus adjumentis, multum tamen abeſt, ut rectè aſſeveret quiſ- „piam evolvere ſe poſſe veram puſilli crinis fabricam. Quid enim de „indole pili capis, niſi ingenium nervi prius noveris? de nervo quid ſci- „tur, ſi non omnes antea partes corporis perſpectæ ſint? veriſſimo „nempe *Hippocratis* effato patet, *ut in circulo, ſic in noſtro corpore, nec prin- „cipium dari, neque haberi finem*, ita verô nexas implicari aliis, ut ſingulæ „ab univerſis pendeant, partes. Quis dictabit ea, quæ ad alimenta „crinium natura requirit, qui ignarus eſt humorum omnium, quos jugis „per vaſa corporis motus exercet? Oracula iterum ſic ſonant Hippo- „cratica, *nutrimenta ventriculo data, variis naturæ actionibus ſubacta, de- „mum in pilos formandos impendi.* Quisquis ergô jactat animo ſuo opus „non eſſe ſeverae tædio experientiæ, ſed inſcriptas illi leges naturæ & „innatas ſatis ſubſidii dare, ut his conſultis cernat quid particulatim cui- „que rei natæ inſit, en *Rhodus* en ſaltus! faciat periculum quid valeant „ſpeculationis meditabundæ vires! Inacceſſam ſibi hâc viâ naturam fa- „tebitur aut emendicato obliquê experimento limitabit furtim vagum „ratiocinium? Univerſa videlicet medicorum ſapientia, ſummâ licet „ope in hoc nitatur ſolum, ne unum capillum radicitus extirpatum re- „ficere, ne unius pili incrementa mutare, imô ne colorem quidem ejus „variare, poterit ſi ex principiis evidenter comprehenſis inprimis hoc „tentaverit. Quam verê ergô Sanctiſſima Nobis vox inſuſurrat, † „*Cenſos ad numerum adorando Creatori Noſtro capillos, neque valere omnem „mortalium ſollicitudinem unum ex his atro tingere vel albo colore.*

* Acta Erud. T. 2. ſupplementi p. 435. ſeq. † Matth. V, 36.

CAPUT

CAPUT VIII.

Argumentum à consensu generis humani, & nullas unquam esse vel fuisse gentes Atheas. De Atheismo multis Philosophis, aliisque prater rem imputato.

I.

NEc parvi momenti, neque adeo difficile probatu est alterum argumentum, quod à consensu generis humani adversus Atheos petitur. Per bene multas centurias, imo millenarios annorum, quam pauca exempla * atheorum, veluti monstrorum quorundam in omni veteri memoria annotantur, atque in illis ipsis quam pauca certa & explorata sunt, quam paucos recenti etiam ætate ita Atheos reperias, qui in negatione Numinis tanquam in constanti dogmate acquieverunt, & non potius insolentia vel temeritate, vel perditis moribus aut præpostera insanientis sapientiæ ambitione nomen Atheorum meruere. Novi esse viros doctos & ingeniosos, quibus ludus & jocus est viros omni antiquitate celeberrimos, Platonem aliquem, Hippocratem, Aristotelem, Heraclitum, omnem Eleaticorum ac Stoicorum scholam atheis audacter adscribere: sed exploratum quoque est mihi neutiquam niti firmis argumentis eorum sententiam, sed ejuscemodi conclusionibus, ex quibus facile sit omnes etiam Christianos subtilius de DEO & rerum natura disputantes, causasque rerum Divinarum & phænomenorum naturalium & quomodo produxerit Mundum DEUS, quomodo illi intersit, suopte ingenio, expedire conatos, irreligiosis accensere. Sic nostra ætate quis nescit, quam dicam aliqui scripserint Philosophiæ illustris Theodiceæ auctoris, vel Malebranchii: quos tamen, qui propius noverunt, sciunt fuisse alienissimos ab ἀθεότητι. Pulchre notavit Samuel Parkerus ** veteres ante Anaxagoram Philosophos, qui primus in Physica sua dissertam Mentis infinitæ Divinæ mentionem fecisse traditur, non ideo habendos

* Petrus Bælius parte IV. libri, reponse aux questions d'un Provincial, c. XI. p. 155. vix ullos habuit, quos adjungeret Catalogo Atheismi jure an injuria apud veteres reorum, quem dedi in Bibliotheca Græca T. I. p. 775. Nec fortasse multo plures vel certius veris Atheis addendos nobis daret, si exstaret Lysippi Epirotæ elenchus ἀσεβῶν, qui citatur à Scholiaste Apollonii Rhodii p. 288.

** Sam. Parkerus in Cogitationibus de DEO & Providentia, diss. I. Lond. 1678.

Digitized by Google

bendos pro Atheis, ſed pro iis, qui ſtudium ſuum in cauſis ſecundis rerum naturalium explicandis poſuerunt, cauſa prima minime negata, ſed præſuppoſita. Similiter Radulphus Cudworthus *** probat Philoſophos multos, qui ante Democritum & Epicurum omnia ex atomis & minimis moleculis & corpuſculis compoſuerunt, non tamen ideo DEUM motorem aut Providentiæ Divinæ imperium negaſſe vel in dubium vocaſſe. Ita Xenophanes, Parmenides, Plotinus, † longe abfuerunt à Spinoſiſmo, ut ab Epicuri impietate Carteſius, & Gaſſendus: licet reperti ſint, qui ob aliquam ſententiarum vicinitatem non dubitaverint illos invitos in eorum partes trahere, perinde ut Moyſen ipſum impius Joannes Tolandus, & auctorem ſcriptorum, qui ambulant ſub Dionyſii Areopagitæ nomine, Scholaſticoſque Realium appellatione notos, Jo. Beckius, Auguſtanus vir eruditus, in hiſtoria Philoſophica de Ideis. Sed ego non poſſum à me impetrare, ut Enthuſiaſtis * Atheiſmum facile impingam, vel Zwinglium arguam Spinoſiſmi aut Malebranchium, licet & hic in dialogo edito Gallice Philoſophi Chriſtiani & Chinenſis, & ille in libro de Providentia T. 1. Opp. p. 356. affirment nihil vere exiſtere, quod Numen non ſit, & extra infinitum illud eſſe, nihil eſſe poſſe, quæ ſunt ipſa Zwinglii verba.

II. Quotidie videmus homines contra principia dogmatum ſuorum agere, aliisve dogmatis ea refellere: itaque nec concluſionum quarumcunque impietas, quæ ex ſententiis quibuſdam elici poſſe videtur, auctoribus illico tota ducetur imputanda, neque Chriſtianos prædeſtinationem docentes pro religionis omnis & virtutis everſoribus ſtatim habebimus, qui tamen colere illam ſe rebus omnibus per omnem vitam ſerio profitentur. Sic nec ob φιλοσοφήματα quædam abſtruſiora Platonem aut Stoicos arguam ἀθεότητος, in quorum ſcriptis tam pulchra tam expreſſa reperio pietatis veſtigia. Epicurus ipſe non atheus, quanquam Providentiæ oppugnator infelix. Ne Scepticos quidem vel Academicos

*** Rad. Cudworthus in opere eruditiſſimo, quod prodiit Anglice de vero ſyſtemate intellectuali univerſi cap. 4.

† Bibl. Græcæ T. IV. c. 26. p. 150. ſeq. Confer Rev. Jo. Chriſtophori Wolfii noſtri falſo ſuſpectos Atheiſmi, Witeberg. 1710. Jacobi Haſæi V. C. diſſ. de Gentilium Philoſophis Atheiſmi falſo ſuſpectis, Brem. 1716. & celeberrimi Buddei theſes theologicas de Atheiſmo & ſuperſtitione, Jen. 1717. 8. capite primo.

* Id. cap. 2. §. 5. p. 217. ſeq.

eos quosvis, putem me Atheis audacter posse adscribere, cum Sextus Empiricus profiteatur se forte ἀσφαλέστερον & constantiorem esse in colendo Numine, quam non pauci Dogmatici lib. 1. contra Physicos c. 35. & multis iniquum est visum, quod Cartesio eam ob causam impietatis notam nonnulli impegerunt, quoniam dubitandum esse semel de omnibus svasit. Etiam igitur atque etiam considerantem, quæ de priscorum philosophorum Cosmogonia & Theologia habemus, necdum me pœnitet eorum, quæ olim scripsi lib. 3. Bibl. Græcæ c. 6. §. 36. p. 177. ex eo quidem, quod in idea DEI vel modi quo ipse in creando aut operando utitur, Philosophi illi forte peccaverunt, non magis fas esse illos adscribere Atheis quàm alios quoscunque, qui essentiam DEI aut attributa ejus describere & rem homini incomprehensibilem æquare conceptionibus humanis satagunt. Quamprimum enim aliquis conabitur exponere quid sit DEUS, quomodo produxerit ac conservet omnia, qua ratione intersit Mundo, eumque animet, unde malum: illico alius, qui aliter sentit, clamabit ab hoc tolli DEUM. Itaque & adhuc sum in illa sententia quod infelix, & religioni atque humano generi parum utilis nec honorificus; addo, & iniquus labor est, principes ingeniorum & præstantissimos totius Antiquitatis Viros invitos ac repugnantes trahere in societatem Atheorum, & universum Ethnicismum confundere cum Spinosismo atque Atheismo, cum Apostolus quoque in Ethnicis Ethnicorumque sapientibus non tam desideret cognitionem DEI, quam quod DEUM, quem ex operibus cognoscebant, non tanquam DEUM honore sunt super omnia prosecuti, Rom. I, 11. licet & hanc ipsam ob causam alibi οὐκ εἰδότας Θεόν, Galat. IV, 8. 1. Thess. IV, 5. & ἀθέους ἐν τῷ κόσμῳ, Ephes. II, 12. tanquam veræ religionis expertes & factis eam abnegantes T. I, 16. vere arguit.

III. Videtur hoc loco oportunum referre scriptores, è quibus Philosophorum veterum & aliorum Ethnicorum Theologia, & de DEO colendo communis illorum sententia cognoscitur, licet in modo inter se diffideant, & in alios alii graves errores fuerint prolapsi.

Ad *Ciceronis* libros tres, conferendis examinandisque de Deorum Natura sententiis destinatos *Petrus Lescaloperius*, Parisinus, S. I. in commentario, qui prodiit Parisiis 1660. fol. non modo multa erudite attulit ad Tullium illustrandum, sed speciatim differit de Theologia Homeri p. 579–591. Thaletis p. 36. Anaximandri p. 37. Anaximenis pag. 39. Anaxagoræ p. 40. Pythagoræ p. 42. Xenophanis

 p. 44.

p. 44. Parmenidis p. 45. Empedoclis p. 47. Democriti p. 48. 175. Diogenis Apolloniatæ pag. 48. Platonis pag. 49. seq. 24. Xenophontis p. 52. Antisthenis p. 53. Aristotelis pag. 184. seq. 54. 392. Xenocratis p. 57. Heraclidis Pontici ibid. Theophrasti p. 57. Stoicorum p. 196. seqq. & p. 25. Zenonis p. 247. 249. sq. Aristonis & Cleanthis p. 61. Chrysippi p. 63. 236. Diogenis Babylonii p. 65. Ciceronis ipsius p. 710. seq. Magorum Persarum p. 67. Ægyptiorum & Syrorum p. 115. seq. 620. 633. Sibyllarum p. 218. veterum Gallorum p. 713-738. Stratonis atheologia p. 58. Epicuri p. 68. 124. Diagoræ p. 696. & p. 5. & 89. ubi etiam de Theodoro Cyrenaico, & de Protagora p. 5. 47. 89.

Michaëlis Mourgues, † S. I. Professoris Regii Tolosani, plan Theologique du Pythagorisme & des autres sectes sçavantes de la Grece, pour servir d'eclairsissement aux ouvrages polemiques des Peres contre les Payens. Paris & Amst. 1714. 8. duobus Voluminibus una cum Gallica versione librorum Theodoriti de curatione Græcorum sive Ethnicorum errorum.

Raymundi Breganii Theologia Gentium de cognitione Divina. Venet. 1621. 4.

Richardus Brocklesby explication of the Gospeltheism and the Divinity of the Christian Religion, containing the true account of the System of the Universe and the Christian Trinity. Lond. 1706. fol. *Lib. I.* of de Pagan system of the Universe rationals, and an *idea of the nature of the Philosophic Pagans Theology.* The Pagan System of the Universe of Gods. The Pagan System of the Universe, Physiologically consider'd. *Lib. II.* the Pagans Imperial. Polity or governing Providence, according to the Scriptures. The idea of God and of his original Creation and Kingdom.

Radulphi Cudworth true intellectual System of the Universe, wherein all the raison and Philosophy of Atheism is confuted, and its impossibility demonstrated. Lond. 1678. fol. Philosophical transactions T. 13. p. 936. Uberiora ex hoc erudito ac præclaro opere excerpta, in quo theologia veterum Philosophorum erudite exponitur, & atheologia confutatur, *dedit Joannes Clericus*, in tomis prioribus

† Bibl. choisie de Mr. Clerc. T. 27. p. 424. Journal literaire T. IV. p. 281. Journal des Savans 1713. p. 448. 639. & T. 2. p. 14. Memoires de Trevoux A. 1710. pag. 1037. A. 1713. p. 258.

Digitized by Google

prioribus Bibliothecæ ſuæ ſelectæ, Gallica lingua editæ, T. I. p. 63. T. II. pag. 11. 78. T. III. pag. 11. T. V. p. 30. & 283. T. VII. p. 1. T. VIII. p. 11. 43. & T. IX. p. 1. 41.

Theophili Galei Philoſophia Generalis. Lond. 1676. 8.

Ejusdem Court of the Gentiles, or a diſcourſe, touching the original of humain literature both Philologie and Philoſophie, from the Scriptures and Jewish Church. Oxon. 1672. 4.

Tobiæ Pfanneri Syſtema Theologiæ Gentilis purioris, quâ quam prope ad veram Religionem Gentiles acceſſerint, per cuncta fere ejus capita ex ipſis præcipue illorum ſcriptis oſtenditur. Baſil. 1679. 4. Confer, ſi placet, ſcriptores laudatos infra cap. XXXII. de Ethnicorum teſtimoniis Veritati Religionis ſuffragantibus.

Edaard Baronis *Herbert Cherbury* de religione Gentilium, errorumque apud eos cauſis, Amſt. 1663. 4. 1700. 8. & Anglice London. 1708. 8.

Gerhardi Joannis Voſſii opus de Idololatria, laudatum capite ſuperiore.

Libii Gyraldi opus de Diis aliaque aliorum ſcripta, de quibus cap. VIII. Bibliographiæ antiquariæ.

Hiſtoire de la Philoſophie Payenne, ou ſentimens des Philoſophes & des peuples Payens les plus celebres, ſur Dieu, ſur l'ame & ſur les devoirs de l'homme. Auctor eruditus nomen non adſcripſit. Liber prodiit Hagæ Comitis 1724. 12. duobus Voluminibus. Hiſtoria der Gelehrſamkeit unſerer Zeiten X. p. 917.

Joannis Gottlob Carpzovii diſſertationes duæ de Veterum Philoſophorum circa Naturam DEI ſententiis. Lipſ. 1699. 4.

De Theologia *Homeri* diſſertatio *Nic. Bergmanni* habita Lipſiæ 1679. præſide *D. Adam Rechenbergio*, cui præter *Leſcaloperium* ſupra laudatum addes *Gerhardum Cræſium* in Homero Hebræo T. 1. pag. 179. usque ad 224.

Joannis Stephani, iatrophyſici Veneti, Theologia *Hippocratis*, in qua etiam Platonis, Ariſtotelis & Galeni placita Chriſtianæ Religioni conſentanea exponuntur. Venet. 1638. 4. *D. Jo. Andreæ Schmidii* diſſ. de Hippocratis Theologia. 4. *Andreas Ottomarus Gœlike* in diſſ. inaugurali, habita Duisburgi 1713. & *Dan. Wilhelmus Trillerus* in Hippocrate atheiſmi falſo accuſato, contra Nic. Hieronymum Gund-

Digitized by Google

Gundlingium. * Rudolstadii 1719. 8. Confer, quæ idem vir doctus in novis litterariis Lipsiensibus A. 1721. p. 151. seq. contra Jo. Clericum T. 15. Bibl. novantiquæ p. 428. seq.

De Platonis Theologia Zenodoti liber περὶ Πλάτωνα περὶ Θεῶν Suidæ memoratus intercidit. Exstant *Procli* libri VI. de Theologia Platonis, & στοιχείωσις θεολογική, in quam *Nicolai Methonensis* Episcopi animadversiones & Fratris *Berealdi* expositio MS. supersunt, illa Græce, hæc Latine. His addendus præter *Lescaloperium* supra laudatum *Marsilius Ficinus*, cujus exstant Theologiæ Platonicæ libri XVIII. de immortalitate animorum atque æterna felicitate & Theologiæ Platonicæ Compendium T. 1. Opp. p. 671--676.

Paulus Benius Eugubinus in Theologia Platonis atque Aristotelis. Patav. 1624. 4.

Tho. Gianinii de Providentia ex sententia Plalonis liber. Patav. 1588. 4.

Joachimi Oporini Epistola de vinculo, quod ex Platonis sententia DEO cum materia intercedit, exstat in Novis literariis Lipsiensibus A. 1719. p. 109--116.

Esaiæ Pufendorfii diss. à juvene scripta de Theologia Platonis.

Scipionis Anguelli disceptatio de Platonicis ideis, Venet. 1615. 4.

Joannes Beck, Augustâ Vindelicus, in Historia Philosophica doctrinæ de Ideis, Augustæ Vindel. 1723. 8. p. 74.

D. *Jo. Philippi Treuneri* diss. de Theologia Platonis & Aristotelis comparata. Jen. 1690. 4.

Ejusdem de Theologia *Ciceronis*. ibid.

Johannis Casparis Haferungii Cicero Theologus. Witeb. 1701. 4.

Consensum Platonis cum Christiana Religione ostendere conantur præter Christianos veteres Clementem Alex. aliosque (quorum loca collegit *Mericus Casaubonus* de credulitate † & incredulitate, Lond. 1670. 8. p. 122. seq.) tum recentiores Augustinum Steuchum Eugubinum in libris de perenni Philosophia, *Bessarionem* Cardinalem libris VI. contra Georg. Trapezuntium, calumniatorem Platonis, Venet. 1516. fol. Gvil. Postellum de Orbis terræ concordia, Theophilum

* T. 2. Otiorum editorum Germanice, c. 3. & in Gundlingianis T. 3. & in Nova Bibl. Germanice vulgata Halæ Sax. parte XXIX. p. 802. seq.

† Of credulity and incredulity in things divine & spiritual, wherein among other things a true and faithfull account is given of the Platonick Philosophy as it hath refecence to Christianity.

Digitized by Google

philum Galeum in Atrio Gentilium Anglice edito & in Philosophia Generali, Marsilium Ficinum Variis scriptis, Philippum Mornæum libro de Veritate Religionis Christianæ, cap. 3. atque *Andream Dacerium* in diss. de Platone, notisque ad Gallicam dialogorum versionem passim, Paris. & Amst. 1700. 12. *Mutius Pansa* Pinnensis in tractatu de osculo seu consensu Ethnicæ & Christianæ Philosophiæ, in quo opere, Chaldæorum, Ægyptiorum, Persarum, Arabum, Græcorum & Latinorum Mysteria tanquam ab Hebræis desumta fidei Christianæ consona de DEO deducere se profitetur, Marpurg. 1605. 8. atque plures hujus argumenti libros molitum se testatur p. 115. 291. 485. *Livius Galantes*, Ordinis Minorum, libris XX. de Christianæ Theologiæ cum Platonica comparatione, Bononiæ A. 1627. fol. quo in opere *liber primus* continet Platonis vitam & encomia, quibus præcipue veteres Ecclesiæ doctores eum mactarunt, tum quæ iidem in ipso damnavere, & quibus argumentis defendi possit. Lib. II. III. IV. considerant dogmata Platonica de DEO. Liber V. VI. VII. de Angelis. Liber VIII. IX. X. de Creatione. Lib. XI. XII. XIII. de anima. Liber XIV. XV. XVI. de Dæmonibus. Liber XVII. XVIII. XIX. de felicitate summa hominis. Liber denique vicesimus colligit dicta veterum Poëtarum capitibus fidei Christianæ consentientia. *Petrus Calanna* in Philosophia Seniorum, Sacerdotia & Platonica. Panormi 1599. 4. *Franciscus Patricius* in Aristotele exoterico, † ubi ostendere conatur Platonem cum Doctrina Christiana conspirare per capita XLIII. in quibus dissidet Aristoteles. Confer Joh. Launojum de Varia Aristotelis fortuna c. 17. & *Thomam Campanellam* de gentilismo non retinendo. *Franciscus de Vieri* in compendio doctrinæ Platonicæ quatenus cum Christiana fide conspirat. Italice A. 1577. 8. Ejusdem, vere conclusioni di Platone conformi alla dottrina Christiana & à quella di Aristotele. Florent. 1590. 8. His adde quod Plato à Numenio dictus est *Moyses Atticissans*, & ab Hebræis plurima repetisse à multis creditur, qua de re præ cæteris consulendus Huetius demonstrat. Evangel. proposit. IV. c. 2. §. 14. Tob. Pfannerus in Theologia gentili &c. Cudworthus p. 402. sq. Nic. Securi Eremitæ de Salute Platonis Venet. 1666. 12.

† Exstat in Patricii nova de universis Philosophia, in qua Theologia Zoroastris, Hermetis & Ægyptiorum, Platonis, Aristotelis. Venet. 1593. fol.

Digitized by Google

Dissensum Platonis à Religione Christiana multi etiam è veteribus Ecclesiæ Doctoribus satis perspicue observarunt, qui Platonem habebant *condimentarium hæreticorum*.* Unde Bernhardus Epist. 190. c. 4. de Abailardo: *dum multum sudat, quomodo Platonem faciat Christianum, se probat Ethnicum.* Hanc in rem operæ pretium est legere, quæ scripsit *Joh. Baptista Crispus*, Gallipolitanus, in erudito Opere de Ethnicis Philosophis caute legendis & Platonicorum dogmatum Christianæ Religioni adversorum censura ac confutatione, Rom. 1594. fol. quo præcipue Platonis doctrinam de Anima ad examen revocavit, & p. 235. monet *Platonem tum præcipue cavendum esse, cum piis dogmatibus magis similis esse videtur.* Idem visum Cardinali Bellarmino, nam ut refert Malinkrotus de summo bono p. 4. *Platonicam Philosophiam Clemens VIII. Pontifex Max. in Scholas, uti propositum habebat, reduxisset, nisi unius Cardinalis Bellarmini dehortatione abstentus fuisset, quæ tamen repulsa si causam illius & rationes, quibus illa persuasa fuit, perpendamus, plus gloriæ quam ignominiæ Platonico dogmati conciliavit, uti apud Fuligatum & Sylvestrum de Petra Sancta in vita prædicti Cardinalis videre est. Nec enim vel ipse Bellarminus præ Aristotelica ausus est Platonicam Philosophiam contemnere, ideoque non alio argumento usus est, quam quod præ aliis Gentilium Philos. Sectis ad Christianæ Religionis placita proxime accederet, ideoque ad seducendos homines & simplicitatem fidei corrumpendam majus ab illa periculum immineret.* Præterea de dissensu Platonis à Christianis dogmatibus egerunt *Ehregot Daniel Colberg*, Professor tum Gryphiswaldensis, in Christianismo Platonico Hermetico, edito Germanica lingua Lipsiæ 1690. 8. *Frid. Christianus Bucher*, Ecclesiastes Gedanensis, Platone Mystico in Pietista redivivo, itidem Germanice, Gedani 1699. 4. *Albertus Christianus Rothe*, Ecclesiastes nuper Lipsiensis, in Trinitate Platonica. Lips. 1693. 4. *Joh. Heinricus Feustkingius* de tribus Hypostasibus Plotini. Witeb. 1694. 4. *Joh. Frid. Wucherer*, Meinungensis, in diss. de defectibus Theologiæ Platonicæ, Jenæ 1706. 4. & qui Historiam Philosophiæ Platonicæ promittit, *Rich. Gottlieb Hanschius* de Enthusiasmo Platonico. Lips. 1716. 4. (Acta Erud. 1716. p. 434. Neuer Bücher-Saal LVII. p. 629.) & *Jo. Guil. Janus* in diss. quam sub B. D. Georg. Neumanno Witeb. 1708. 4. habuit de Trinitate Platonismi vere & falso suspecta.

* Non tamen ideo Atheis adscripserim, cum viro docto in Bibl. nova Hallensi, Germanice edita parte XXXI. p. 3. seq.

Digitized by Google

ſuſpecta. *Franciſci Baltuſii*, S. I. Defenſe des Saints Peres accuſez de Platoniſme. Pariſ. 1711. 4.

Conſulendus & *Paganinus Gaudentius* de dogmatum Origenis cum Philoſophia Platonis comparatione. Florent. 1639. 4. *Sam. Parkerus* in Philoſophiæ Platonicæ Cenſura, Anglice edita, *an account of the Platonik Philoſophy*. Oxon. 1666. 4.

De *Ariſtotelis* religione licet Atheis eum accenſent alii, & noviſſime V. C. Jo. Georgius Walchius in parergis Academ. p. 197. ſeq. præclare ſentiunt Julius Cæſar Scaliger, qui Platoni etiam anteferre eum in Divinis non dubitat, exercitatione CCCLXV. Franciſcus Patricius in nova de univerſis Philoſophia & diſcuſſionum Peripapateticarum tomo ſecundo Concordiam ejus cum Platone continente. Cudworthus p. 409. ſq. Jo. Jonſius de ſcriptoribus Hiſt. Philophicæ p. 8. Fortunius Licetus in libris duobus de pietate Ariſtotelis erga Deum & homines. Patav. 1645. 4. Hieronymus Capraedonus Soncinas, Ord. Præd. libris tribus de Theologia Ariſtotelis. Venet. 1609. 4. Salomo Geſnerus in XXX. teſtimoniis Ariſtotelis de DEI Providentia explicatis & vindicatis, ad calcem commentarii ad Ciceronem de fato. Witeb. 1594. 8. Seraphinus Piccinardus in dogmatica Philoſophia peripatetica Chriſtiana, Patav. 1673. 4. Jo. Zeiſoldus in libro de Ariſtotelis in illis, quæ ex lumine Naturæ innoteſcunt, cum Scriptura ſacra conſenſu, & ab ea apparente diſſenſu, Jen. 1661. 4. Præter teſtimonia ejus, quæ exſtant de Religione non pauca, etiam in ſcriptis Ariſtotelis haud dubiis: certe inſignia ſunt, quæ in Opificis laudem leguntur in libro de Mundo, quem Latine vertit Apulejus, & ab Ariſtotele ſub finem vitæ conſcriptum Gaſſendus opinabatur, multique veteres ſcriptores * & MSti Codices diſerte Ariſtoteli tribuunt. Ex opere autem deperdito ejus de Philoſophia non omittendus eſt locus, quem unum adponere juvat, tangitque Græce quidem Sextus Empiricus, lib. 1. contra Phyſicos ſect. 20. Latine autem ſervavit Cicero lib. 2. de Natura Deorum cap. 37. *Praclarè ergo Ariſtoteles, ſi eſſent*, inquit, *qui ſub terra ſemper habitaviſſent, bonis & illuſtribus domiciliis, quæ eſſent ornata ſignis, atque picturis, inſtructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exiſſent umquam ſupra terram: accepiſſent autem fama, & auditione, eſſe quoddam Numen, & vim Deorum:*

* Eorum loca notavi lib. 3. Bibl. Græcæ c. 6. §. 13.

rum: deinde aliquo tempore, patefactis terra faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in hac loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent: cùm repentè terram, & maria, cœlumque vidissent; nubium magnitudinem, ventorumque vim cognovissent, adspexissentque solem, ejusque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quòd is diem efficeret, toto cœlo luce diffusa: cùm autem terras nox opacasset, tum cœlum totum cernerent astris distinctum, & ornatum, lunæque luminum varietatem tum crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus, & occasus, atque in omni æternitate ratos, immutabilesque cursus: hæc cum viderent, profectò & esse Deos, & hæc tanta opera Deorum esse arbitrarentur. Hæc Aristoteles.

D. *Joannis Philippi Treuneri* diss. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

Antonii le Grand apologia pro Cartesio, quem atheismi * arguit Sam. Parkerus præmissa præfatione ad Atheos. Amstelod. 1680. 8.

III. Inter eos, qui consensum generis humani de existentia Numinis tanquam argumentum ingentis ponderis commendant & urgent, laudandus inprimis *Martin. Fotherby*, Episc. Sarisbur. in libro, cui titulus: Atheomastix, clearing foure truthes against Atheists and Infidels: 1. *that there is a God.* 2. *that there is but one God.* 3. *that Jehovah, our God, is that God.* 4. *that the holy Scripture is the word of that God,* all of them proved by naturall reasons and secular autorities, for the reducing of Infidels: and by Scriptures and Fathers, for the confirming of Christians. Lond. 1622. fol. Totum opus, quo hæc quatuor probare præclarus auctor instituerat, 1. *DEUM esse,* 2. *DEUM esse unicum,* 3. *DEUM illum esse nostrum Jehovah.* & 4. *Sacras Scripturas esse Verbum hujus DEI,* pluribus debebat constare libris & voluminibus, nam soli primæ propositioni probandæ quod sit DEUS, octo destinaverat libros, ex quibus, quod dolendum est, tantum duo primores sunt editi. Liber *primus* DEUM esse probat diligenter atque erudite ex communi voce Naturæ & consensu hominum gentiumque omnium & ætatum. Liber *secundus* à consideratione artium & scientiarum ad DEUM omnium causam & finem nos adducentium. Liber *tertius* debebat versari in probanda DEI existentia ex structurâ corporis humani. *Quartus* ex Natura animæ. *Quintus* ex contemplatione

* Idem cupide nimis fecere etiam alii, ut Joh. Turnerus præf. ad librum de Messia, Anglicè editum Lond. 1685. 8. & Valentinus Greissingius, Corona Transsylvanus in exercitationibus duabus de Atheismo contra Cartesium & Matthiam Knutzen. Witeberg. 1677. 4.

tione mundi hujus visibilis. *Sextus* ex Cœli, terræ & marium consideratione. *Septimus* ex certis Divinæ Providentiæ operibus, à Cleanthe olim observatis. *Octavus* denique continere debuit confutationem eorum, quæ ab Atheis consveverunt objici.

IV. Certum atque exploratum esse arbitror, nullam gentem vel olim fuisse vel hodie usquam esse tam barbaram & immanem, sive ut Senecæ * verbis utar, ita *extra leges moresque projectam*, ut non aliquod Numen crediderit, colendumve cogitet: unde Plutarchus adversus Colotem Epicureum p. 1125. *Si terras obeas, invenire possis urbes muris, literis, regibus, domibus, opibus, numismate carentes, gymnasiorum & theatrorum nescias,* ἀνιέρȣ δὲ πόλεως καὶ ἀθέȣ, μὴ χρωμένης εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις μηδὲ μαντείαις, μηδὲ θυσίαις ἐπ' ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν ȣδεὶς ἐςιν ȣδὲ ἔςαι γεγονὼς θεατής. Ἀλλὰ πόλις ἄν μοι δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφȣς χωρὶς, ἢ πολιτεία τῆς περὶ θεῶν δόξης ἀναιρεθείσης παντάπασι, σύςασιν λαβȣ̃σα τηρῆσαι. *Urbem vero templis Diisque carentem, quæ precibus, jurejurandô, oraculo non utatur, non bonorum causa sacrificet, non mala sacris avertere nitatur, nemo unquam vidit. Sed facilius urbem condi sine solo posse puto, quam opinione de Diis penitus sublata Civitatem coire aut constare.* Quod vero apud Ciceronem 1. de natura Deor. c. 23. Academicus Cotta, *equidem*, inquit, *arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit,* frustra objicitur, cum nullam nominet, & Cicero ipse tum in hoc ipso libro c. 16. tum lib. 1. Tusc. quæst. cap. 13. & lib. 1. de legibus cap. 8. affirmat adeo alte insidere omnium cordibus sensum Divinitatis, ut falsum multi DEUM colere maluerint quam nullum. Quæ porro de Gentibus Atheis apud veteres leguntur, ut de *Thoibus* apud Porphyrium lib. 2. de abstinentia ab animatis p. 132. ex Theophrasto (Simplicius p. 222. ad Epictetum vocat *Acrothoitas*) ac de *Nasamonibus* apud Dionysium periegesi v. 210. ad impios gentium illarum mores referendum,

* Seneca Epist. 117. *Veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri, tanquam Deos esse; quod omnibus de Diis opinio insita est: nec ulla Gens usquam est adeo extra leges moresque projecta, ut non aliquos Deos credat.* Artemidorus lib. 1. c. 9. ȣδὲν ἔθνος ἀνθρώπων ἄθεον, ἀβασίλευτον, ἄλλοι δὲ ἄλλȣς τιμῶσι θεȣ́ς. Lactantius lib. 1. cap. 2. *Neque difficile sane fuit paucorum hominum prave sententium redarguere mendacia testimonio populorum atque gentium in hac una re non dissidentium.* Confer Ælian. II. 13. Var. Hist. Maximum Tyrium diss. 1. Sextum Empiricum lib. 1. contra Physicos c. 61. E recentioribus Isaacum Barrow T. 2. sermon. VIII. Bibl. Universelle T. 3. p. 313. seqq.

ferendum, ut de *Gigantibus* Macrobius l. 1. Saturnal. c. 20. *Gigantes quid aliud fuisse credendum est quam hominum quandam impiam Gentem Deos negantem, & ideo existimatam Deos pellere de cœlesti sede voluisse?* Nam ut Cicero in Catone Majore c. 2. *quid est aliud Gigantum more bellare cum Diis nisi natura repugnare?* Confer Philostratum in vita Apollonii lib. V. c. 16. p. 200. Tales fuere Phlegyes οἱ Διὸς οὐκ ἀλέγοντες *Jovem non curantes*, Homer. hymno in Apollinem v. 279. qui in scholiis ad Iliad. N. 302. ἄθεοι apud Eustathium p. 904. ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ λῃστρικοί appellantur. De genere quodam *Æthiopum* * Strabo lib. XVII. p. 822. quod ἄθεον νομίζονται, οἵγε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. Hi fuere *Atlantes*, de quibus Mela lib. 1. c. 8. *solem execrantur, & dum oritur & dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum.* Eadem Herodotus IV. 184. Plinius V. 8. Solinus c. 31. Atque hæc causa quare pro Atheis haberentur, non quod nullum Numen coluerunt, quemadmodum Judæos *gentem contumeliâ Numinum insignem* vocat Plinius XIII. 4. & Christianos ethnici impios, ἀσεβεῖς, sacrilegos, atheos, profanos apud S. Justinum, Arnobium, alios. Vide Elmenhorst. ad Lib. 1. Arnobii p. 12. & B. D. Kortholtum obtrectatoris Pagani lib. 2. c. 10. p. 405. seqq. De *Callaicis* sive Lusitanis apud eundem Strabonem lib. III. p. 164. ἔνιοι δὲ τοὺς Καλλαϊκοὺς ἀθέους φασίν, nimirum quia δυσεπίμικτοι ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον, *quod commerciis carentes humanitatem exuisse videbantur*, ut idem Strabo p. 155. loquitur, qui alioqui p. 154. testatur Lusitanos fuisse θυτικοὺς *frequentes in sacrificiis*, de quo confer Lud. Nonium in Hispania p. 143. *Gallos* ab omni religione alienos arguit Cicero pro M. Fontejo c. 9. seq. quam tamen *nationem omnem admodum fuisse deditam religionibus* testis Cæsar VI. de bello Gallico c. 16. ut omittam alia argumenta, quibus Ciceronem ex ipso Cicerone refellit Vossius lib. 1. de idololatria c. 35. Eadem fide Quintilianus lib. 3. c. 2. p. 221. *gentes sine legibus* commemorat, & tamen mox inducit natos in illis fungi legationibus, accusare & defendere. De Barbaris *Arabibus* S. Nilus narratione 3.

Θεὸν

* De iisdem Nic. Damascenus apud Stobæum serm. 42. Ἀφάραντες (leg. Ἄτλαντες) Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσι, ἡλίῳ δὲ ἀνίσχοντι λοιδοροῦνται ὡς πολλὰ κακὰ φέροντι. Hos respexisse Jobum III, 8. in verbis: *exsecrentur illam*, (noctem) *qui maledicunt diei*, verisimiliter conjicit V. C. Jo. Henricus Majus, filius, libro 2. Observationum sacrarum p. 1. & 152.

Digitized by Google

θεὸν οὐκ εἰδότες οὐ νοητὸν οὐ χειρότευκτον, Mox tamen de illis addit pag. 28. ἄστρῳ δὲ τῷ πρωϊνῷ· προσκυνοῦντες καὶ θύοντες ἀνατέλλοντι.

V. Non magis fidem merentur, quæ vel in Benjaminis Tudelensis itinerario p. 58. seq. legas de Dogziinis nullius religionis populo, decem milliaribus à Tsidone: vel quæ in Abrahami Peritsol itineribus Mundi p. 183. & de iis, quos *Cafros* * (à כפר negavit) velut qui DEUM negent aut ignorent, vulgo appellant, quæque apud alios recentiores scriptores nonnullos jactantur de variarum Africæ, Americæ & Insulanarum quarundam gentium ** Atheismo. Nam quicunque illas ita adierunt, ut linguæ & morum nationis cujusque sufficientem notitiam sibi compararent, longe aliud de illis testantur, docentque parum tribuendum esse illorum relationi, qui vel ex ignoratione & præjudicio falsum tradiderunt, vel plane de industria † veluti atheos populos traduxerunt eum tantum in finem, ut crudelitati qua gentes illas miseras Hispani exciderunt, color aliquis quæreretur. Mirumque adeo est viro acuto Petro Bælio †† tam facile potuisse persvaderi, ut argumentum à consensu gentium in colendo Numine petitum floccipenderet ob tam incertas lubricasque relationes, quæ merito suspectæ illi debebant videri, cum plures earum jam certis testimoniis falsi compertas non posset ignorare. Cui rei explicandæ ne prolixior sim, rogo Lectorem, ut præter Cudworthum cap. 4. & Martinum Fotherby libro primo Atheomastigis, consulat *Jo. Lud. Fabricii*, Theologi Palatini, Apologeticum pro genere humano contra Atheismi calumniam, Heidelbergæ primum 1682. 4. & deinde inter

* Vide Petri Kolben descriptionem capitis bonæ spei Germanice editam Norimbergæ 1719. fol. p. 351. 407. Idem scriptor accuratus ac diligens de Hottentorum religione præclare pag. 404. 406. seq. Sicut de religione Huronum & aliorum populorum agrestium & ferorum Americæ, Josephus Fridericus Lafitau, S. I. Tomo primo operis vulgati Gallice, moeurs des sauvages Ameriquains, comparées aux mœurs des premiers tems, Paris. 1724. 4. capite quarto.

** Ut Cenisiorum in America Septentrionali, de quibus Journal literaire T. 2. p. 183. seq. De aliis Joannes Locke de intellectu humano lib. 1. c. 3. §. 8.

† Sic barbaris populis persvadent Lusitani Lutheranos DEUM & CHristum ignorare prorsus, sed credere in Diabolum eumque adorare: *qu'ils croioient au Diable & l'adoroient, & qu'ils n'avoient pas seulement oui parler de DIeu ni de JEsus CHrist.* recueil des voyages qui ont servi a l'établissement de la Compagnie des Indes Orientales T. 3. p. 211.

†† Continuat. cogitatt. de Cometis c. 113. Respons. ad quæstiones provincial. T. 4. c. 11. 12. & in Dictionario Historico voce *Lori*, nota Y.

inter ejus opera * editum Tiguri 1698. 4. p. 119. ſeq. Eduardi Stillingfleet novas Origines ſacras poſtumas, Anglice editas Cantabrigiæ 1701. fol. p.73. ſeq. & V. C. Maturini Veiſſerii la Croſe Dialogos Gallice vulgatos varii hiſtorici, literarii, ſacri & critici argumenti Anno 1711. 12. p.254. ſeq.. Nonnulla etiam huc ſpectantia notarunt B. Joſua Stegmannus in Photinianiſmo diſſ. 3. p. 24. Rev. D. Valentinus Erneſtus Lœſcherus in prænotionibus Theologicis p. 4. ſeqq. Stephanus Nye in Epiſtola ſubjecta libro edito Anglice, a diſcourſe concerrung natural and revealed Religion p. 228. ſeq. Jac. Bernardus in novellis Reip. literariæ A. 1705. T. 1. pag. 133. & 311. ſeq. & A. 1707. T. 1. p. 413. ſeq. Memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1717. p. 36. ſeqq. Andreas Adamus Hochſteterus in Exercitatione de religione naturali, Tubingæ nuper edita, Jo. Frid. Corvinus, Paſtor Hornburgenſis in Ducatu Halberſtadienſi, in corpore Doctrinæ, Hiſtoriæ hæreſium Godfridi Arnoldi oppoſita lib. 2. c. 18. ſeq. Petrus Leſcaloperius ad Ciceronem de natura Deorum pag. 87. 88. & 713. 714. Georgius Bullus in ſermonibus à Roberto Nelſon editis Anglice T. 1. p. 74. ſeq. Joh. Chriſtian Kundmann in Abhandlung vom Verſtande des Menſchen p. 52. ſeqq. Budiſſinæ 1716. 8. &c.

VI. Cum vero unum DEUM Summum, non multos Deos ſummos eſſe perſpicuis argumentis ratio doceat, & Univerſitatis rerum ſtructura & harmonia ad communes fines tendens teſtetur, mirari aliquis poſſit, unde illa caligo magnæ partis generis humani, ac tot populorum plures Deos colentium? Sed inprimis notandum, quod latius patuerit ſemper pateatque ſummi unius Numinis ** cultus, quod omnes agnoſcunt. *Τὴν πρωτίϛην δ᾽ἐχὴν*, inquit Proclus IV. in Timæum pag. 286. *πᾶσαι θρησκεῖαι καὶ αἱρέσεις συγχωρȣ̃σι εἶναι, καὶ Θεὸν πάντες ἄνθρωποι καλȣ̃σι βοηθόν. Θεȣ̀ς δὲ εἶναι μετ᾽ αὐτὴν, καὶ πρόνοιαν ἀπ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ παντὶ, ȣ̉ πᾶσαι πιϛεύȣσιν.* Auguſtinus lib. XX. contra Fauſtum Manichæum c. 19. *Diſcat Fauſtus, vel potius illi, qui ejus litteris delectantur, Monarchiæ † opinionem nos ex gentibus non habere, ſed gentes non usque adeo*

* Acta Erud. A. 1683. p. 176.

** Lactantii, Minucii Felicis & Tertulliani teſtimonia apud Baltuſium, jugement des SS. Peres ſur la Morale de la Philoſophie Payenne p. 11. ſeq.

† Monarchiam Auguſtinus vocat cultum unius ſummi Numinis, contra Ethnicorum *πολυθεΐαν* & duo Manichæorum principia. Confer librum Philonis Judæi *περὶ μοναρχίας*, & alium Juſtini Martyris, de quo ſupra p. 44.

adeo ad falsos Deos esse delapsas, ut opinionem amitterent unius veri DEI, ex quo est omnis qualiscunque natura. Deinde certum esse puto plerosque omnes πολυθεΐας veneratores, (indoctum vulgus excipio hominum, quid faciant & quid colant parum cogitantium) non æquali gradu & dignitate Deos quoslibet habuisse, sed ut Maximi Tyrii verbis diss. 1. utar, ἕνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ γῇ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὅτι ΘΕΟΣ Εἷς πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, καὶ ΘΕΟΙ ΠΟΛΛΟΙ, Θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες, Θεῷ. *In hoc leges ubique terrarum atque opiniones convenire videbis, DEUM esse UNUM,* * *Regem omnium & Patrem. MULTOS additos esse DEOS alios, qui supremi filii sint, & quasi in Imperio collegæ.* Ταῦτα δὲ ὁ Ἕλλην λέγει, καὶ ὁ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὸς καὶ ὁ ἄσοφος. *In eo Græcus cum Barbaro, mediterraneus cum insulano, sapiens consentit cum stulto.* Clemens Alex. lib. V. Strom. p. 612. (729. edit. Oxon.)

Καὶ τῶν ἀνθρώπων πάντες Ἕλληνές τε καὶ Βάρβαροι, γένος δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ τῶν γεωργούντων, οὔτε *a)* νομάδων, ἀλλ' *b)* οὔτε τῶν πολιτικῶν δύναται ζῆν, μὴ προκατειλημμένον τῇ τοῦ Κρείττονος πίστει. διὸ *c)* πᾶν μὲν ἔθνος ἑῶον, πᾶν δὲ ἑσπερίων ἀντιόμενον, ἢ βόρειόν τε καὶ τὰ πρὸς τῷ νότῳ πάντα, μίαν ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν πρόληψιν περὶ τοῦ καταστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν· εἴγε καὶ τὰ καθολικώτατα τῶν

Jam hominum genus universum in Græcos Barbarosque dividitur: quorum è numero, nulla prorsus usquam aut agricolarum aut pastorum, aut eorum denique, qui in civitate degunt, natio est, quæ vitam, absque eo quod ejus mentem Naturæ superioris fides occuparit, ducere tuerique possit. Itaque populi omnes, sive Orientem colant, sive litora Occidentis ultima teneant, sive ad Septentrionem, sive ad Meridiem habitent, unam & eandem ejus, à quo constitutum Universi imperium est, anticipationem habent: cum loca pariter & æqua-

Rr

* Vide Nic. Cusanum de pace fidei c. 6. p. 865. Opp.

Nota Jo. Potteri:

a) Νομάδων] *Vigerus* ait: "Pascuales homines, aut etiam Nomadas intelligere potes. Elige."

b) Οὔτε] *Euseb.* qui hunc Clementis locum repetit XIII. 13. præparat. Evangel. p. 690. οὐδέ.

c) Πᾶν--βόρειόν τε καὶ τά] *Euseb.* πᾶν ἔθνος ἑῶον, πᾶν δὲ ἑσπερίων ἀντιόμενον ἠϊόνων, βόρειόν τε καὶ τά.

τῶν *d)* ἐνεργημάτων αὐτοῦ διαπεφοίτηκεν ἐπ᾽ ἴσης πάντα. Πολὺ δὲ πλέον οἱ παρ᾽ Ἕλλησι πολυπράγμονες *e)* οἱ Φιλόσοφοι, ἐκ τῆς Βαρβάρου ὁρμώμενοι φιλοσοφίας,, ἀοράτῳ καὶ μόνῳ, καὶ δυνατωτάτῳ καὶ τεχνικωτάτῳ, καὶ *f)* τῶν καλλίστων αἰτιωτάτῳ τὴν *g)* πρόνοιαν ἔδοσαν· τὰ ἀκόλουθα τούτοις, εἰ μὴ κατηχηθεῖεν πρὸς ἡμῶν, οὐκ ἐπιστάμενοι, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸν ὅπως νοεῖσθαι πέφυκεν τὸν Θεὸν, μόνον δ᾽, ὡς ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν, *h)* κατὰ περίφασιν ἀληθῆ.

æqualiter omnia, generales quæque vis illius effectricis actiones complexæ ſint. Sed tamen curioſi illi è Græcis Philoſophi, Barbarorum permoti Philoſophia, multo magis illi, qui nec oculis cernitur, & ſolus idem ac præpotens, & ſapientiſſimus Artifex eſt, ſummusque rerum pulcherrimarum Auctor, providentiam tribuerunt: nec tamen quæ ſint ex iſtis conſequentia, niſi à nobis (*Chriſtianis*) doceantur, pervidere, ac ne modum quidem illum noſſe poſſunt, quem ad Deum cognoſcendum natura ipſa præſcribit; ſed tantum uti jam ſæpe diximus, periphraſi quadam alioqui vera eum circumſcribunt.

In Cle-

d) Ἐνεργημάτων] *Euſeb.* ἐνεργητημάτων. *Vigerus* utramque lectionem rectam pronunciat. Sed Clementis lectionem ſe ſecutum eſſe & magis probare affirmat. Ibidem mox ἐπίσης conjunct. pro ἐπ᾽ ἴσης, ſed ἴσης absque præpoſ. habet MS. *Joan.*

e) Οἱ] Hunc articulum omittit *Euſeb.* impreſſ. & MS. Mox βαρβάρων pro βαρβάρου *Euſeb.* impreſſ. Ibidem mox τῷ ἀοράτῳ cum articulo, quem habet etiam MS. *Joan.* Deinde δυνατῷ pro δυνατωτάτῳ MS. *Joan.*

f) Τῶν καλλίστων] *Euſeb.* impreſſ. & MS. τῶν ἄλλων καλλίστων.

g) Πρόνοιαν ἔδοσαν] *Euſeb.* MS. & impreſſ. προνομίαν ἔδωκαν, *privilegium dederunt:* ut exp. *Sylburgius.*

h) Κατὰ περίφασιν ἀληθῆ] Lege κατὰ περίφρασιν ἀληθῆ. Vide p. 315. B.--635. A. edit. *Pariſ.* Id eſt, juxta iſtam deſcriptionem Numinis, quæ apud philoſophos & poëtas occurrit, multum ex vero trahentem, licet minus accurate DEI attributa delineantem. *Lowth.* κατὰ περίφρασιν ἀληθῆ habet etiam *Euſebius*, ad quem hæc adnotat *Vigerus:* „Clemens κατὰ περίφασιν quaſi DEUS ipſos mediocri

In Clementinis homilia X. 14. p. 688. (695.) ἑνὸς ὄντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ ὥσπερ Καίσαρος, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν τῶν ὑποκειμένων ἐξουσιῶν λόγον Θεοί εἰσιν, ὑποκείμενοι μὲν ἐκείνῳ, διοικοῦντες δὲ ἡμᾶς. *Cum unus sit magnus DEUS, instar Cæsaris, & ipsi ad similitudinem minorum Potestatum Dii sunt, ei quidem subjecti, nostri tamen gubernatores.* Hanc sententiam plurimis, quorum notitia ad nos pervenit, Ethnicorum Philosophis fuisse, uberius atque erudite probatum dedit Radulphus Cudworth capite 4. veri systematis intellectualis Universi. Plures igitur inferiores Deos veluti providentiæ Divinæ & gubernationis Mundi administros & Angelos sub uno DEO summo Demiurgo venerandos sibi duxerunt gentes, inque horum cultu ferme fuere frequentiores, sive quod supremi illius Majestatem vix ulla cogitatione attingendam, nulla satis digna prosequendam veneratione, adeoque omni cultu externo superiorem * esse, solo mentis recessu intimo venerandam &

diocri quadam illustratione circumfundat. Malo tamen περί-“
φρασιν. Ita enim Strom. 1. p. 231. ubi Apostolicum illud Actor. 17.“
Quem ergo ignorantes colitis, &c. ex professo tractans, ἐξ ὧν, in-“
quit, δῆλον, ὅτι καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν, ἐκ τῶν Ἀράτου“
Φαινομένων, δοκιμάζει τὰ παρ' Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα, καὶ διὰ τοῦ ἀγνώ-“
στου Θεοῦ, τιμᾶσθαι κατὰ περίφρασιν πρὸς τῶν Ἑλλήνων, τὸν Δημιουργὸν“
Θεὸν ᾐνίξατο· κατ' ἐπίγνωσιν δὲ, δεῖν δι' Υἱοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν.“
Ubi περίφρασιν τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ, ait esse τὸν ἄγνωστον Θεόν. Et huic“
περιφράσει opponit ἐπίγνωσιν, hoc est veram ac propriam cogni-“
tionem. Et paulo post adhuc illustrius, ἤτοι οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι“
τυφλῶν ὀφθαλμοὶ, (ab Apostolis videlicet) ἡ δι' Υἱοῦ ἐπίγνωσίς ἐστι,“
τοῦ Πατρὸς, ἡ τῆς περιφράσεως τῆς Ἑλληνικῆς κατάληψις. Illæ enim Græ-“
corum etiam Poëtarum & Philosophorum *circumlocutiones*, ante“
Christi adventum, plane comprehendi non poterant.“ Conf.
Strom. 1. p. 372. n. 5. Atque hactenus ex Clemente Eusebius.

* Thomas Gale ad Jamblichum de Mysteriis Ægyptior. p. 199. *Constat ex libro IV. Cyrilli contra Julian. Porphyrium existimasse, solos Deos mundanos colendos esse, non autem supremum illum. Fuit & hæc plurimorum ex Schola Platonica opinio.* Confer eundem Galeum p. 266. ubi inter alia affert hæc Luctatii ad IV. Thebaidos: *Infiniti autem Philosophorum, Magorum Persæ etiam confirmant, revera*

esse

admirandam exiſtimarent: ſive quod inferioribus Diis commiſſam crederent à ſummo illo mundi adminiſtrationem, cultumque omnem, qui his tribueretur in ſupremum illum Regem omnium & parentem exiſtimarent redundare. Ac cum DEI ipſius inviſibilis formam ignorarent, & vellent tamen habere aliquid, in quo cogitatio ſubſiſteret & ſenſus ipſe hærere poſſet, multa ejus ſymbola & imagines ſive in rebus naturalibus quæſiverunt, ſive ipſi commenti ſunt, in quibus potentiam Numinis colerent, idem ſæpe ſub multis nominibus & formis atque imaginibus, Deumque, ut ita dicam, *μυριώνυμον* & *μυριόμορφον* venerati, ut multis docuerunt Gerardus Jo. Voſſius, Michaël Mourgves & alii in ſcriptis, quæ à me jam pag. 302. laudata ſunt. De origine vero alterius generis Idololatriæ ex ambitione vel ſuperſtitione nati, qua defuncti homines divinis affecti honoribus ſunt, videndi *Auguſtinus Calmet*, Benedictinus Monachus, in diſſ. adjuncta commentariis in Sapientiæ librum itidem Gallice editis & Tom. 1. diſſ. 24. * & alii interpretes ad Sapientiæ XIV. Joannes Faës ad Gyraldum de ſepultura Tom. 1. Opp. Gyraldi p. 698. ſeq. &c.

eſſe præter hos Deos cognitos, qui coluntur in templis, alium principem & maxime Deum, cæterorum numinum ordinatorem. Theodoritus in Coloſſ. II, 18. docet Canonem 18. Concilii Laodiceni oppoſitum iis, qui Angelos colebant ex ταπεινοφροσύνῃ profeſſi ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ προσήκει διὰ τῶν ἀγγέλων τὴν θείαν ἐυμένειαν πραγματεύεσθαι. Confer Jac. Rhenferdi Opp. philolog. p. 696. ſeq. diſſ. de ſtatuis & aris DEI & hominum internunciis. Plura in hanc ſententiam Stillingfleetus in Originibus ſacris novis poſtumis p. 74. 75. 76. *for this was a principle among many nations, that the ſupreme God was to be worship'd only by acts of the Mind, and that external Worship was only for leſſer Deities.* Eodem collineat ſcriptor hiſtoriæ commentitiæ Severambium. Deſcription de l'Isle Formoſa par G. Pſalmanaazar p. 31. *Ils enſeignent à ne reconnoitre qu'un ſeul Dieu, que les Peuples croient ſi grand & ſi redoutable, qu'ils n'oſent lui faire aucun ſacrifice: mais ils ont établis le Soleil pour l'objet de leur culte &c.*

* Journal. des Sav. A. 1714. Sept. p. 344.

CAPUT

CAPUT IX.

Respublicas religione stare & augeri, sine religione consistere nullas posse: & illud sine quo nulla consistere potest Resp. non posse esse commentum Politicorum, licet illo interdum abutantur. Machiavellistas impiosque politicos, faces generis humani ac pestes, infelicitatis & miseriæ autores integris esse regnis ac rebus publicis.

I.

MAgni ponderis argumentum adversus Atheos etiam est hoc, quod ab ipsa natura factum ad religionem & legem, socialeque animal est homo: vita hominis extra societatem misera & exposita innumeris malis ac miseriis: homo exlex quavis bellua immanior, societas sine lege tuto consistere nulla potest: legum, pactorum, jurisjurandi nulla est sine Religione firmitas vel auctoritas: * unde felicibus esse hominibus hominumque societatibus ac Rebuspublicis consistere sine Religione non licet. Nihil puto esse in hisce omnibus, quod non maximi momenti sit ad considerandum, quod negari vel in dubium vocari ullo modo possit, & quod non sensus communis & usus vitæ certissimum esse testetur: unde firmiter colligitur impudentia eorum, qui religionem blaterant nudum commentum esse, excogitatum à callidis hominibus, qui feros ac palantes homines Numinis metu conterrere & ad leges accipiendas adigere commodum & ex usu vitæ esse existimaverint. Nam ne in mentem quidem hoc venire illis potuit, nisi prænotionem de DEO ipsi habuissent jam in animo, vel ex rerum creatarum contemplatione hausissent: multo minus sperassent se persvasuros, aut valuissent illud persvadere totis populis, nisi jam impressam ante & illi habuissent naturalibus de causis DEI notitiam: ** minime omnium autem

 istud,

* Pufendorf lib. I. de jure Nat. & Gentium lib. I. c. 6. §. 12. & lib. 2. c. 3. §. 19. 20. & cap. 4. §. 3. & ad hæc loca Vir clariss. Jo. Barbeyracus in notis.

** Bernh. Lamy demonstratione veritatis & sanctitatis Ethices Christianæ lib. I. c. 6. Elias Benedictus (Benoist) libro Gallice edito contra Tolandum p. 8. seq Jac. Basnage præf. ad Hist. Veteris & Novi Test. Gallice editam: *Ce n'est ni la Politique des Rois, ni l'art des Théologiens, qui a provigné cette idée de la Divinite, jusqu'aux bouts du Monde, & qui l'a fait passer de siécle en siecle. La crainte bien loin d'être la mere des Dieux, en est la fille. Il y a peu d'Athées, quoique l'Athéisme paroit commode & la Religion genante. En effet ni la Politique, ni l'Eloquence ne pour-*

illud, si merum esset commentum, potuisset possetque probari omnibus nationibus, omnibus ætatibus: & ita quidem probari, ut quo magis intenditur acies animi & ingenii, eo magis etiam sapientissimi quique & acutissimi in omne ævum libenter illi sententiæ assentiantur, atque unice veram esse non dubitent. Ait quidem Sisyphus apud Critiam * sive Euripidem, legumlatores primos, ut metum incuterent feris hominibus, Deos confinxisse scelerum vindices. Quo autem quæso tantam rem nos docet argumento? vel ex quibus arcanis litteris hoc nobis mysterium prodit? Ecquando & quonam in Concilio ad hoc convenere callidi commenti auctores ex omnibus terris, ut istud humano generi persvaderent? Num hoc fingere satis est, & rem incredibilem viris præstantissimis temere impingere? Cur Sisypho hoc prudenti nemo credit nisi perditus? legumlatoribus illud, ut ait, fingentibus, (ut res se habet, verissima & non inficianda affirmantibus) omnes gentes crediderunt, sapientissimus quisque assentit libenter, & qui nolunt credere, repugnante hoc conscientia faciunt. Atque si *sapientissimi viri judicaverunt*, ut est apud Senecam lib. 2. natural. quæst. c. 42. *inevitabilem metum ut supra nos aliquid timeremus*, quinam demum sunt illi, qui metum illum pronunciant inanem ac falsum esse? Aut si quorundam vel calliditas vel imperitia falso ad DEI vindictam iramque retulit (ut sunt, quæ Seneca ibi removet,) naturalibus legibus à DEO descripta opera, num inde DEUM ipsum confictum esse fingemus? à qua impietate etiam Seneca jam dicto loco abhorret.

II. Cum igitur comperiamus verissimum esse, quod nec Ethnicos fugit, religione sublata *fidem etiam & societatem humani generis, & unam excellentissimam virtutem justitiam* è rebus humanis *tolli*, ** necesse est illud, sine quo vita & felicitas hominum ac rerum publicarum nequit consistere, non magis esse commentitium quam res optimæ ac verissimæ sunt fides ipsa & justitia & societas felicitasque, quæ pietate & religione continentur & aluntur. His accedit, quod sacra & externa testantur monumenta cultum Numinis generi humano naturalem esse ac coævum, † & patres

pourroient jamais persuader si universellement cette verité, qu'il y a un Dieu, & qu'il faut le craindre; si les Hommes n'en portoient pas, & n'en trouvoient pas en eux-mêmes le sentiment naturel.

* Critias apud Sextum Empiricum lib. 1. contra Physicos, c. 54. seq.

** Cic. 1. de Natura Deor. c. 2.

† Adde Pufendorf. de habitu religionis ad vitam civilem §. 5.

& patres familias antequam civitates conderentur, pietatis laude celebres vixisse, quæ ab diviniore fonte utique promanat & validius hominum movet animos, quam citra illam civile imperium, quod securitatis causa institutum esse, & malignitati hominum parum religiosorum in externas injurias erumpenti veluti obicem ac seram oppositum constat. Omitto Thomæ Campanellæ * argumentum non posse commentum imperantium esse, quod reges in ipsos agnoscit & confirmat imperium, quod animis subjectorum semel instillatum sicuti firmissimum est vinculum humanæ societatis, ** ita potest justissimo ipsos tyrannos metu ac terrore implere & solia eorum labefactare ac concutere.

III. Consequens est, ut illos hîc laudem scriptores, qui beneficia & commoda, quæ ex religioso cultu Numinis in societatem humanam, in regna & respublicas certissime promanant, distinctius explicavere, vel qui exemplis docuerunt, quanta calamitatum vis ex impietate & quantæ eversiones in totas Civitates & Nationes redundent; ubi primo loco memorandi sacri scriptores, qui tum in populis aliis tum Judaico maxime diligenter hoc exponunt & annotant, quod & eruditi piique ac judicio valentes interpretes probe animadvertendum monuerunt, ex quibus B. D. Hieronymus Wellerus † præfatione ad librum primum Regum: ***Etsi autem plurimum referat, juniores Principes diligenter ac sedulo omnes libros sacros & libros Regum legere, &, ut Poëta verbis utar, nocturna versare manu, versare diurna, inprimis tamen hunc primum Librum Regum sibi notissimum reddant. Multa enim illos admonet. Nam primum docet, quantopere DEUS diligat pios Principes, qui studio & amore verbi DEI flagrant, quod eos omni genere benedictionis cumulet, sicut in exemplo Salomonis conspicitur, quem DEUS non modo tanta ingenii & sapientiæ præstantia ornavit, ut omnes, qui ante ipsum fuerunt & secuti sunt Reges Israel, longe vicerit, verum etiam tantum prophetiæ donum ei tribuit, ut cum summis etiam Prophetis certare potuerit. Denique amplissimas ei opes donavit. Secundo docet, quæ virtutes in pio Principe lucere debeant, nimirum pietas, justitia, prudentia, clementia, placabilitas, beneficentia, sobrietas, castitas: Nam his omnibus virtutibus Salomonem præditum fuisse Scriptura testatur. Hæc sunt vera illa ornamenta Princi-***

* Campanella atheismo triumphato c. 8.

** Pufendorf lib. 1. de officio hom. & civis c. 14. §. 9.

† T. 1. p. 204. Operum B. Welleri Latinorum Lipsiæ 1702. fol. junctim editorum cura B. Christoph. Hieron. Frid. Læmmelii, qui diem obiit Hamburgi 1724. mense Novembri.

Digitized by Google

Principis, quæ multo magis illum commendant, quam vel clarissima victoria. Tertio docet, quæ causa sit, cur Reges, & Principes interdum Regna, Ducatus, amittant, & tota eorum posteritas deleatur, nimirum idololatria, tyrannis & libidines. Propter idololatriam & libidines Salomonis Regnum Israël distractum est, & tantum unam Tribum filius ejus Rehabeam retinuit. Sic omnibus temporibus, DEUS multos Reges ac Principes propter hæc atrocia peccata Regnis & Ducatibus excussit. Plena sunt historia talium exemplorum. Nec dubito, si quis iisdem oculis, quibus Moses ac Prophetæ res gentium & Civitatum inspiceret, & eadem diligentia attenderet, & comperta haberet, impie temere ac scelerate à Principibus vel populis admissa, alia vicissim ab aliis facta juste, prudenter, constanter: eum rationes eventuum diversorum similiter deprehensurum non inficiandas, quales etiam Ethnici observare interdum sibi sunt visi, ut Valerius Maximus libro & capite primo inter exempla dictorum & factorum memorabilium primo loco tradens, quantum Rerumpubl. existimaverint antiqui interesse, ut studium non solum observandæ sed amplificandæ etiam Religionis maximum adhiberent. In eandem sententiam Horatius * monuit Principem suum Romanum:

Diis te minorem quod geris, imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum:
Dii multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

Ex recentioribus scriptoribus huc pertinent:

Thomas Campanella Atheismi triumphati capite IX. Religionem communem, potissimam justitiæ partem non esse inventum politicorum &c. & appendice ad totum librum contra Machiavellum, qua multis ex historia documentis ostenditur, impios politicos & tyrannos Regna & Civitates pessum dedisse & justas scelerum suorum persolvisse pœnas. p. 229. seq. Paris. 1636. 4.

Thomæ Bozii, Eugubini, presb. Congregationis Oratorii, de ruinis gentium & regnorum, adversus impios Politicos, libri octo, ad Cardinalem Benedictum Justinianum. Rom. 1596. 4. Colon. 1598. 8.

Ejusdem de Imperio Virtutis, sive Imperia pendere à veris virtutibus, non à simulatis, libri duo, adversus Machiavellum. Rom. 1593. 4.

Ejusdem de robore bellico diuturnis & amplis Catholicorum regnis adversus Machiavellum. Rom. 1593. 4.

Innocentii

* Horat. lib. 3. Oda 6.

Digitized by Google

Ejusdem de antiquo & novo Italiæ ſtatu, adverſus Machiavellum, libri quatuor. ibid. 1596. 4.

Innocentii Gentiletti libri tres de Conſilio, Religione & Politia, contra Machiavellum ſæpius editi ab A. 1577. ne alios in præſenti Machiavelli adverſarios memorem.

Johannes Tillotſon Tom. I. ſermone 3. ad verba Salomonis, *Juſtitia extollit gentem*, Proverb. XIV, 34. the advantages of Religion to ſocieties, de commmodis & fructu ex Religione ad ſocietates humanas certiſſime redundante.

Jacobi Saurini T. I. ſerm. 3. ſur l'accord de la Religion avec la Politique, ad eundem Proverbiorum locum. Confer, ſi placet, quæ infra cap. XXXIV. de felicitate quam Rebuspublicis & humano generi affert Religio Chriſtiana.

Jo. Leonardi Rodoërii, JCti Neapolitani, princeps probus. Neapoli 1678. 12. *Giornale de' letterati di Roma* 1678. p. 170.

Gvilelmi Nichols Religio Principis, the Religion of a Prince. Lond. 1704. 8. *Acta Erud. 1705. p. 381.*

Nic. Cauſſini Regnum DEI, ſive diſſertationes in Libros Regum. Pariſ. 1650. fol.

Jo. Stephani Menochii Opus Hieropoliticum. Lugd. 1678. *Jo. Frid. Felleri monumenta* p. 382.

Jo. Benigni Boſſveti, Epiſcopi Meldenſis, Doctrina Civilis ex ſacris litteris excerpta & obſervata, Politique tirée des propres paroles de l'Ecriture. Pariſ. 1709. 4. & Bruxellis 1710. 12. *Nouv. Rep. lettr. 1710. T. 2. p. 342. Memoires de Trevoux 1710. p. 3. Acta Erud. 1711. p. 99. Hiſtory of the works of the learned 1709. p. 648.*

Italice, interprete Selvaggio Canturani. Venet. 1713. 8.

Germanice, Argentorati 1712. 8.

Jo. Adolphus Hofmannus, Plœnenſis, in præclaris libris X. de Rep. qui Latine A. 1719. 8. editi in Belgio, nunc Germanice hoc ipſo anno 1724. auctiores Hamburgi recuduntur, præ cæteris hoc agit, ut demonſtret Respublicas & Regna religionis, induſtriæ & æquitatis negligentes retrocidere ac collabi, è contrario juſtitia, pietate, virtute ac prudentia conſervari augerique.

Joannes Petrus de Croſa, (Crouſaz) Lauſannenſis nuper, hodie Groningenſis Academiæ decus eximium, in nova editione libri lectu digniſſimi de pulchro, *traité du beau*, Amſt. 1724. 12. Caput duo-

decimum addidit *de pulchritudine Religionis*, speciatim Christianæ. In hoc §. 24. p. 175. seq. probat vitam humanam sine religione, expertem plane esse pulchritudinis: *sans la religion la vie humaine est sans beauté.* & §. 25. p. 180. sq. cujus inde fœditatem & miseriam oculis exponit, & vivis describit coloribus: *misere & laideur de la vie humaine sans Religion.*

Danielis Clasen de religione Politica liber. Servestæ 1681. 8. editio secunda auctior.

Christophori Pelleri politicus sceleratus impugnatus. Norimberg. 1669. 8.

D. *Jo. Lassenii* arcana Politico atheistica &c.

D. *G. H.* Frommer Edelmann, das ist, was für Ursachen die Hohen und Edlen auf Erden bewegen sollen, sich GOtt zu ergeben. Stargard 1700. 12.

IV. Quod superest, ex jam dictis patet 1) nullorum magis interesse quam Principum & magistratuum, ut DEUM colant, neque exemplo suo aut negligentia irreligiositati aperiant fenestram. Per hanc enim effunditur contemtio super Principes, Psal. CVII, 40. & profanata semel nota quam gerunt sanctissima vicariorum Numinum, & scuto fortissimo religionis abjecto, magis etiam patent injuriis imbelles, quam privati quilibet. 2) Nullos dari capitaliores Regnorum & Rerumpublicarum hostes, & felicitatis humanæ inimicos, quam ad clavum imperiorum sedentes, vel eorum consiliarios contemtores & derisores religionis: quid enim boni exspectes ab iis, quibus nulla fides pietasque, nihil sancti & justi, nullus in homines amor, nullus DEI metus, nulla reverentia. 3) Contra se ipsos ferre testimonium & pugnantia dicere, qui leges nervos esse Civitatum,* legum religionem, necessariam igitur hanc Rerump. saluti coguntur fateri, & tamen eam contemnunt, & tanquam commentum humanum floccifaciunt. *Ex ore tuo judicabere, serve nequam.*** Affirmas, nec potes diffiteri † „sapientissimos Rerumpublicarum Fundatores, Viros com- „mune mortalium fastigium supergressos, Religionem Civili Obedien- „tiæ necessariam reputasse: quare ergo tu conaris hæc bene acta funda- „menta suffossis quasi cuniculis evertere, laxare cœmentum, quo solo „Societates coalescunt, atque universa simul in imaginarium illum Na- turæ

* Diomedes Grammaticus lib. 1. laudat hoc dictum M. Porcii Catonis, leges nervos esse Civitatium pag. 289. Grammaticor. Latin. Eliæ Putschii.

** Luc. XIX. 22.

† Rich. Bentley, stultitia Atheismi p. 47.

turæ & confusionis originariæ Statum reducere? Nullas unquam Com-" munitas vel fundata est, vel fundari aut conservari potest, nisi super" Basin Religionis. Quæ Respublica vel animo concipi potest absque" Foro Judiciario, & quæ Judiciorum Forma absque Jurisjurandi Reli-" gione? quæ ipsa involvit & supponit Ens Omniscium, veri & falsi con-" scium, Perjuriorum vindicem & ultorem, usque adeo, ut ipsam juris-" jurandi (& proinde Societatis quoque) naturam subvertat Atheus," professus, se nihil semet superius agnoscere, neque dari omnipræsen-" tem actionum humanarum Observatorem. Æque enim absurdum &" ridiculum est, si Atheus *Systema Politicum* moliatur, ac *Epicuri* quon-" dam Sermones erant de *Sanctitate* & de *Pietate adversus Deos.*"

V. Claudam hoc caput egregii Viri Baconis de Verulamio * observatione ad dictum sapientissimi Regis Salomonis Prov. XXXIX, 8. *Homines derisores*, quibus religio & omnis res seria ludus & jocus sunt, *Civitatem perdunt, sapientes vero avertunt calamitatem.* „Mirum, *inquit*," videri possit, quod in descriptione hominum, qui ad Respublicas labefa-" ctandas & perdendas veluti natura comparati & facti sunt, delegerit" Salomon characterem: Non hominis superbi & insolentis; Non tyran-" nici & crudelis; Non temerarii & violenti; Non impii & scelerati;" Non injusti & oppressoris; Non seditiosi & turbulenti; Non libidinosi" & voluptuarii; Non denique insipientis & inhabilis: Sed *derisoris.*" Verum hoc sapientia ejus Regis, qui Rerumpublicarum conservationes" & eversiones optime norat, dignissimum est, neque enim similis fere est" pestis Regnis & Rebuspublicis, quam si Consiliarii Regum, aut Senatores," quique gubernaculis rerum admoventur, sint ingenio *derisores.* Hu-" jusmodi enim homines periculorum magnitudinem, ut fortes videan-" tur Senatores, semper extenuant; iisque, qui pericula, prout par est," ponderant, veluti timidis insultant: Consultandi & deliberandi maturas" moras, & meditatas disceptationes, veluti rem oratoriam, & tædii ple-" nam, & ad summas rerum nihil facientem, subsannant, Famam ad quam" Principum Consilia præcipue sunt componenda, ut *salivam vulgi*, &" rem cito prætervolaturam, contemnunt: Legum (Divinarum etiam)" vim & auctoritatem, ut reticula quædam, quibus res majores minime" cohiberi debeant, nil morantur: Consilia & præcautiones, in longum" prospicientes, (jus & fas omne & Conscientiæ sensum) ut somnia quæ-" dam,

* De augmentis scientiar. lib. VIII. p. 212. seq. Operum edit. Francof. 1694. fol.

Digitized by Google

„dam, & apprehensiones melancholicas, rejiciunt: Viris revera pruden-„tibus, & rerum peritis, atque magni animi, & consilii, dicteriis & face-„tiis illudunt: Denique fundamenta omnia regiminis politici simul labe-„factant. Quod magis attendendum est, quia cuniculis, & non impetu „aperto, hæc res agitur, neque cœpit esse inter homines (prout me-„retur) suspecta.

CAPUT X.

Argumenta adversus Atheos metaphysica.

I.

TAnta est captuum in hominibus diversitas, tanta animorum ingeniorumque dissimilitudo, ut ubi verum quæritur, argumenta quædam maxime commoveant aliquos, quæ velut ex alio situ, distantia ac latere aliisve oculis respicientes alii, aut prorsus non percipiunt, aut percepta utcunque, faciunt flocci & tanquam exigui ponderis adspernantur. Alios vicissim levibus etiam duci videas, alios solidioribus & gravissimis reluctari, in aliis observes utrumque. Quæ cogitanti parum consultum & parum æquum videbitur, si quis una quadam ratione præ cæteris maxime permotus, ideo cæteras statim svadeat abjiciendas esse, quæ veritatem aliis possint persvadere, & multis feliciter persvaserunt. Causa quidem Religionis ita se habet, ut quocunque te vertas, omnia eam svadeant, & sive intra te descendas, sive extra te progrediaris mentis agitatione, DEUM esse, & colendum esse Numen, ubique si attendas animum, invenias. Quanquam vero aperta & in promtu sint, cujusque captui & ingenio, quæ hactenus exposui argumenta, tamen nec subtiliora & abstrusiora prætermittenda sunt, quæ etiamsi vulgi sive captum sive attentionem videntur fugere, tamen nec soliditate aut robore carent, & acutioribus vehementer probantur.

II. Necesse est, quoniam aliquando non fuimus, & contingit nos jam existere; etiam extra nos & extra omnia quæ esse tantum aliquando contingit, exstare Ens, quod exstitit necessario ab omni sempiternitate, & ab illo existere, quicquid existere aliquo tempore contingit, & in illo fontem ac radicem exstare * eminenti modo omnium perfectionum, quæ in rebus

* Psal. XCIV, 9. *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non videbit?*

in rebus unquam exiſtentibus obſervantur. 2) Motus materiæ, qui in re cogitationis experte poteſt, ut in horologio hoc vel illo, varius eſſe & multiplex, neque adeo neceſſarius, eſt autem ad communes & ordinatos pulcherrimos fines inſtitutus, neceſſario habet extenſum immobile, in quo movetur, & motorem diverſum à materia, intelligentem, liberum, omni priorem motu, materiam omnem in poteſtate habentem, adeoque ejus auctorem. * 3) In cauſarum progreſſione ad unam aliquam ſupremam deveniendum neceſſario, dependentem à nemine, cauſam efficientem cauſarum omnium.

III. Hæc argumenta ab antiquis Philoſophis & ipſo Ariſtotele, à Scholaſticis etiam & aliis Philoſophis frequenter inculcata, præcipue noſtra ætate accurate explicata & ſingulari ingenii acumine vibrata ſunt à viris præſtantiſſimis, ut à *Samuele Clarke* in libro, cui titulus: ** Demonſtration of the being and attributes of God, more particularly in anſwer to Mr. Hobbes, Spinoſa, Toland and their followers, wherein the notion of liberty is ſtated, and the poſſibility and certainty of it proved. Lond. 1704. 8. & cum altero volumine de obligatione religionis Naturalis & veritate Religionis Chriſtianæ, 1706. 1710. 1716. 8. & ex Anglico Latine, † præmiſſa Atheiſmi hiſtoria, Jenkino Thomaſio interprete, Altdorf. 1713. 8. cum præfatione Chriſtiani Gottlieb Schwartzii, & Gallice †† à Ricotierio, Amſt. 1717. 8. Belgiceque ††† per J. D. JCtum. Lugd. Bat. 1718. 8.

Plures ſcriptores referre juvabit infra Cap. XII. ſeq.

IV. Celebratiſſimum eſt ab Idea DEI repetitum argumentum *Carteſii*, quod ex ejus Meditatione * V. lubet afferre integrum ipſius verbis: "Certe ejus ideam, nempe entis ſummè perfecti, non minus"

* Niſi materiam produxiſſet DEUS, in æternam & immutabilem poteſtatis nihil habuiſſet. *Si facta non eſt,* inquit Lactantius II. 8. *nec fieri ex ea quicquam poteſt.*

** Hiſt. of the works of the learned A. 1705. p. 33. Unſchuldige Nachrichten An. 1705. pag. 408.

† Rev. Buddeus de Atheiſmo cap. 5. §. 3.

†† Nouvell, de la Rep. des lettres A. 1717. pag. 291. Journal des Sav. 1717. Tom. 2. p. 339. 460. Unſchuldige Nachrichten A. 1718. pag. 458. Memoires de Trevoux A. 1718. p. 247. Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. 13. p. 433.

††† Id. T. 15. pag. 386.

* Meditationes ſuas ſcribere Carteſius cœpit in Friſia in arce Franequerana A. 1629. Editæ primum A. 1641. Pariſiis. In indicem expurgatorium relatæ cum aliis Carteſii ſcriptis Romæ 1643. 20. Nov.

"apud me invenio, quàm ideam cujusvis figuræ aut numeri; nec minus "clare & distincte intelligo ad ejus naturam pertinere, ut semper existat, "quàm id quod de aliqua figura, aut numero demonstro ad ejus figuræ, "aut numeri naturam etiam pertinere; ac proinde, quamvis non omnia "quæ superioribus hisce diebus meditatus sum, vera essent, in eodem ad „minimum certitudinis gradu esse debere apud me DEI existentia, in quo „fuerunt hactenus Mathematicæ veritates. Quanquam sanè hoc prima „fronte non est omnino perspicuum, sed quandam sophismatis speciem re„fert. Cum enim assuctus sim in omnibus aliis rebus existentiam ab essen„tia distinguere, facile mihi persuadeo, illam etiam ab essentia DEI sejungi „posse, atque ita DEUM ut non existentem cogitare: sed tamen diligentius „attendenti fit manifestum, non magis posse existentiam ab essentia DEI „separari, quàm ab essentia trianguli magnitudinem trium ejus angulorum „æqualium duobus rectis, sive ab idea montis ideam vallis: adeo ut non „magis repugnet cogitari DEUM (hoc est ens summè perfectum) cui desit „existentia, (hoc est, cui desit aliqua perfectio) quàm cogitare montem, „cui desit vallis. Verum tamen ne possim quidem cogitare DEUM nisi „existentem, ut neque montem sine valle: at certe ut neque ex eo, quod „cogitem, montem cum valle, ideo sequitur, aliquem montem in mundo „esse, ita neque ex eo, quod cogitem DEUM ut existentem, ideo sequi „videtur DEUM existere: nullam enim necessitatem cogitatio mea re„bus imponit; & quemadmodum imaginari licet equum alatum, etsi „nullus equus habeat alas, ita forte DEO existentiam possim affingere, „quamvis nullus DEUS existat. Imo sophisma hîc latet, neque enim ex „eo, quod non possim cogitare montem nisi cum valle, sequitur alicubi „montem & vallem existere, sed tantùm montem & vallem sive exi„stant, sive non existant, à se mutuo sejungi non posse; atqui ex eo, „quod non possim cogitare DEUM nisi existentem, sequitur existen„tiam à DEO esse inseparabilem, ac proinde illum revera existere, non „quod mea cogitatio hoc efficiat, sive aliquam necessitatem ulli rei im„ponat, sed contra quia ipsius rei, nempe, existentiæ DEI, necessitas me „determinat ad hoc cogitandum: neque enim mihi liberum est DEUM „absque existentia (hoc est ens summe perfectum absque summa perfe„ctione) cogitare, ut liberum est, equum vel cum alis, vel sine alis imaginari. „Neque etiam hîc dici debet necesse quidem esse, ut ponam DEUM „existentem, postquam posui illum habere omnes perfectiones, quando„quidem existentia una est ex illis, sed priorem positionem necessariam

non

Digitized by Google

non fuisse; ut neque necesse est, me putare figuras omnes quadrilateras circulo inscribi, sed posito, quod hoc putem, necesse erit me fateri rhombum circulo inscribi, quod apertè tamen est falsum. Nam quamvis dixeris non necesse esse, ut incidam unquam in ullam de DEO cogitationem, quoties tamen de ente primo & summo libet cogitare, atque ejus ideam tanquam ex mentis meæ thesauro depromere, necesse est, ut illi omnes perfectiones attribuam, etsi nec omnes tunc enumerem, nec ad singulas attendam: quæ necessitas plane sufficit, ut posteà, cum animadverto existentiam esse perfectionem, recte concludam ens primum & summum existere: quemadmodum non est necesse, me ullum triangulum unquam imaginari, sed quoties volo figuram rectilineam tres tantum angulos habentem considerare, necesse est, ut illi ea tribuam, ex quibus rectè infertur ejus tres angulos non majores esse duobus rectis, etiamsi hoc ipsum tunc non advertam. Cum verò examino quænam figuræ circulo inscribantur, nullo modo necesse est, ut putem omnes quadrilateras ex eo numero esse; imò etiam idipsum ne quidem fingere possum, quamdiu nihil volo admittere, nisi quod clare & distincte intelligo: ac proinde magna differentia est inter ejusmodi falsas positiones, & ideas veras mihi ingenitas, quarum prima & præcipua est DEI; nam sanè multis modis intelligo illam non esse quid fictitium à cogitatione meâ dependens, sed imaginem veræ & immutabilis naturæ, ut primo, quia nulla alia res potest à me excogitari, ad cujus essentiam existentia pertineat, præter solum DEUM; deinde quia non possum duos aut plures ejusmodi Deos intelligere; & quia posito quod jam unus existat, planè videam esse necessarium, ut & ante ab æterno extiterit, & in æternum sit mansurus; ac denique quod multa alia in DEO percipiam, quorum nihil à me detrahi potest, nec mutari."

V. Hoc eodem argumento pridem ante Cartesium usus esse deprehenditur *Anselmus* Archiep. Cantuariensis in Monologio c. 3. & in prologio c. 3. seq. in tomo 1. Operum edit. novæ Gerberonianæ, illudque defendisse in Apologetico contra Gaunilonem Monachum, cujus libellus pro insipiente, præmittitur T. 3. Opp. edit. vet. & T. 1. edit. novæ Gabrielis Gerberonii. *Nicolaus* item *Cusanus* Cardinalis, qui A. C. 1464. obiit, pius & subtilis scriptor, in dialogo de *possest*, sive quia potest esse, est, p. 249. seqq. Operum junctim editorum Basil. 1565. fol. Post Cartesium longe plures hyperaspistas & propugnatores hoc argumentum habuit, uti sunt

Ruar-

* Obiit A. C. 1109, æt. 76.

Digitized by Google

Ruardus ab Andala in Syntagmate Theologico Physico Metaphysico. Franqueræ 1711. 4. *Acta Erud. 1711. p. 122. & 125.*

Anonymi briefve & claire demonstration Metaphysique de l'existence de Dieu & de ses perfections infinies in dialogo Timothei & Evaristi, *Mercure Savant de Mr. Bayle A. 1684. Janvier. p. 2--19.*

Joannes Claubergius in exercitationibus de cognitione DEI & nostri, Harling. 1685. 8. & inter ejus Opera Philosophica, cura Jo. Theodori Schalbruchii edita Amst. 1691. 4. Vide *Acta Erud. A. 1691. pag. 374.*

Antonius le Grand Institutt. Philosophic. parte 2. artic. 3.

Jo. Frid. Heunischius in dissert. de demonstratione existentiæ DEI. Lips. 1681.

Isaacus Iaquelotus in Epistola ad Basnagium Bellovallium, Examen d'un écrit qui a pour titre, judicium (Sam. Werenfelsii) de argumento Cartesii pro existentia DEI, petito ab ejus Idea, Basil. 1699. *Histoire des ouvrages des Savans A. 1700. pag. 199. & A. 1701. pag. 226. 420. History of the works of the learned A. 1700. p. 664. 710.* Reponse à une lettre de Mr. Des-Maizeaux. *Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1702. Septembr. p. 293.*

Franciscus Lamy, Monachus Benedictinus, in Epistola ad Brillonium, inserta memoriis Trevoltinis Anni 1701. pag. 108. seq. edit. Amstelodamensis.

Nicolaus * *Malebranchius*, recherche de la verité T. 2. p. 96--103. & in aliis scriptis.

Montreus, reponse de Mr. la Montre, Professeur de Mathematique & de Philosophie, au jugement du Mr. Brillon, de la Maison de Sorbonne. *Hist. of the works of the learned A. 1701. p. 31.*

Petrus Poiret lib. 1. Oeconomiæ capite 1. & cogitatt. rational. de DEO, anima & malo p. 19. seq. &c.

Petrus Sylvanus Regis & alii ex Cartesii schola.

Hermannus Alexander Roëllus in dissertatione de religione rationali, quæ jam quartum prodiit Franequ. 1701. 12.

Augustinus Michaël Ruckerus in diss. de demonstratione existentiæ DEI, methodo Mathematica. Jen. 1717. 4.

Jacobus

* Idem Malebranchius in meditatt. Metaphys. *Si DIEU n'existoit pas, j'aurois tiré du neant l'idée d'une infinité de perfections que je ne trouve pas en moy.*

Digitized by Google

Jacobus Saurinus T. 1. sermonum Gallice editorum, sermone IV. p. 182.
Joannes Schotanus in quæstionibus Metaphysicis cum exegesi in primam & secundam meditationem Cartesii editis Franeq. 1687. 4.
Philippus David Schrœdelius diss. de existentia DEI. Hanov. 1722. 4.
Jo. Christophorus Sturmius Theosophiæ capite 3. propositione 10.
Burcherus de Volder in disputationibus Philosophicis contra Atheos. Medioburgi 1685. 8. non integris & auctore inscio excusis. *Nouvell. de la Rep. des lettres 1685 p. 225. seq.*
Christoph. Wittichius annotationibus postumis ad Cartesii meditationes. Dordraci 1688. 4. &c.

VI. Novi hoc argumentum tanquam paralogismum & sophisma † contemni & oppugnari à multis viris itidem præclaris, ex quibus, præter objectiones ipsis meditationibus Cartesii adjici solitas, notati à me sunt hi:

Anonymus auctor Anglus Epistolæ ad Jac. Bernardum insertæ Novellis Reip. litterariæ A. 1703. Augusto p. 163. Alius *Anonymus* auctor observationum ad Roëlli librum de religione rationali, in Memoriis Trevoltinis A. 1703. p. 185. seq. edit. Amst.
Georgius Beyerus in delineatione Juris Divini Naturalis p. 10.
Doctor Sorbonicus *Brillonius*, History of the works of the learned A. 1701. p. 28. Histoire des ouvrages des Savans 1701. p. 28.
D. *Jo. Franciscus Buddeus* in diss. de pietate Philosophica, in selectis juris Naturæ & Gentium p. 206. Idem Rev. Buddeus †† alibi in Cartesii argumento reprehendit, quod ideam infiniti & perfecti pro re infinita & perfecta, quæ non nisi à DEO esse possit, venditet, & fallacia ambiguæ locutionis delusus ex eo, quod ens perfectissimum, siquidem existat, necessario existat, concluserit illud etiam existere:

Tt *Johannes*

† Jacobus Bernhardus in Novellis Reip. literariæ A. 1701. mense Novembri pag. 486. *C'est une espece d'opprobre a la Raison humaine & qui demontre bien sa foiblesse, que de voir que des personnes qui l'ont cultivée avec soin, ne soient pas accord sur la bonte ou la fausseté d'un simple raisonnement, qui n'est composé que de trois propositions: sur tout si l'on considere qu'il semble qu'il s'agisse plutot de savoir si le Syllogisme est bon quant à la forme, que de savoir s'il est bon quant à la matiere.*

†† D. Buddeus de Atheismo pag. 370. seq. & in Philosophia theoretica parte 6. c. 3. §. 8. pag. 361.

Digitized by Google

Johannes Norris † negat primam ideam DEI esse, ut ens perfectissimum cogitemus, sed illud demum ideam DEI existentis consequi, veluti ideam trianguli consequitur, quod duo in illo latera junctim accepta sunt tertio majora. A *Christiano Wolfio* ** notatur Cartesius supponere rem ab Atheo vocatam in dubium, quod ens perfectissimum existere possit. *Samueli Clarkio* *** argumenti hujus obscuritas & defectus videtur latere in eo, quod ad ideam nominalem sive definitionem entis per se existentis præcipue se extendit, neque sufficienti evidentia & consequentiarum valido satis nexu applicatur ad ideam realem istius entis actu extra nos existentis. Idem argumentum præterea rejiciunt

Franciscus Cuperus Arcan. Atheismi p. 232.

Gabriel Daniel, S. I. in libro, voyage du Monde de des Cartes p. 146--175.

Christianus Donati diss. de existentia DEI §. 25. seq. Witeberg. 1674.

Petrus Gassendus disquisit. Metaphys. contra Cartesii meditationem V. Tomo tertio Operum.

Herminierius in tomo primo summæ Theologiæ ad usum Scholæ accommodatæ, Paris. 1701. 8. *Memoires de Trevoux A. 1701. edit. Amst. p. 315.*

Petrus Daniel Huetius Censura Philosophiæ Cartesianæ c. IV. §. 8.

Godfr. Guil. Leibnitius notans argumentum illud jam rejectum à Thoma Aquinate. *Acta Erud. 1684. p. 539.*

Mr. de Maizeaux, réponse à la lettre de Mr. Jaquelot. *Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1702. p. 271. seq. & Jul. p. 31. & A. 1703. p. 187.*

Jo. Baptista Morinus, Astrologia Gallica, sub init.

Sam. Parkerus Cogitationibus de DEO & Providentia, disput. sexta sect. 24.

Benedictus Pictetus in Theologia Christiana Gallice edita lib. 1.

Abrahamus Pungelerus diss. de DEI existentia. Herborn. 1722. 4.

Andreas Rudigerus in Physica Divina p. 67. Francof. 1716. 4. *Journal des Sav. 1717 p. 19. seq.*

Petrus Schutten, Pomeranus, diss. de modo cognoscendi DEUM naturaliter, Jen. 1667. & in diss. de notitia DEI naturali. id. 4.

G. C. S.

† Treatises upon several subjects p. 9. seq.

** Ratione prælectionum sect. 2. c. 3. §. 44. p. 156. & Nöthige Zugabe über Hn. D. Buddens Bedencken c. 1. §. 5. p. 7.

*** Demonstratione existentiæ DEI p. 26. edit. Jacobi Thomasii.

Digitized by Google

G. C. S. Hist. of the works of the learned A. 1702. p. 93.
T. S. History of the works of the learned A. 1700. p. 664. Nouv. de la Rep. des lettres A. 1703. Aout. p. 163.
Joannes Turner appendice ad librum Anglice editum de Messia. Lond. 1685. 8.
Gerardus de Vries in diss. de Cartesii meditationibus à Gassendo impugnatis. Ultraject. 1691. 8.
Samuel Werenfelsius parte 2. dissertationum in judicio de argumento Cartesii, ejusque argumenti vindiciis contra J. H. S. *Nouvell. de la Rep. des lettres 1701. Novembr.* p. 514. & *A. 1716.* p. 534. seqq. &c.

VII. Ut meam de hoc argumento sententiam aperiam, quoniam in voce *clara* de DEO *idea* obscuritatem & ambiguitatem * esse sentio, videtur mihi minus solidum esse, si idea perfectionum DEI, quarum existentia fundamentum est, utcunque assumta & mentis agitatione objecta ponatur: Sed solidissimum si ideam illam de DEO, perfectissimo Ente omnium Entium causa, certis rationibus collectam, exque rerum natura obviam mentis judicio & intimo conscientiæ sensu agnitam perceptionem vivam & fortem intelligamus. Ita enim ex idea causæ, cujus effectum tenemus, existentia ejus recte colligitur, & primæ ac perfectissimæ quidem una certissima & necessaria. Itaque recte Henricus Morus in antidoto adversus Atheismum lib. 1. c. 8. Tom. 2. Opp. Philos. p. 37. *Cum hæc idea DEI nullum arbitrarium figmentum sit ad libitum nostrum excogitatum, sed necessaria & naturalis humanæ mentis emanatio* (ex solidis collecta & firmis nixa argumentis) *si nobis significet notionem naturamque DEI, necessariam in se volvere existentiam, quemadmodum ostendimus:* (DEUS ipse ad Moysen nomen ejus scire desiderantem, EGO SUM QVI SUM, ** Exod. III, 14. & 16.) *nisi oculos claudere velimus contra*

* Clara idea potest vocari diversis modis, 1) quæ est de re sensibus obvia existente, ut quam video lucis, 2) Quæ sive existens sive non existens est obvia mentis judicio, ut partem esse minorem toto cujus est pars. 3) Quæ adæquata sit, nihilque addat rei quam describit de natura, ut idea numeri finiti vel trianguli. 4) Quæ nihil dubii aut obscuri relinquat, vel in ratione essentiæ, causarum vel ratione modi: cujusmodi claram ideam nescio an multarum rerum habemus. 5) Quæ comparatione aliquid habere videatur claritatis, sed nec essentiam, nec modum, nec causas, nec existentiam determinet, ut idea infiniti spatii.

** Confer ad h. l. præter interpretes, Dionys. Petavium lib. 1. dogm. Theol. de DEO c. 6 & Gvilelmum Beveregium T. 2. sermonum Anglice editorum sermone 1.

Digitized by Google

tra proprium lumen naturale, sine omni mora scrupulove statim agnoscere debemus, quod DEUS existit. Idem p. 39. *Nunquam excusanda esset stultitia ac dementia in quovis homine, cum cognitivas facultates habeat, quæ ad notitiam DEI pertingunt, certamque & inalterabilem ideam in anima sua, quam nullo pacto delere potest, perinde atque sensuum notitiam, quæ ad materiæ detectionem extenditur: si necessariam à-se-existentiam materiæ tribueret, nulla omnino facultate eum sic docente: & necessariam existentiam DEO eriperet, quanquam innata DEI notio in anima eum doceat contrarie.*

VIII. *G. G. Leibnitii* demonstratio existentiæ DEI mathematica, arti combinatoriæ † subjuncta, petitaque ex eo, quod partes corporis infinitæ infinitum motorem requirant. Lipsiæ 1666. 4.

Hermanni Samuelis Reimari, Rectoris Scholæ Wismariensis, de natura infiniti Mathematici observatio ad probandam DEI solius infinitatem, inserta Diario Wismariensi Germanice edito à Justo Sincero sive Jacobo Staalkopfio, Pastore Ecclesiæ Wismar. Vermischte Neben-Stunden parte 3. p. 135. sq. Wismar. 1724. 8.

IX. Ab æternis veritatibus intellectui nostro obversantibus sive potius per DEUM ipsum animo nostro solitis offerri argumentum petit *Joannes Norris* in lucubratione duplici de Divina luce, quæ exstat in libro edito Londini 1698. 8. *treatises upon several tracts.* Reason and Religion, or the grounds and mensures of devotion p. 10. seq. & two treatises concerning Divine Light p. 454. Plura in hanc sententiam idem Norrisius in opere, quod prodiit Lond. 1704. 8. duobus Voluminibus, *an essay* * *towards the theory of the ideal or intelligible world.* Vide T. 2. p. 529.

Similis *Nic. Malebranchii* sententia, qui à DEO omnia repræsentari non modo animo nostro, sed etiam sensibus statuit, & sententiam hanc suam variis defensitavit scriptis, oppugnatus tum ab aliis tum ab Antonio Arnaldo. Confer Acta Erud. 1684. pag. 236. 241. A. 1685. pag. 276. 305. 414. &c.

Erhardi Weigelii ** de supputatione multitudinis à nullitate ad unitates finitas in infinitum collineantis ad DEUM, quavis demonstratione certius ostendendum reflexa. Jen. 1679. 4. De ejus sententia, qui cum Scholasticis & Cartesianis conservationem rerum, per se non necessario

† Recusa auctore inconsulto, Francof. 1690. 4. Emendari quædam jubentur in Actis Erud. 1691. p. 63.

* History of the works of the learned A. 1701 pag. 301.

** Confer ejus Aretologisticam p. 164. & tractatum, Grund aller Tugenden, nec non Philosophiam Mathematicam & Theologiam naturalem solidam. Jen. 1693. 8.

Digitized by Google

necessario existentium, pro continua creatione habet, consulendus illustris Leibnitius in Theodicea §. 384.

Lettres sur divers sujets concernant la Religion & la Metaphysique, par feu Messire *François de Salignac de la Motte Fenelon*, Paris. & Amst. 1718. 8. *Bibl. ancienne & moderne T. 10. p. 181. seqq. Journal des Sav. 1718. p. 421. Mem. de Trevoux 1718. p. 394. Europe Savante 1719. Avril. p. 177.*

Jo. Baptistæ Morini de vera cognitione DEI, ex solo Naturæ lumine per theoremata demonstrata. Paris. 1657. 12.

Josephi Raphson demonstratio de DEO, sive methodus ad cognitionem DEI naturalem brevis ac demonstrativa. Lond. 1710. 4. & Lipsiæ 1712. 8. *History of the works of the learned 1710. 4. & Acta Erud. 1712. p. 28. seq.* ubi nonnulla in eo notantur, sicut & à *D. Michaële Færtschio* τῷ μακαρίτῃ in nucleo controversiarum, & in *D. Heinrici Klausingii* diss. de DEO Raphsoniano, Witeberg. 1713.

Francisci Cuperi Amstelodamensis arcana Atheismi revelata, Philosophice & paradoxe refutata. Roterdam. 1676. 4. Suspecta non sine ratione videntur *Henrico Moro* T. 1. Opp. Philosophic. p. 596. seq. & B. *D. Jo. Wolfgango Jagero* in diss. de Cupero, Atheismum Spinosæ oppugnante, Tubing. 1710. 4.

L'Ateista convinto dalle sole ragioni, dell' *Abb. Philippo Maria Bonini*. Venet. 1665. 12.

Jac. Spenceri aut DEUS aut nihil. Lond. 8.

Alexandri Capelli Atheisme convaincu. Salmurii.

In *Joannis Lockii* libro Anglice,* Latine & Gallice etiam excuso, essay Philosophique, concernant l'entendement humain, licet notitiam DEI animis hominum formaliter congenitam negat, tamen facultatibus iis instructos esse probat, quibus si attendant, DEUM invenire certissime, & argumentis evidentibus de existentia & attributorum

Tt 3

* Prima Anglica editio Lond. 1690. fol. *Bibl. universelle T. 17. p. 399. vide & T. 8. p. 40.* quinta Lond. 1706. fol. *Bibl. choisie T. 12. p. 80.* Latina versio Lond. 1702. fol. *Acta Erud. 1702. p. 357.* Gallica (ex Anglica quarta) Petro Costeo interprete Amst. 1700. 4. *Nouvelles de la Rep. des lettres 1700. T. 2. p. 123.* Compendium illius operis Anglice scriptum à Joanne Wynne, & Gallice versum à Bosseto. *Bibl. ancienne & moderne T. 13. p. 225. & Nouvelles literaires T. X. p. 534.* Nonnulla in Lockio reprehendunt Leeus in antisccpticismo Lond. 1702. fol. *Memoires de Trevoux 1713. p. 231.* Auctor libri, an account of Mr. Locks religion. *History of the works of the learned 1700. p. 41.* Petrus Poiretus lib. de Concordia rationis & fidei, & in Operibus postumis p. 172. seq. Ed. Stillingfleet, Joannes Eduardus & alii. Vide etiam Novellas Reip. literariæ A. 1716. p. 764. seq.

Digitized by Google

butorum ejus veritate convincere se possint, qualia argumenta producit lib. IV. cap. 10. de la connoissance que nous avons de l'existence de DIEU.

L'incredule amené à la Religion par la Raison, en quelques entretiens, par *François Lamy*, Benedictin, de la Congregation de Maur. Paris 1710. 12. Nouv. rep. lettr. 1710. T. 2. p. 588.

CAPUT XI.

Pugnantes inter se & scopas dissolutas esse Atheorum hypotheses.

I.

DUæ sunt res, quibus Athei videntur posse adduci, ut sibi melius consulere se sperent irreligiositate sua, quam si pietatem colant: difficultatum quarumcunque, quas cultui Numinis objectant declinatio, deinde vitæ libido ac licentia, à qua religio eos poterat retitere aut revocare. In utrisque quam male rem gerant, ipsimet certissime sed sero plerumque experiuntur, operæ pretium itaque est illud etiam atque etiam considerari quoque ab aliis, quo magis animus ab errore pestilenti repellatur.

II. Quod ad difficultates attinet, bene ostensum à P. Joncourtio est in libro, * *Pensées utiles aux Chrétiens de tous états sur divers sujets importans de la Religion & de la Pieté*, edito Hagæ Comitis 1710. 8. Atheos ipsos in animo suo neutiquam ita certos ac persuasos esse, aut esse posse de sua *ἀθεότητι*, quam cæteri homines sunt, DEUM existere. Dum autem illis dubiis aut difficultatibus, quas Religioni obstare opinantur, ita putant simul semelque se expedire posse & omnes asperitates pervadere, si eam omnem repudient & DEUM negent, vicissim implicant se adstringuntque nodis longe difficilioribus & inextricabilibus plagis, quibus nunquam se valent exsolvere, & locis se objiciunt longe magis scopulosioribus. Agnito enim Conditore rerum Optimo maximo veluti solis quadam luce mirabili mens humana perfunditur, omni vita tenebræ dispelluntur, constat rebus ratio sua, in secundis gaudium, in dubiis spes & fiducia,

* Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1710. pag. 277.

& fiducia, ubique serenitas & certus amori, fidei, virtuti ac pietati locus: in naturali Philosophia, (ne de morali dicam, quæ sine DEO nulla fuerit,) sexcentis quæstionibus facile fit satis, si de Optimo, Sapientissimo, Potentissimo Auctore universi non dubites, innumera deteguntur & explicantur, & animum suavibus cogitationibus replent meditantem rerum origines, vel ortus animalium & hominis ipsius maxime, nec non mirantem illum in rebus tot & tantis ordinem, varietatem, artem, constantiam, decus, utilitates ex pugna concordi certatim mutuo provenientes. Qui vero DEUM tollunt, spissis & inexplicabilibus tenebris involvunt omnia, & barathro tristi atque horrido sese immergunt, rudem indigestamque molem offerunt Philosophiæ, vitæ autem faciem inducunt eam, præ qua belluinam ætatem auream appellaveris. Neque sibi ipsis constant Athei * aut non secum pugnant, in mali origine jactant se minus hærere, sed nec illam recte perspectam habent, qui peccatum negant: & bonorum, quæ in universo sunt innumerabilia, causam nullam possunt reddere: jam hæc etiam jam illa necesse est supponere eos precario & fingere, & quod est stultissimum casui & fortunæ tribuere, plasticisve particularum viribus admirandum, qui in universo cernitur ordinem: aut pro æterno venditare, quod ex rebus successionem & motum atque alterationem patientibus consistit: vel Spinosæ** alicui credere res dimicantes inter se & quas ipsi non intelligunt: non credere cœlo & terræ, quæ si vellent animum attendere, clara & felici luce radiare experirentur.

Brampton

* *D. Sebast. Niemanni* diss. de atheis eorumque sectis variis. Jen. 1668. *Jo. Henrici Foppii* de atheismo Philosophorum Gentilium celebrium dissertationes duæ. Brem. 1714. in primis vero *D. Radulphus Cudworthus* in laudato opere de vero intellectuali Systemate Universi.

** Fenelonius Archiep. Camerac. lettres concernant la Religion pag. 3. *Selon ce Philosophe, deux hommes, dont l'un dit oüi, & l'autre non: dont l'un se trompe, l'autre croit la vérité; dont l'un est un scelerat, & l'autre est un homme très-vertueux, ne sont qu'un même Etre indivisible. C'est ce que je défie tout homme sensé de croire jamais serieusement dans la pratique. La secte des Spinosistes est donc une secte de menteurs, & non de Philosophes. De plus, on ne peut connoitre une modification, qu'autant qu'on connoit déja la substance modifiée. Il faut connoitre un corps coloré, pour concevoir une couleur; un corps mobile, pour en concevoir le mouvement, &c. Il faut donc que Spinosa commence par nous donner une idée de cette substance infinie, qui accorde dans son être simple & indivisible les modifications les plus opposées, dont l'une est la négation de l'autre. Il faut qu'il trouve une multiplication infinie dans une parfaite unité. Il faut qu'il montre des variations & des bornes dans un être invariable & sans bornes. Voilà d'énormes contradictions.*

Brampton Gurdon in ſedecim ſermonibus, quos ex inſtituto Boyliano habuit ediditque Lond. 1723. 8. ſub titulo: The pretended difficulties in Natural or Revealed Religion, no excuſe for infidelity. *Mem. lit. de la grande Bretagne T. 15. p. 206. ſeqq.*

Jacobus Saurinus T. 3. ſermonum Gallice editorum, ſermone 7. *ſur les difficultez de la Religion Chretienne*, ad locum Apoſtoli 1. Cor. XIII, 9. ex parte cognoſcimus, p. 350. *Prendrez-vous la parti de ne croire rien? Conclurrez-vous de toutes ces difficultez, que le meilleur Syſtème eſt celui de n'en avoir point? Pyrrhonien opinâtre vous reſoudrez-vous à douter de tout? Mais eſt-ce là le Syſtème qui n'a point de difficultez? Quand vous vous ſerez accordez avec vous-mêmes, quand vous aurez concilié ce bizarre Syſtème avec les idées de votre Eſprit, avec le ſentiment de votre Cœur, & le dictamen de vos Conſciences, (ce que vous n'obtiendrez jamis) alors nous verrons ce que nous aurons à vous opoſer.*

III. Alterum eſt, quod Athei ſomniant ſe jucundiorem vitam poſſe ducere exemptos omni religione, nullis vinculis officiorum obligatos, nullius imperio obnoxios. Sed non in eo tantum fruſtra ſunt inprimis, quod putant ſe ideo impune ferre quicquid peccant, quoniam ipſi DEUM non agnoſcunt, perinde ac ſi perduellis ſperet propterea, quod Principem ſuum legitimum renuit agnoſcere, imperio ejus eximatur: Verum etiam in re ipſa omni vehementer & turpiſſime falluntur, nam ſi quis vitam eorum conſideret, (quid ſi corda eorum & intimos animorum receſſus luſtrare daretur?) profecto videat, quod univerſi obſequio & timori Numinis ſe volentes ſubtrahere, majoribus ſe timoribus exponunt, & in ſervitutem conjiciunt fœdiſſimam, ut pluribus demonſtrat Martinus Forherby in Atheomaſtige lib. 1. capite undecimo & ſq. Quid vero eſt, quod per religionem eis prohibetur, quid niſi infelicitati ſuæ frigidam ſuffundere, DEI hominumque in ſe provocare odia juſtamque indignationem ac pœnam? jubentur autem bonis ſuis parcere illaque ad ſuam veram utilitatem bene impendere, non indulgere libidini, non iræ, non injuſtitiæ, dominis haud dubie fœdiſſimis atque crudeliſſimis. Cæterorum omnium dat poteſtatem pietas, & quæ nobis Divina munificentia conceſſit, illis univerſis cum gratiarum actione uti & frui non modo permittit, ſed etiam ſvadet ac jubet: omnium denique liberaliter facit gratiam, quæcunque cum amore DEI non pugnant, & quæ amori proximi qualem ab ipſo viciſſim nobis promittimus, etiam conſcientia noſtra teſte non adverſantur.

Von

Von der Atheisten Moral und Republique (contra P. Bælii varia de cometis cogitata) Freywilliges Hebopffer, dritter Beytrag p. 282. seqq.

Jacobi Staalkopfii, Pastoris Ecclesiæ Wismariensis, diss. de Atheismi habitu ad vitam civilem. Gryphiswald. 1710. 4.

D. Gottlieb Samuelis Treuneri diss. de Oeconomia systematis moralis Atheorum, Helmst. 1718. 4. respondente Christiano Henrico Schillingio.

M. Jo. Georgii Abichtii de damno ab Atheismo in Republica. Lips. 1703. 4.

M. Jo. Michaëlis Hallwachsii diss. de atheo, de pœnis in atheum & de juramento athei, Jen. 1714. 4. respondente Joanne Martino Christelio, Augustano.

M. Gerhardi Hermanni Menckenii de juramento Athei. Lips. 1713. 4.

IV. Inter Plutarchi Opera moralia p. 164. legitur liber περὶ δεισιδαιμονίας sive *de superstitione*, quo disputat, Atheismum ipsum esse illa tolerabiliorem. Apud Lampriam de scriptis Plutarchi memoratur ejus περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον. Sed separanda sunt, tanquam alterius libri titulus, verba πρὸς Ἐπίκουρον. Præter Thomam Neogeorgum, cujus versionem in sua Plutarchi editione servavit H. Stephanus, & Gvil. Xylandum, cujus interpretatio in Græco-Latinis Philosophi editionibus occurrit, Latine hunc librum transtulit Joannes Checus, qui & ipse libellum de hoc argumento subjunxit, editum nuper ex MS. à Joanne Strype cum Checi vita * Anglice scripta Lond. 1705. 8. Gallice Plutarchi librum vertit Tanaquillus Faber, & cum notis ac dissertatione de Romuli vita vulgavit, Salmurii 1666. 12. Ex hoc libro Plutarchum in Atheismum propensiorem fuisse, nescio, an satis æque colligit Petrus Molinæus libro de DEI cognitione p. 81. seq. Sane Atheismum quemlibet ** in se superstitione quacunque meliorem esse, nemo sanus dixerit: neque hoc usquam facit Plutarchus, qui contrarium disertis verbis docet libro,

* Memoires literaires de la Grande Bretagne T. VII. p. 117.

** Jo. Bodinus Colloqu. Heptaplomere MS. libro V. *Superstitio quantacunque sit, quovis Atheismo tolerabilior est. Nam qui superstitione aliqua obligatur, hunc Numinis metus in officio quodammodo & Natura legibus continet, Atheum vero, qui nihil nisi testem metuit aut judicem, ad omnia scelera proclivi lapsu ruere* (modo lubeat) *oportet. Ac tametsi actionum humanarum præstantiam sapientissimus quisque non solum finibus ipsis metitur, verum etiam omnibus partibus & caussis, scilicet efficienti, forma, subjecto, fine: summam tamen ac præcipuam causam omnium actionum ipso fine dijudicat.*

quod non ſvaviter poſſit vivi ſecundum Epicurum, p. 1101. & 1104. Cum enim & ſuperſtitio & Atheiſmus ambæ res ſint peſſimæ & turpiſſimæ, & ſuperſtitionis præſertim ſint quodammodo innumerabiles gradus, ſaltem non fert Plutarchus eos, qui Atheiſmum faciunt *apologiam pro ſuperſtitione*, ἀπολόγημα δεισιδαιμονίας, ut loquitur libro de diſcrimine amici & adulatoris p. 66. quanquam idem ſuperſtitionem vocat, οὐδὲν ἔλαττον κακὸν ἀθεότητος, *malum non minus atheiſmo*, lib. de Iſide & Oſiride pag. 355. Dantur enim genera quædam ſuperſtitionis tam flagitioſa, ut in DEUM æque injuria ſint, quam Atheiſmus ipſe, & gravius bellum etiam indicant honeſtati, virtuti & ſocietati humanæ, non quam Atheiſmus univerſe ex principiis ſuis deducens conſecutiones omnes, malitiamque ſuam exſerens, ſed quam Atheiſmus nonnullorum hominum in ſola ſpeculatione falſiſſima acquieſcentium, & naturæ bonitate non admittentium errorem hunc in actiones integrum ſuas influere. Ita κακοπιςίαν χείρονα τῆς ἀπιςίας pronunciavit Epiphanius T. 2. p. 13. & Arnobius lib. V. p. 151. *rectius multo, Deos non credere quam tales*, adde lib. IV. pag. 148. & innumera hujus generis à Clariſſ. Bælio collecta fervido ſententiæ Plutarchi latius etiam acceptæ martyre in Cogitationibus de Cometis, earumque continuatione, & in Voluminibus quæſtionum provincialium. Non minus autem iniquum fuerit, & homine indignius etiam ſuperſtitione propterea uti ad excuſandum atheiſmum, illamque facere ἀπολόγημα ἀθεότητος, atque ex eo, quod ſuperſtitiones quædam turpiſſimæ dantur & exitioſiſſimæ, colligere tolerabilem eſſe atheiſmum, & non æque deteſtandum modis omnibus. Confer V. C. Joannem Barbeyracum ad Puſendorfium de jure Naturæ & Gentium lib. II. cap. 4. §. 2. Jo. Hermannum Elswich, τὸν μακαρίτην, in recentioribus de atheiſmo controverſiis §. XV. ſeq. Rev. D. Gottlieb Wernsdorfium in diſſ. utrum Magiſtratui Chriſtiano ſatius ſit, ſubditos ſuos reddere hypocritas an ſecuros & Epicureos. Witeb. 1715. Illuſtri autem Shaftsburio * quis accredat ſenſum æqui & juſti eundem eſſe naturaliter in hominibus, ſive DEUM agnoſcant & colant, ſive nullum eſſe autument? Quæ enim juſtitia ſine obligatione? quæ ſine DEO imperante humano generi poteſt eſſe obligatio? Utilitatis quidem ſenſum aliquem habere licet, ut videmus in belluis: ſed juſtum & æquum illis nullum eſſe poteſt, quos nullus legis metus retinet, quibus omnia ex præſentis utilitatis ſpecie exiguntur;

* Characteriſticks of men, manners, opinions, times, Lond. 1711. 8. T. 2. p. 45. ſeq. Acta Erud. T. V. ſupplem. p. 473.

Digitized by Google

tur; juſtitia igitur & æquitas non alia in his, quam ut ſibi quisque omnia tribuat, in alios autem quoslibet, qua poteſt, vi & injuria utatur, ſicuti *piſces usque minutos magnus comeſt, & aves enecat accipiter.* Ejuscemodi nimirum futuris ſine DEO, quales deſcribit Ovidius: *

- - homines, qui vix homines hoc nomine digni
Quamque lupi, ſævæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum
Victaque pugnaci jura ſub enſe jacent.

Libenter interim accipimus, quod ſenſum æqui & juſti in hominibus naturalem eſſe fatetur vir acerrimi ingenii. Hunc autem ſenſum contendimus arctiſſime cum ſenſu Numinis conjunctum eſſe & eodem niti, cum eo ſtare & cadere, nec tantum ut ipſimet inficiari nequit, foveri religione & egregie fulciri augerique, ſed ſine illa ne conſiſtere quidem poſſe. Igitur & atheiſmus non tolerabilior qualibet ſuperſtitione eſt: quantum autem in ipſo, deterior multis modis. Quamobrem præclare ſcriptor Anglus, Richardus Steele an alius, qui editis ſub Spectatoris titulo diſſertationibus moralibus magnam ingenii laudem tulit Tom. V. verſionis Gallicæ p. 32. ubi reprehendit eos, qui ne hypocritæ videantur, etiam contemtum religionis præ ſe ferre, quando cum aliis verſantur, ſtolide non dubitant. *Quoi qu'on ne puiſſe jamais trop deteſter l'hypocriſie, il me ſemble qu'on doit la preferer à l'Impieté ouverte. Elles ſont toutes deux égalemeut dangereuſes pour celui qui s'y abandonne; mais à l'egard des autres l'hypocriſie n'eſt pas ſi pernicieuſe que l'irreligion demaſquée. Le juſte milieu qu'on doit prendre eſt d'être vertueux de bonne foi, & de laiſſer voir au monde que nous le ſomnes.*

Atheiſmum neutiquam meliorem aut tolerabiliorem eſſe ſuperſtitione, adverſus Bælium *T. 2. continuat. cogitatorum de Cometis*, probat Jacobus Bernhardus Nouv. rep. lettr. A. 1705. p. 289. ſeqq. & A. 1707. p. 8. ſeqq. 139. ſeqq. 258. ſeqq. 406. ſeqq. 532. ſeqq. 636. ſeqq. contra tomum quartum libri Bæliani *reponſe aux queſtions d'un Provincial.*

D. Jo. Georgii Pritii, Senioris hodie Francof. diſſ. de atheiſmo in ſe fœdo & humano generi noxio. Lipſ. 1695. 4.

B. *D. Zachariæ Grapii*, Theologi Roſtoch. diſſ. an atheiſmus neceſſario ducat ad corruptionem morum. Roſtoch. 1697. 4.

D. Abrahami Hinckelmanni, τῦ μακαρίτυ, diſſ. de Atheiſmo, & programma ad certamen Oratorium de ſcelere maximo Atheiſmo. Stendaliæ 1673. 4.

* Lib. V. Triſtium elegia 8.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Scriptores adversus Atheos.

I.

NUllum equidem novi sive antiquius sive validius opus adversus Atheos eorumque impietatem, quam sacras litteras attento, & veritatis cupido animo lectas: licet enim quis nondum de veritate earum persvasus, sed de omnibus dubitans accedat, tamen vel in summa simplicitate tradi tam sublimia mirabitur: cum certi securitate expositas res tam magnas, tam cohærentes inter se, tam rebus universis & conditioni interiori hominis congruentes reperire se gaudebit: tam mirandos eventus teste orbe terrarum gestos ac religioni suffragantes, non poterit negare: vaticinationes impletas, miracula edita stupebit etiam, bonitate Majestatis Numinis amore dignissimi Mundum temperantis, quam omnes sacri scriptores uno ore unice prædicant, & cui vita tota perhibet testimonium, delectabitur: ut nisi Gratiæ Divinæ per Verbum operanti restiterit, sit assensum præbiturus. Constitui autem hoc in capite veluti per satiram lancem referre alia quædam scripta à viris doctis sive de Atheis sive adversus Atheos in lucem edita, quorum in superioribus capitibus necdum memini, atque præcipuis & doctius elaborantis quibusdam etiam adjungere alia, quæ levioris momenti possint videri, tamen pro captu diverso lectorum etiam usum aliquem præbere valeant. Ordinem initio juvat observare temporis, quo sunt publici juris facta, deinde nonnulla memorare ut calamo se meo obtulerunt.

A. 1562. In *Gilberti Cagnati* operibus, Basileæ in fol. junctim editis exstat lucubratio adversus Atheos in Psalmum XIV. & LIV. Tom. 2. p. 89—216.

1598. *Guilelmi ab Assonlevilla*, Domini de Bouchault, Atheomastix, adversus hostes religionis universos, Atheos maxime. Antwerp. 8.

1626. les deux veritez de *Silhon*, l'une de Dieu & de sa Providence, discours IX. l'autre de l'immortalité de l'Ame, discours VIII. à Paris 1626. 8.

1627. *Philippus Faber*, Faventinus, Ord. Minor. adversus Atheos. Venetiis 1627. 4.

1627. *Tho.*

1631. *Thomæ Campanellæ* Atheiſmus triumphatus, Rom. 1631. fol. & Pariſ. 1636. 4. ubi tractatus de Gentiliſmo (Ariſtotelis) non retinendo ſubjicitur. Non aſſentior iis, qui Atheiſmi Patronis Campanellam * ob hoc opus accenſent. Etſi enim ingenio & ſciendi cupiditate luxuriatur & peccat quandoque, tamen ubique in eo reperio Zelum & adverſus impietatem odium, quod etiam luculenter teſtatus eſt ſuis ad Gaſſendum Epiſtolis, ** tum paſſim apud eum reperio argumena contra illam acutiora, ſolidiores reſponſiones, obſervationes ingenioſiores quam in multis aliis. Titulum Campanella de libris propriis c. 4. teſtatur libro impoſitum non à ſe, ſed à Paulo V. Pontifice, *quem ego,* inquit, *vocarem Recognitio Religionis ſecundum omnes ſcientias, contra anti-Chriſtianiſmum Machiavelliſticum.*

1652. *Waltheri Charleton* darkneſs of Atheiſm, expelled by the light of the Nature. Lond. 1652. 4.

1654. *Gvil. Towers* Atheiſmus vapulans. Lond. 1654. 8. Anglice.

1661. *Davidis Derodon* diſſ. de exiſtentia DEI. Genev. 1661. 4.

1662. *Theophili Groſgebaueri,* Eccleſiaſtæ Roſtochienſis, 8. Jul. A. 1661. ætatis 34. extincti, Præſervatio wider die Peſt der heutigen Atheiſten. Erfurt. 8. recuſ. Roſtoch. 1667. & cum aliis ejus ſcriptis Francof. 1682. 8. & noviſſime Lipſ. 1709. 8. De præclaro hoc viro, pii Zeli laude, qui in ſcriptis ejus ardet, clariſſimo, vide Rev. D. Georg. Henr. Gœzii memorias Theologorum T. 2. p. 285. Unpartheyiſchen Bibliothecarium p. 52. ſeq.

1665. *Samuelis Parkeri* † Tentamina Phyſico-Theologica de DEO, ſive Theologia ſcholaſtica ad normam novæ & reformatæ Philoſophiæ concinnata, & duobus libris comprehenſa, quorum altero de DEI exiſtentia adverſus Atheos & Epicureos ex ipſis ipſorum

Uu 3 Principiis

* Campanellam de libris propriis recudi fecit Thomas Crenius V. C. T. 2. Methodorum & Conſiliorum de ſtudiis inſtituendis Lugd. Bat. 1696. 4. Obiit Campanella Pariſ. 1639. De ejus vita & Philoſophia videndus Rev. D. Salomo Erneſtus Cypriani, Amſt. 1705. 8. De ſcriptis præter Allatii apes urbanas p. 241. & Nicolaum Toppi in Bibl. Neapolitana p. 293. & Leonardum Nicodemum ad illam additionibus pag. 234. noviſſimæ Bibl. Dominicanorum auctores T. 2. p. 505. ſeq. Dignus etiam lectu Gabrielis Naudæi Panegyricus A. 1632. dictus Urbano VIII. ob liberatum ab eodem è tetro 26. annorum carcere Campanellam. Pariſ. 1644. 8.

** Bibl. Dominican. Jacobi Qverif & Jacobi Echard T. 2. p. 515.

† Giornale de' letterati di Roma A. 1674. p. 65. ſeq.

Digitized by Google

Principiis diſputatur: altero de ejusdem eſſentia & attributis primis ſecundum Theologiam Ethnicam, ubi explicatur, quantum hactenus alii in Gentilium ſententiis de Summi Numinis Natura eruendis hallucinati fuerint: deinde ſecundum Theologiam Chriſtianam, & quid de Divina Eſſentia ac attributis ſtatuendum ſit, diſſeritur, quibus poſtremo accedit ſpecialis diſſertatio de primo Numinis attributo, æternitate. Londini 4. De ejusdem Parkeri, viri docti Cogitationibus de DEO dixi p. 289.

1672. *D. Chriſtophori Franckii*, Theologi meritiſſimi Kilonienſis, Atheus convictus. Kil. 1672. 4.

1672. B. D. *Joannis Mulleri* noſtri Atheiſmus devictus, oder ausführlicher Bericht von Atheiſten, GOttes-Verächtern, Schrifft-Schändern, Religions-Schändern, Epicurern, Kirchen- und Prediger-Feinden, Gewiſſens-loſen, Eyd-brüchigen Leuten und Verfolgern der rechtgläubigen Chriſten, mit gründlicher Widerlegung ihrer erſchrecklichen und verdammlichen Irthümer. Hamburg. 4. Recuſum eſt hoc opus ibid. 1685. 4.

1672. The atheiſt ſilenced by *J. M.* Lond. 1672. 8.

1672. D. *Jo. Laſſenii*, τȣ̃ μακαρίτȣ, Arcana Politico-Atheiſtica, oder poliſche Geheimniſſe vieler hin und wieder heutiges Tages einreiſſenden unartigen Atheiſten, in einigen Geſprächen entdecket und entworffen. 1672. & 1696. in 12. Arcanis illis præfixum licet reperire aliorum egregii illius Viri ſcriptorum Catalogum, quem una cum vitæ deſcriptione dabit etiam B. D. Henricus Pippingius in Memoriis Theologorum p. 427. Obiit Laſſenius Hafniæ 29. Auguſt. A. 1692.

1673. Ejusdem Beſiegte Atheiſterey, darinn aus heiliger Schrifft behauptet, auch theils aus der Natur und geſunden Vernunfft erwieſen wird, daß die heilige Schrifft GOttes Wort, warhafftig ein GOtt, die Seele der Menſchen unſterblich, eine allgemeine Auferſtehung der Todten zu hoffen, Teufel, Geſpenſter, Himmel, Höll, ein Gewiſſen und ewiges Leben ſey: Mit gründlicher Beantwortung der gegenſeitigen Einreden, ſamt unterſchiedlichen Anmerckungen, und einem Anhang vieler hierzu dienenden Fragen und Antworten, auch einigen Sinnbildern. Coppenhagen & Hamb. 1673. 1693. 8.

1673. *John Smith* in opere poſtumo edito Cantabrigiæ in 4. ſelect. diſcourſes, treating of the true way or method of attaining to Divine Knowledge. 2. of Superſtition. 3. of Atheiſm. 4. of the

the immortality of the Soul. 5. of the existence and nature of God. 6. of Prophesie. 7. of the difference between the Legal and the Evangelical righteousness, the old and the new Covenant. 8. of the shortness and vanity of a Pharisaick righteousness. 9. of the excellency and nobleness of true Religion. 10. of à Christians conflicts with, and conquests over, Satan.

1676. L'Athée convaincu par *Frid. Spanheim.* Lugd. Bat. 1676. 8. & Belgice Amst. 1677. 8. Homiliæ quatuor in Psalm. XIV, 1.

1676. *Cornelii ab Hogelande* Cogitationes, quibus DEI existentia, item animæ spiritalitas & possibilis cum corpore unio demonstratur, nec non brevis historia œconomiæ corporis animalis proponitur, atque mechanice explicatur, subjuncto tractatu de prædestinatione. Lugd. Bat. 1676. 12.

1677. *Valentini Greissingii,* Corona Transsylvani, Exercitationes duæ de Atheismo contra Cartesium & Matthiam Knutzen. Witeb. 1677. 4.

1677. *Tobiæ Wagneri* examen elenchticum atheismi speculativi. Tubing. 1677. 8. Laudati D. Joannis Mulleri vestigiis libenter insistit.

1677. *D. Kiliani Rudrauf,* Theologi Giessensis diss. de atheismo.

1678. *Francisci Ridderi* Theologisch, Philosophisch en Historisch procefs voor God, tegen allerley Atheisten. Roterdam 8. duobus Voluminibus. Belgice.

1679. Londini in fol. prodiere *Henrici Mori,* Cantabrigiensis, acutissimi Viri, Opera Philosophica, in quorum tomo I. Atheis opposita sunt 1) Enchiridion Metaphysicum sive de rebus incorporeis succincta & luculenta dissertatio p. 133. 2) Confutatio fundamentorum Philosophiæ sive Cabbalæ Aeto-pædo-Melissææ, quæ omnem Creationem proprie dictam negat, p. 523. 3) Confutatio tractatus Theologico Politici p. 565. 4) Confutatio duarum propositionum fundamentalium Spinosæ, ad substantiam quatenus substantia est, necessariam existentiam pertinere, & unicam in mundo substantiam esse. p. 615. 5) Dialogi Divini de attributis & Providentia DEI. p. 643. Tomo II. occurrit antidotus adversus Atheismum statim sub init. & immortalitas animæ, quatenus ex cognitione Naturæ Rationisque Lumine est demonstrabilis. p. 291.

1680. *D.*

Digitized by Google

1680. *D. Augusti Varenii* remedium therapevticum atheologiæ. Rostoch. 1680. 4.

1681. L'impieté convaincue en deux traitez, dont le premier établit clairement l'existence de Dieu comme la premiere & la plus certaine de toutes les veritez: & le second contient la defense de l'Ecriture sainte, par l'entiere refutation du livre impie de Spinosa, nommé traitté Theologique Politique. Par *Pierre Yvon*, à Amsterdam 1681. 8. Acta Erud. 1684. p. 410.

1683. *Michaëlis Cobabi* atheus proprio gladio jugulatus, ad Sap. III, 18-21. Rostoch. 1683. respondente *Ephraim Fratorio.*

1684. *Anonymi* quatre dialogues sur l'immortalité de l'ame, sur l'existence de Dieu, sur la Providence & sur la Religion. Paris. 1684. 12.

1687. *Johannis Spiesmachers*, Hamburgensis, de modo atheos speculativos convincendi diss. Academica. Lips. 1687. 4.

1689. *Theodori Undereyck*, Ecclesiastæ Bremensis, Närrischer Atheist, in zwey Theilen, 1) als ein solcher, der da wissentlich mit Willen und vorsetzlich ihm selbst und andern die Gedancken, welche sie von GOTT haben, nehmen will. 2) Als ein solcher, der da unwissend und ungemerckt, auch wohl unter dem Schein des Christenthums ohne GOTT in der Welt lebet. Brem. 1689. 8. De vita & obitu auctoris, qui ex hac vita discessit A. 1693. vide sis Jo. Henrici Reitzii Historie der Wiedergebohrnen III. p. 118. seq.

1691. *Jo. Laurentii Lucchesinii*, S. I. demonstrata impiorum insania. Rom. 1691. 4. Journal des Savans A. 1691. p. 392.

1693. A conference between an Atheist and his friend. Lond.

1694. *Jo. Goodmann* winterevening conference between neighbours. Lond. 1694. 8. sexta editio. Vide Acta Erud. Tom. 3. supplementi p. 48.

1696. The unreasonableness of Atheism, made manifest by *Charles Wolseley*, Baronet. Lond. 1696. 8. An Atheists catechism. id. p. 197--199. Hunc Wolseleyi librum ex Anglico versum Latine prælis submittere eique dissertationem de Atheismo nostrorum temporum subjicere constituerat An. 1673. B. noster D. Abraham Hinckelmannus. Vide D. Burchardi Gotthelf Struvii acta litteraria T. I. fasciculo VII. p. 72. Germanice prodiit Francofurti 1696. 8. subjecto *Joannis Tillotsoni* sermone contra Atheos, Gründlicher Beweiß wider die Atheisten und Frey-Geister.

1696. A discourse concerning Natural and Revealed Religion by *Stephen Nye*, Lond. 1697. 8. parte prima: & in responsione ad amici Epistolam p. 221. seqq.

1696. Pansophia, oder Grund aller Weisheit in Erkenntniß GOttes vermittelst der Vernunfft-Kräfte, durch *W. H. von Luttichau.* Berolin. 1696. 8. Journal de Berlin. 1696. p. 397.

1697. Certainty and necessity of Religion in general, or the first grounds and principles of humane duty established, by *Francis Gastrel*, Lond. 1697. 1703. 8. & Germanice Norimb. 1714. 8. & ex alia versione meliore Joannis Joachimi Arends, Lipsiæ 1716. 8. *Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1700. p. 389.* Unschuldige Nachrichten *A. 1714. p. 157. 159.* Deutsche *Acta Erud. XLI. T. 4 p. 443.*

1697. Qvatre dissertations * sur l'existence de DIEU, ou l'on demontre cette verité 1) par l'histoire universelle de la premiere antiquité du Monde. 2) Par la refutation du Systeme d'Epicure & de Spinosa. 3) Par les caracteres de Divinité qui se remarquent dans la Religion des Juifs, & 4) dans l'établissement du Christianisme avec des preuves convaincantes de la Revelation des livres sacrez: par *Isaac Jaquelot.* à la Haye 1697. 4. Obiit Jaquelotus, vir egregius, Berolini 1708. ætat. 61. *Hist. des Ouvrages des Sav. 1708. p. 528.*

1701. *Gvilelmi Scot* XII. discourses, concerning the wisdom and Goodness of God. Lond. 1701. 8. *Acta Eruditor. T. VI. supplementi p. 140.*

1702. Confutation of Atheism. Lond. 8.

1703. *D. Philippi Jacobi Speneri,* τȣ͂ μακαρίτȣ, genuinum de Athei conversione judicium, ex responsis ejus Theologicis part. 1. cap. 1. sect. 11. & 12. Latine ex Germanico versum & separatim editum à D. Joachimo Langio, Halæ Sax. 1703. 4.

1704. An Antidote of Atheism in several discourses of God, Providence. Lond. 1704. 4.

1704. *David Braun* in meditationibus selectis de sublimi hominis scientia. Gedani 1704. 8. *Nouvell. della Rep. des lettres 1705.* T. 2. p. 656.

1705. *Ruardi ab Andala* diss. Philosophica, qua existentia DEI non modo à posteriori sed & à priori per ipsam ejus naturam demonstratur. Franequ. 1705. 4.

Xx 1705.

* Journal de Berlin A. 1696. p. 507. Histoire des ouvrages des Sav. A. 1696. p. 16. Acta Erud. A. 1697. p. 165. Lettres de Mr. Bayle p. 521.

Digitized by Google

1705. *Eduard Pelling*, discourse concerning the existence of God· Lond. 8.

1706. *Bernardus Lamy*, Congregat. Oratorii Presbyter, in libro, quem inscripsit, les premiers elemens des Sciences, Paris. 1706. 12. Acta Erud. 1708. p. 62. seq.

1706. A confutation of the reason and Philosophy of Atheism, being an abridgment or an improvement of Dr. Cudworth, by *Thomas Wilse*. Lond. 1706. 4. duobus Voluminibus. History of the works of the learned 1705. p. 693. 733. De opere ipso *Cudworthi* præstantissimo dixi p. 302. seq.

1706. A preservative against Atheism and Infidelity, proving the fundamental principles of Natural Religion, and the necessity and certainty of Revealed Religion, with an introduction shewing the causes, pernicious effects and cure of Infidelity. Lond. 1706. 8. *History of the works of the learned A. 1707, pag. 190.*

1707. Preservatif contre l'irreligion, ou demonstrations des veritez fundamentales de la Religion, sçavoir l'existence d'un Dieu, la Providence & l'immortalité de l'ame: avec une preface, ou l'on fait voir les principaux motifs de l'incredulité, ses pernicieux effets & les moyens d'en empécher le progres. Par *Mr. de la Touche Besnier*. a la Haye 1707. 12.

1708. *Conradi Schwartz*, Professoris Coburgensis, demonstrationes DEI, quem ratio docet & Scriptura Sacra. Lips. 1708. 8.

1709. *Folcberi Morini*, Calmariensis, ἀθεομάστιξ, dissertatione Philosophica, præside *Joanne Upmark*, habita Upsaliæ 1709. 8.

1711. *D. Gottlob Frid. Seeligmanni*, ἐμακαρίτυ, contra Atheos dissertatio XXI. & XXII. inter junctim editas a genero B. D. Henrico Pippingio, Dresdæ, 8.

1713. *Jo. Ulrici Fromanni*, Theologi Tubingensis, qui A. 1715. æt. 44. diem obiit, Atheus stultus, sive de stultitia Atheismi, dissertationes VI. in Psalm. XIV, 1. Tubing. 4. Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen A. 1716. p. 1254.

1714. *Jac. Laufferi*, Bernensis, Atheus amens. Amst. 8.

1714. *Jo. Danielis Kiesling* an primus in orbe DEUM fecerit timor. Lips. 1714. 4. diss. Academica.

1715. *Le-*

1715. *Legeri*, Theologi Genevenſis, diſſ. de DEO. Genev.

1715. *Jo. Chriſtoph Riedels* aus dem groſſen Buche der Natur gefundene Grundfeſte der Lehre, daß ein wahrer GOtt, und die Schrifft ſowohl Altes als Neues Teſtaments GOttes Wort ſey. Lipſ. 1715. 12.

1715. Der überwundene Atheiſt, oder Behauptung, daß ein GOtt ſey, und daß die Chriſtliche Religion Grund habe: nebſt dem Leben eines Atheiſtiſchen Engelländers, herausgegeben von J. P. Lipſiæ 12.

1716. *Jo. Baptiſtæ Conti*, S. I. i tre paſſi, co i quali un uomo mal uſando ſuo ingegno va nel profundo della perdizione, o vero tre diſcorſi par modo di dialogi, affinche *qui ſe exiſtimat ſtare videat, ne cadat*, 1. Cor. X, 12. Venet. 1716. 12. Primus dialogus eſt contra atomos Democriti. Secundus probat animorum immortalitatem. Tertius exiſtentiam Numinis.

1716. *Georgii Gengell*, S. I. everſio Atheiſmi. Brunsbergæ, 8. Unſchuldige Nachrichten 1716. p. 841.

1716. *Sigismundi Beermanni*, Paſtoris ad SS. Trinitat. ædem Guelpherbytani, impietas Atheiſtica ſcoptico ſceptica detecta & confutata, cum præf. B. D. Adami Rechenbergii. Lipſ. 8. *Vide Acta Eruditor. edita Germanice, parte XLVI. p. 719. ſeqq.* Unſchuldige Nachrichten von Alten und Neuen A. 1717. p. 286.

1717. Reflexions de *Mr. Hervé* ſur differentes matieres de Religion. Paris 1717. 12. Unſchuldige Nachrichten A. 1717. p. 152.

1717. Demonſtratio DEI & immortalitatis animæ humanæ in *Jo. Jacobi Syrbii* V. C. inſtitutione Philoſophiæ Moralis Eclecticæ c. 13. Jen. 1717. 8. pag. 231. ſeq.

1717. *Jac. Wilhelmi Feuerlini* exiſtentia DEI, veritas demonſtrabilis. Altdorfii 1717. 4.

1717. Gründlicher erweiß, daß ein GOtt ſey. Im Freywilligen Hebopffer dritten Beytrag p. 325. ſeq. und XXXſten Beytrag pag. 774. ſeqq. Argumentatur à contingentia exiſtentiæ noſtræ & præſentis mundi, ad neceſſitatem cauſæ atque opificis. Vide etiam Deutſche Acta Erud. 64. T. 6. p. 300. 302. Thomæ Watſons Ubung der Gottſeligkeit p. 58. ſeq.

1718. *Cajetanus Manfredus Panapyſtus* in elementis Sapientiæ libro ſecundo. Rom. 1718. 8. Vide Acta Erud. Tom. 7. ſupplementi pag. 279.

Digitized by Google

1719. Lettere postume di Comte *Lorenzo Magalotti* contro gli Atei. Rom. 1719. Giornale de' letterati d'Italia T. 13. p. 138. Nouvell. de la Rep. lettr. 1710. p. 515.

1723. An essay in the Socratick way of Dialogve, or the existence of a Divine being, in imitation of Tully's Tusculan questions, with notes, by *Roger Davies*. Lond. 1723. 8.

* * *

Joannis Bertlingii de naturali cognitione DEI disp. Philosophica, Groning. 1690. 4. Resp. Wilhelmo Spandaw, Slusa Flandro.

Jacobi Wittichii, Prof. Mathes. in Academia Duisburgensi, diss. Philosophica de Natura DEI, contra Spinosam, Duisburg. 1711. Resp. Gerhardo Nic. Brouwer, Medioburgo Zeelando, & cum abstersione calumniarum contra Anton. Driessenium, 1718. 4. & cum D. Jo. Francisci Buddei Epistola, & censura Facultat. Theolog. Jenensis. Jen. 1720. 4. Adde Bibl. Bremens. T. 1. p. 550. seq. & 939. seq.

Ejusd. De essentia & existentia DEI, Lugd. Bat. 1718. Resp. Joanne van den Honert, T. H. fil.

Difficultas maxima orta ex concatenationibus idearum, quas V. C. Jac. Wittichius concinnavit in disp. sua de Natura DEI, cui difficultati satisfacere, nec non simul axioma Spinosisticum primarium, *res, quæ inter se nihil commune habent, una alterius causa esse nequit*, penitus subvertere voluit *G. van Eiwyck*, J. U. D. Lugd. Bat. 1719. 4.

Antonii Driessen dissertatio C. V. Jac. Wittichii disp. de Natura DEI opposita, qua difficultates adversus disp. motæ vindicantur & urgentur. Porro adseritur DEI potentia, qua materiam produxit ex nihilo, atque omnimoda falsitas axiomatis Spinosistici ostenditur. Præmittitur repræsentationis Honertianæ excussio, in alloquio ad lectorem orthodoxum. Grœning. 1718. 4.

Ejusd. Alloquium alterum ad lectorem orthodoxum, adversus repræsentationem Cl. Honerti alteram. ibid. 4.

Ejusd. Epistola ad D. T. H. van den Honert, Theologum Leidensem, qua petitur solutio quarundam difficultatum motarum adversus Jac. Wittichii diss. de natura DEI, nec non animadversiones in Wittichii responsiones, ad scrupulos quosdam ipsi propositos. Groningæ 1718. 4.

Ejusd. Responsionum Wittichianarum refutatio dissertationi nuper emissæ annectenda. Præmittitur alloquium ad ipsum Wittichium. Groningæ 1718. 4.

Ejusd. Alloquium ad Ecclesiam Belgicam, in brevi tabella disputationem Wittichii de natura DEI exhibens, & paragraphorum singulorum mentem indicans. Groningæ 1718. 4.

Vindicatio nominis atque orthodoxiæ Wittichianæ à calumniis atque injuriis Driessianis ex ipsa Clariss. Wittichii disp. de natura DEI eruta, atque ex ejus responsionibus confirmata. Auctore *Gr. V.* Præfatiunculam præfixit *Taco Hajo van den Honert*, SS. Theol. D. & Prof. Leidensis. Lugd. Bat. 1718. 4.

Antonii Driessen Responsio ad vindicationem Gr. V. Groningæ 1718. 4.

In *Symboli* Apostolici articulum primum *Isaacus Barrow, Joannes Pearsonius, Hermannus Witsius.* &c.

Scholastici in S. Thomæ part. 1. quæst. 2. sq. & in Lombardum lib. 1. dist. 3.

Locorum communium & Systematum dogmatumque Theologicorum Scriptores, ut

D. Christianus Chemnitius, Leonhardus Hutterus, Jo. Gerhardus, Abraham Calovius, Jo. Andreas Quenstadius, &c.

Dionysius Petavius, Aug. Oregius de DEO. Rom. 1630. 4.

Lud. Thomasinus, Tomo 2. *Natalis Alex.* &c.

Conradus Vorstius libro de DEO.

Benedictus Pictetus, Franciscus Turretinus, &c.

Bartholdus Holtzfus tractatu Theologico de DEO, attributis & decretis Divinis. Francof. ad Viadrum 1707. 4. Nouv. rep. lettr. 1708. p. 201.

Simon Episcopius, Steph. Curcellæus, Philippus à Limborch,

Petrus Poiret in Oeconomia Divina, Gallice Amst. 1687. 12. septem Voluminibus, & Latine Lipf. 1705. 4. duobus Voluminibus edita. Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1687. p. 666.

* * *

1561. *Francisci Borla,* alias *Agverra,* Hispani antiatheon, quo adversus atheos & impios rationibus Physicis probatur DEUM unum esse, æternum, omnipotentem, plenissimum misericordiæ & bonitatis infinitæ, nostrique sollicitum. Tolosæ 1561. 4.

1564. *Caroli de Bourgeville* Atheomachie. Paris. 1564. 4.

1581. *Baruchi Canephii* Atheomachie, ou refutation des erreurs & impietez des Atheistes, Libertins &c. Genev. 1581.

1623. *Marius Mersennus* commentario ad sex prima Geneseos capita ad cap. I, 1. Paris. 1623. fol. & in libro sine nomine edito, ibid. 1630. 8.

Digitized by Google

questions rares & curieux Theologiques, naturelles, morales, politiques, cujus auctorem se prodit p. 112. 146.

1648. *Gisbertus Voëtius* in dispp. de Atheismo, Tom. 1. dispp. selectar. p. 114. seq. Ultrajecti 1648. 4.

1663. *Theophili Spizelii*, Theologi Augustani, scrutinium Atheismi historico Thelogicum. Augustæ Vindel. 1663. 8.

Ejusdem Epistola ad Henricum Meibomium, de Atheismi radice. ibid. 1666. 8.

Ejusdem ad *Antonium Reiserum* de Atheismo eradicando. ib. 1669. 8.

D. Seb. Niemanni Atheus refutatus & ad veram religionem conversus: discursus Academicus de Atheis eorumque sectis variis, dissert. habita Jenæ 1668. Respondente *Christoph. Joachimo Jano.*

1669. *Antonii Reiseri*, Theologi & Pastoris postea Ecclesiæ Hamb. de origine, progressu & incremento Atheismi, ad Spizelium. ibid. 1669. 8.

1679. *Josua Bonbome* arraignement & conviction of Atheism. Lond. 1679. 8.

1689. B. *D. Augusti Pfeiferi* invitatio ad lectiones privatas atheisticas & recensus methodicus controversiarum, quæ nobis cum Atheis & Scepticis uti & Infidelibus & Hæreticis, quatenus illis suppetiantur, per universum Theologiæ Systema intercedunt. Lipsiæ, 8.

1694. *D. Ioannis Weissenborn* delineatio Atheismi & Enthusiasmi potissimorum hodie Ecclesiæ corruptorum. Jen. 1694. 4.

1696. *M. Henrici Tietzmanni* atheismi inculpati monstrum. Witeb. 1696. diss. Academica.

1697. *Immanuelis Weberi* Beurtheilung der Atheisterey, wie auch derer mehresten deshalben berüchtigten Schrifften. Francof. 1697. 8.

1698. *Ioannis Edwards* some thoughts concerning the several causes and occasions of Atheism, especially in the present age. London, 1698. 8.

1699. *A. B.* mystery of Atheism, or the devices to propagate it. Lond. 8.

1708. *D. Val. Ernesti Læscheri* prænotiones Theologicæ contra Naturalistarum & Fanaticorum omne genus, Atheos, Deistas, Indifferentistas, antiscripturarios crassos & subtiles custodiendæ. Witteb. 1708. 4.

1708. B. D. *Adami Rechenbergii*, Theologi Lipsiensis, fundamenta veræ Religionis Prudentum, adversus Atheos, Deistas & profanos homines asserta & vindicata. Lipf. 1708. 12. *Acta Erudit. 1709. p. 87.*

1709.

1709. Atheismus fanaticismi, sive Jac. Bœhmii Naturalismus & Spinosismus, auctore *Gustavo Herweeh*, Wermelandia Sveco. Lips.1709. 4. Confer B. *D. Abrahami Hinckelmanni* detectionem fundamenti Bohemiani, oder daß GOtt nicht die Materie des Wesens aller Dinge sey. Hamb. 1693. 4. Ejusdem XL. Fragen, betreffend die Lehre Jac. Böhmens. ibid. 1693. 4. & B. *Ioannis Winckleri* Epistolam apologeticam contra Bœhmistæ cujusdam responsiones editam, Sendschreiben, betreffend einige Anmerckungen uber die viertzig Sätze. Hamburg, 1693. 4.

1711. *Maturini Veissierii la Croze* entretiens sur divers sujets de literature, de Religion & de Critique, à Cologne (Amst. 1711. 12.) dissertation sur l'Atheisme & les Athées modernes, pag. 250. seq. Anglice Lond. 1712. additis tribus scriptis de Muhamedismo. Bibl. Angloise T. 9. p. 77. seq.

1711. *Tobiæ Letteri* de causis præcipuis Atheismum gignentibus. Lips. 1711. diss. Academica.

1712. *Ernesti Musbard,* Ecclesiastæ Hamb. discours von der weit ausgebreiteten Atheisterey, nebst L. Henr. Hinzens Leben. Hamb. 1712. 4.

1713. Historia Atheismi breviter delineata à *Ienkino Thomasio*, Cambro Britanno, cui accedit Latina versio Samuelis Clark contra Atheos (de quo supra p. 325.) cum præfatione V. C. Christiani Gottlieb Schwartzii. Altdorf. 1713. 8. Idem liber recognitus ab Jenkino prodiit Londini 1717. 8. hoc titulo: Dissertatio historico Philosophica de Atheismo, sive historia Atheismi, in qua scriptores vetusti & recentiores impietatis falso postulati liberantur à turpi Atheismi stigmate, alii vero, qui de supremo Numine sentire videntur minus recte, corripiuntur merito. Adde Acta Erudit. 1717. p. 402.

Iacobi Frid. Reimmanni, Superintendentis Hildesheimensis, paradoxa de Atheis, ex ejus lexico paradoxologico. Bibl. Bremens. Historico Philologico Theol. T. VI. p. 796--807.

1716. *D. Io. Francisci Buddei* Theses Theologicæ de Atheismo & superstitione, variis observationibus illustratæ. Jen. 1716. 8. & Germanice 1717. 8. *Acta Erud. Latina 1716.* p. 549. *& Germanica XLV.* T. 4. p. 643. Unschuldige Nachrichten 1716. p. 887. *Iournal des Savans 1717.* p. 316.

1716. B.

1716. B. *Io. Hermanni von Elswich* Controversiæ de Atheismo recentiores. Witteb. 1716. 4.

1720. *Io. Iacobi Syrbii* diss. de Atheismi origine, Jen. 1720. Respondente *Ioanne Georgio Stædelen*, Augustano.

Stephani Ezekii prima veritas defensa.

Francisci Gacon satire contre les Athées. Adde ejus præf. ad Anacreontem p. LII.

Le Spectateur, T. 2. p. 350. 353. seq. &c.

Contra Atheos carmen *Roberti Gould* inter ejus opera Anglice edita Lond. 1709. 8. *Nouv. Rep. lettr. 1709. II. p. 586.*

Rich. Blackmore, Essays upon several subjects Lond. 1717. 8. T. 1. diss. de lege naturali & T. 2. contra Atheos. *Bibl. Angloise T. 1, p. 322. & 355. sq.*

Essais moral, Divine and political &c. *History of the works of the learned* 1708. p. 286.

Iohn Cockburn, right notions of God and Religion. *id.* p. 542.

Christiani Thomasii responsum cordatum de thesibus Atheisticis *Theodori Lud. Law* & meditationibus, quas vocat de DEO, Mundo, homine, editis Francofurti ad Mœnum 1719. 8. & auctorem illarum recte esse à Magistratibus Reip. Francofurtensis, urbe ejectum. Thomasii Juristische Händel T. 1. p. 234. seqq. 349. Hall. 1720. 4.

II. Claudam hocce caput narratione memorabili *Francisci Iunii*, celebris inter Reformatos Viri ac Theologi, qui in vita sua * refert per ephororum suorum Impietatem Atheismi se veneno pridem in juventute sua infectum fuisse, sed pii ac prudentis Parentis sui consilio, & longe magis DEI ejus miserentis Gratia & sacrarum Scripturarum lectione ab illo exitio revocatum & in lucem Divinam reductum. „Evenerat, „idque mirifica DEI providentia, ut ante menses aliquot pater regia au-„ctoritate compulsus nobiles quosdam viros ex Burgundici Ducatus agro

* Vita Francisci Junii ab ipso scripta, editaque à Paulo Merula Lugd. Bat 1595. 4. & operibus Junii præfixa Genev. 1613 fol. pag. 11. Confer B. D. Gerhardi Meieri diss. de Atheismo Francisci Junii adversus Frid. Adolphum Lampe, Hamb. 1720. 4. & Biblioth. Bremens. T. 3. p. 369. seq. Idem sibi contigisse, ut post longam pugnam in sensu ac fide Numinis ex lectis sacris litteris confirmaretur, refert Petrus Dinant libro de veneratione Verbi Divini debita, quem Belgice edidit c. 2. Alia exempla notarunt Georgius Calixtus de auctoritate Scripturæ pag. 27. seq. & Joannes Henichius de Veritate Religionis Christianæ pag. 147. seq. 360. seq. Tho. Crenius Tom. 8. animadvers. pag. 211. seq.

agro comprehenſos Lutetiam deduceret: ex quibus, prout ſermones ultro citroque in expeditione illa habebantur, pater recognoverat illorum ἀθεότητα deploratiſſimam, quibus adoleſcentiam meam commiſerat: quæ res ſollicitum eum efficiebat & cruciabat plurimum. Laborabat enim maxime de ratione certa, qua & me ex peſtilente illo conſortio honeſte eximeret, & animum meum à mortifero illorum veneno, ſi quid forte inſudiſſent illi artificio ſuo, liberaret. Prius ergo poſtquam Dominus præſtitiſſet, meque reduxiſſet domum: dabat pater operam, ſi qua ratione obtineri poſſet, & tum mentem meam in pietatis & religionis cauſa ac ſenſum cognoſceret, tum curaret leniter & imprudente me, ſi quid hæſiſſet mihi de iſta lue pernicioſiſſima. Viſitabat libros, ſtudia recognoſcebat, conſortia obſervabat: aliorum quos mihi familiares putabat fore, operam adhibebat, ut de meo ſenſu per illos fieret certior, cum præſertim cerneret me nativo illo pudore detineri, ne quid præſente aut audiente ipſo liberius dicerem. Tandem eo devenit, ut me ad παῤῥησίαν aliquam provocaret ultro. Dicebat me jam ea ætate eſſe, qua de iſto pudore inurbano decidi aliquid oporteret: ſi qui in menſa ſermones habebantur, tempus eſſe, ut interdum aliquid de meis ſtudiis & obſervationibus modeſte conferrem in medium, neque ad omnia obmuteſcerem: ſi fecero, ipſi & aliis de ſtudiorum meorum profectu conſtiturum, & me habitum meliorem in dies mihi ad juſtum illorum ſtudiorum uſum actionesque, in quibus laus virtutis conſiſtit, paraturum. Crebris & amantiſſimis monitis adductus confirmavi ipſe me, ut interdum menſam paternam ſermone aliquo, ſed pauciſſimo adſpergerem. Brevi aſſequutus eſt, quod volebat pater: non enim diu continui me, quin ſpecie inanis ſcientiæ ſermonem aliquem de fœtidiſſima illa ἀθεότητος fæce evomerem. Hic vero, DEUS bone, qua gratia, qua auctoritate inconſideratum meum ſermonem repreſſit pater, non objurgans aut invehens in me, non de re diſputans: ſed pie, ſancte, docte, leniterque docens τὸ ἐπέχειν in iis rebus, quæ nondum ſatis mihi cognitæ aut exploratæ eſſent, & doctorum hominum judicia ante audienda quam prodendam temere inſcientiam: ita me graviter compreſſit, ut ex eo tempore legem ἐποχῆς mihi ferme ſemper indixerim ſermonibus judiciisque omnibus, donec rem cognoviſſem penitus. Demoſthenem narrant, quum adoleſcens quidam inter pocula nugaretur multis & tacere nollet, dixiſſe percommode, Heus tu adoleſcens, quomodo non didiciſti ab eo tacere, à quo didiciſti

„loqui? Utrumque me optime hoc pacto docebat pater. Sed jam „alter illi & gravior restabat labor, ut gravissimum istud retectum in me „& compertum curaret malum. De curatione cogitantem diligentis- „sime, aliud agente me, levavit modo extraordinario DEUS. Nam „cum eodem anno publicæ conciones haberi cœpissent in Gallia, acci- „dit, ut magnus ille Jurisconsultus Jacobus Cujacius (ad cujus lectionem „audiendam de more properaveram,) die quodam præpeditus certis „occupationibus à lectione ordinaria abstineret. Erat autem mihi è „scholis redeunti domum, faciendum iter ad ædes illas, in quibus erat „plurimum concio: ingressus concionem, perfunctorie audio, nec inde „proficio nihilum. Regredior domum, incertus quid agam, quid legam, „quo studio occuper. In Novum Testamentum imprudens incido, quod „pater legebat frequens, & in conclave illud subjecerat oculis meis, ut „legendum (si forte gratiam DEUS hoc modo faceret,) prudentissime „mentem suam de me & animum suum dissimulans, ex quo lethalia im- „pietatis illius semina, quæ ante radices egerant in me, animadverterat. „Sciebat enim vir sapientissimus, non intrudi pietatem, sed instillari „mentibus: non impingi, sed infundi: non imperari, sed doceri: non „cogi, sed svaderi velle: ac propterea cum silentio & dissimulatione in- „credibili procurabat omneis vias, quibus me ad verum castæ religionis „sensum & pium cultum adduceret. Hic ergo Novum illud Testamen- „tum divinitus oblatum aperio: aliud agenti exhibet se mihi aspectu „primo augustissimum illud caput Joannis Evangelistæ & Apostoli, In „principio erat Verbum, &c. Lego partem capitis, & ita commoveor „legens, ut repente divinitatem argumenti, & scripti majestatem auctori- „tatemque senserim longo intervallo omnibus eloquentiæ humanæ flu- „minibus præeuntem. Horrebat corpus, stupebat animus, & totum il- „lum diem sic afficiebat, ut qui essem, ipse mihi incertus viderer esse. Re- „cordatus es mei, Domine DEUS mi, pro immensa misericordia tua, „ovemque perditam in gregem tuum accepisti. Ex eo tempore, quum „in me DEUS tam potenter Spiritus sui virtute irruisset, alia frigidius & „negligentius legere & tractare cœpi: de his vero, quæ ad pietatem „pertinent, cogitare amplius, & ardentius in eis versari. Atque hoc qui- „dem studium, ut animadvertit pater non mediocrem ex eo voluptatem „cepit: tantum de meo regressu ad pietatem sibi gratulatus, quantum ex „discessu transfugioque ad impietatem doluerat.

CAPUT

CAPUT XIII.

Adverſus Spinoſam & alios mundum æternum confingentes, & cum DEO confundentes Hylotheiſmi Patronos.

I.

SI quis domum conſideret affabre inſtructam, * fundatam ſolide ac firmiter: variis gradibus, contignationibus, conclavibus & convenienti apparatu ad hominum uſus inſtitutam, apteque ædificatam ex materia, quæ partim atteri poſſet, partim putrefactioni & corruptioni eſſet obnoxia: pariter is inſaniret, qui in animum ſibi poſſet inducere domum illam ſive forte ac temere coaluiſſe, ſive à ſe ipſam conſtitiſſe & æternam eſſe, vel ab omni æternitate ſuam ipſius extitiſſe opificem. Similiter ſi quis intueatur horologium, ubi ſolis meatus ſine ſole cognoſcitur, ſive quali veteres ſunt delectati, quo aquis guttantibus horarum ſpatia terminabantur, † ſive quali hodie uti ſolemus, in quo

 nixus

* Joannes Chardin voyage en Perſe T. X. p. 46. Amſt. 1711. 8. *Les* Mahometans *font de longues Hiſtoires des* Patriarches *& des* Prophetes *de l'* ancien Teſtament. *En voici une qu'ils font de* Moyſe, *pour ſervir d'échantillon. Ils diſent que ce* Prophete *ayant été long-tems à precher au Roi* Pharaon, *qui étoit* Athée, *& Tyran, l'exiſtence d'un* Dieu Eternel, *& la création du monde, voyant qu'il ne gagnoit rien ſur ſon eſprit, ni ſur celui de ſa Cour, il fit bâtir en ſecret un beau Palais, dans un endroit déſert, à deux journées d'une maiſon de Campagne, où le Roi alloit paſſer tous les Etez, & quelques années après il fit en ſorte que la Roi étant à la Chaſſe, fût s'engager de lui-même à aller de ce côté-là. Le Prince apercevant de loin un grand édifice dans ce lieu deſert, voulut voir ce que c'étoit, & demanda qui l'avoit fait bâtir. Perſonne de la ſuite n'en ſavoit rien.* Moyſe *s'avança à la fin, & dit au Roi,* qu'il falloit que ce Palais ſe fut bâti de lui même. *Le Roi ſe mit à rire, & lui dit, que pour un homme qui ſe diſoit* Prophete, *c'étoit une belle choſe à dire,* qu'un tel Palais ſe fût bâti de lui-même au milieu d'un déſert. Moyſe *arreta le Roi la-deſſus, & lui dit,* Sire, vous trouvez extravagant qu'on diſe que cette maiſon s'eſt faite d'elle-même, comme étant une choſe impoſſible; & cependant vous croyez bien que le Monde s'eſt fait de lui-même. Si ce beau Palais, qui n'eſt qu'un Atome en comparaiſon, ne peut étre venu de ſoi-même en ce deſert, comme en effet cela eſt impoſſible, combien plus eſt-il impoſſible que ce Monde, auſſi ſolide, auſſi grand, & auſſi admirable qu'il eſt en toutes ſes parties, ſe ſoit fait de lui même: & ne ſoit pas au contraire l'ouvrage d'un architecte très-ſage & tres puiſſant. *Le Roi fut convaincu par ce raiſonnement & adora* Dieu, *comme* Moyſe *lui enſeigna de faire.*

† Caſſiodorus lib. 1. Variar. Epiſt. 46.

Digitized by Google

nixus elasticus chalybis & festivum rotularum dentatarum artificium diebus & noctibus per horarum intervalla, accurata ratione tempus distinguit ac dinumerat, non putetur is mentis bene sanæ, si haud cogitet de artifice, sed vel casui ac fortunæ illud adscribat, vel æternum putet, quod movetur & usu longo atteritur. Cum enim æterna sint stabilia & ἀναλλοίωτα, non possum concipere mente, indicem horologii, qui ab æterno fuerit in A, unquam posse moveri in B, nedum alterari atque dissolvi. Neque possum animo mihi fingere catenam æternam ex successione * annulornm constantem periturorum & fragilium: quod enim æternum est, neque totum, neque ex parte perire aut diffringi potest. Nedum videns in domo purgamenta & cloacas, vel in horologio pulverem motui horologii inimicum, possim ista non minus, quàm ex quibus domus constat, lapides & ligna vel argentum horologii aut orichalcum confundere cum ipso opifice, & intellectum artificis isthæcque omnia unam eandemque rem & substantiam eamque pariter æternam & necessariam existimare. Cum autem necesse sit, quem vocamus, DEUM, semper & ubique esse, & ab omni æternitate fuisse: hinc concludamus, quicquid non semper nec ubique est, id nec DEUM, nec partem substantiæ esse posse DEI, sed quemadmodum nos pro lubitu mentis cogitatione imagines rerum in animo nostro ut volumus & quando volumus, effingimus, ita DEUM pro voluntate sua & bonitate res, quas videmus & quas non videmus, quando ipsi placuit, & quales ei visum est, creasse ac produxisse, hoc est, & materiam & formam illis esse largitum: siquidem materia si æterna nec DEI opus esset, neque formam aut motum, utpote independentis ipsa & immutabilis naturæ, à DEO recepisset.

II. Si quis conferat cum his Philosophorum veterum † recentiumque systemata æternitatem rerum inducentium, & materiæ particulis, vel motum tribuentium cum Epicuro & Tolando, vel cum Stratone ac Democrito vitam, vel cum Anaximandro omnis generis qualitates, vel plasticam vim cum quibusdam Pseudo-Stoicis, vel rationem denique & sensum cum Spinosa; vel eorum denique, qui cum Aristotele æter-

* Nulla duratio successiva potest ab anteriore retro parte esse æterna, ut probavit Henricus Morus enchirid. Metaphys. c. 10. T. 1. operum Philosophicorum pag. 179. & 183. seq. ubi idem adversus objectionem ab infinitate successionis in futurum repetitam vindicat.

† Confer præter Cudworthum, qui in hoc argumento erudite versatus est, viros doctos, Thomam Burnetum in Archæologia Philosophica, & Jacobum Thomasium de Stoica Mundi exustione diss. 2.

æternam ex DEO emanationem Mundum ſtatuunt: nihil videbit, in quo animus poterit acquieſcere, remota cauſæ efficientis notione, vel, uti fit ab Ariſtotele, erepta DEO libertate benefica. Quod cum à pluribus oſtenſum ſit, juvat ſcriptorum illorum ſyllabum, eorum præcipue, qui recentiori ætate Spinoſam oppugnarunt, hoc loco ſubjicere.

Contra Æternitatem Mundi.

Præter *Juſtinum* Martyrem quidem, de quo ſupra p. 45. & *Joannem Philoponum* ac *Zachariam* Mytilenæum, de quibus p. 117. 108. pugnarunt

Theodorus Tarſenſis apud Photium Cod. 223. p. 343. ſeq.

Iſidorus de Iſolanis Ord. Præd. in tractatu de mundi æternitate contra Averroiſtas libris IV. Papiæ 1513. 1522. 8. Lugd. 1528. 1580. 4. Vide Jacobi Qvetif & Jacobi Echard Bibliothecam Dominicanor. T. 2. pag. 50.

Scholaſtici in 2. Sententiar. diſt. 1. & ad Thomæ ſummam part. 1. qu. 1. & 44.

Auguſtinus Steuchus Eugubinus libro VII. de perenni Philoſophia.

Abraham Ecchellenſis in hiſtoria Arabum f. 177. ſeq. contra Arabes Philoſophos Daritas.

Marius Merſennus in Geneſin. p. 151. ſeq.

Matthæus Hale Vom Urſprung des Menſchlichen Geſchlechts p. 256. ſeq. 290. ſeq. 295. 330. ſq. 345. 539. 544. edit. in 8.

Contra Spinoſam.

Præter laudatos jam capite ſuperiore, H. Morum, Iſaacum Jaquelotum, Samuelem Clark, Petrum Yvon, Franc. Cuperum, & Bramptonum Gurdonum,

Chriſtoph. Wittichii anti Spinoſa ſeu examen Ethices Benedicti de Spinoſa, & commentarius de DEO & ejus attributis. Amſt. 1690. 4. *Bibl. Univerſelle T. 23. p. 323. Acta Erud. A. 1690. p. 345. Hiſtoire des Ouvrages des Savans 1689. Decembr. p. 165. Jo. Colerus in vita Spinoſæ p. 149. ſeq.* Hunc Wittichii librum eximium Belgice vertit Abraham von Poot, M. D. Amſtelod. 1695. 4. *Boekſaal van Europe A. 1696.* T. 2. p. 305.

Guil. van Blyenburg, mercatoris Dordraceni, wederlegging van de Zedekunſt van Spinoſa. Dordraci 1782. 4.

Ejusd. kenniſſe Godes. Lugd. Bat. 1663. Amſt. 1671.

Joannis Bredenburgii, civis Roterodamenſis, enervatio tractatus Theologico

logico politici, una cum demonstratione Geometrico ordine dispofita, Naturam non esse DEUM. Roterd. 1675. 4. Ex merito laudant insigne hoc scriptum & solidum Petrus Bælius in Lexico historico voce Spinosa, not. H. & Jo. Colerus in Spinosæ vita pag. 135. seq.

D. Joannis Musai, Theologi Jenensis, examen tractatus Theologico politici. Jen. 1674. 4. Confer, si placet, eundem Colerum pag. 142.

Regneri à Mansfeld, Prof. Ultrajectini, liber postumus adversus Anonymum Theologico politicum. Amst. 1674. 4.

Matthai Earbery Deism examined and confuted in an answer to a book intituled, tractatus Theologico-Politicus. Lond. 1697. 8.

Jo. Melchioris V.D.M. Religio ejusque natura & principium, sive Epistola qua ad examen vocatur tractatus Theologico-Politicus. Ultrajecti 1672. 8. editio secunda.

Petri Poiret cogitationum rationalium de DEO, anima & malo, libri IV. in quibus quid de hisce Cartesius ejusque sequaces boni aut secus senserint, omnisque Philosophiæ certiora fundamenta, atque inprimis tota Metaphysica verior, continentur, nec non Benedicti de Spinoza Atheismus & exitiales errores funditus exstirpantur. Amst. 1673. 4.

Editio secunda, priore duplo auctior Amst. 1685. 4. *Nouv. Rep. lettr. 1685. p. 440. Acta Erud. 1685.* p. 547.

Francisci Lamy, Benedictini congregat. S. Mauri, nouvel Atheisme renversé, ou refutation du systeme de Spinosa, tireé pour la plupart de la connoissance de la Nature de l'Homme. Paris 1696. 12. Chevræana T. 2. p. 101. Journal des Sav. 1697. p. 72.

Gerardus de Vries in exercitationibus rationalibus de DEO.

D. Ruardus ab Andala in apologia pro vera & saniore Philosophia. Franeqv. 1718. Confer Bibl. Philologico Theologico Bremens. T. 1. p. 942. seq.

Invisibilia DEI in rebus ab ipso factis facta visibilia, contra Spinosæ axioma: *quæ res nihil inter se commune habent, earum una alterius causa esse non potest*, cum consectario pacifico inter clarissimos Viros, Anton. Driessenium * & Jacobum Wittichium, & multiplici analogia naturæ spiritalis & corporeæ & aliis diss. auctore *Henrico Horchio.*

* De horum scriptis mentio facta capite superiore p. 348.

Horchio. Marpurg. 1719. 4. Vide *Bibliothecam Historico-Philologico-Theologicam Bremensem T. 3. p. 742. seq.*

Ejusdem archetypus sive scrutinium naturæ spiritualis & corporeæ, ex consideratione DEI tanquam rerum exemplaris, nec non compendium Spinosissimi confutatum. Marburgi 1713. 4. *Acta Erud. 1713. p. 467.*

Ejusdem investigationes Theologicæ VIII. circa origines rerum ex DEO, contra Spinosam. Herborn. 1692. 4. *Boekfaal van Europe 1693. Decembr. 525.*

Isaaci Orobii Judæi, qui A. 1692. diem obiit, certamen philosophicum postumum propugnatæ Veritatis Divinæ ac naturalis, adversus A. B. Spinosæ barathro immersum. Amst. 1703. 12. *Histoire des ouvrages des Savans 1703. p. 236.*

Lambertus Veltbuysen de naturali pudore & dignitate hominis A. 1676.

Ejusdem de cultu naturali & origine moralitatis. A. 1680. Tom. 2. Operum. Roterdam. 4.

D. Jo. Jacbimi Weidneri de Numine Spinosæ, religionem exigente. Rostoch. 1719. 4.

Ejusdem Homo Spinosæ, religionem exercens. id. Præterea Spinosam oppugnat *Salomo van Till* in atrio gentium Belgice edito Dordraci 1694. 4. 1696. 4.

Petrus van Mastricht in Gangræna. *Jo. van der Weyen* in summa Theologiæ.

Melchior Leideckerus in face Veritatis.

The living temple, or a designed improvement of that notion that a Good man is the Temple of God, part. 1. concerning Gods existence and his conversableness with man, against Atheism, or the Epicurean Deism, by *Iohn Howe.* Lond. 1702. 8. *Histoire des ouvrages des Sav. 1702. p. 181.* Ab hoc scriptore impietatem Spinosæ acutissime esse confutatam notat Jenkinus Thomasius in Historia Atheismi p. 234.

Wilhelmum Deurhof, Professorem Amstelodamensem, in lectionibus Theologicis solide Spinosam confutasse notavit Jo. Colerus in Spinosæ vita p. 154.

L'impie convaincu, ou dissertation contre Spinosa, dans laquelle ou refute les fondemens de son Atheisme. Amst. 1684. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1684. T. 2. Octobr. pag. 313.* Auctor scripti *Aubert de Versé.*

Ienfii,

Digitized by Google

Ienfii, Medici Dordraceni examen Philoſophicum ſextæ definitionis partis primæ Ethices Spinoſæ, ſive prodromus animadverſionum ſuper unico veterum ac recentiorum Atheorum argumento, unica ſubſtantia. Dordraci 1698. 4.

Io. Henrici Mulleri, Mathematici Altdorfini, de miraculis adverſus Spinoſam diſſertatio. Altdorf. 1714. 4.

Andreæ Ludovici Kœnigsmanni de perſvaſione Prophetarum per ſigna, contra Spinoſam. Kilon. 1711. 4.

Iacobi Staalkopf vindiciæ loci Actor. XVII. 28. contra Spinoſæ Epiſt. XXIII. Bibl. Hiſtorico-Theol. Bremenſ. T. 3. p. 470. idem Hiſtoriam Criticam Spinoſiſmi promittit p. 479.

Quæ de Spinoſa & adverſus ejus ſyſtema diſputat *Petrus Bælius* in dictionario Hiſtorico, ſeparatim prodiere Ultrajecti 1698. 8. Franciſco Halma curante Belgice ſub tit. *Het leven van Spinoſa.* Hiſtory of the works of the learned A. 1699. p. 25.

La vie de B. de Spinoſa * tirée des écrits de ce fameux Philoſophe & du temoignage de pluſieurs perſonnes dignes de foi qui l'ont connu particulierement, par *Iean Colerus*, Miniſtre de l'Egliſe Lutherienne à la Haye 1706. 8. *Hiſt. des ouvrages des Sav. 1705. p. 549.*

Io. Georgii Wachteri Spinoſiſmus in Judaiſmo detectus. Amſt. 1699. 8. *Hiſtory of the works of the learned A. 1700. p. 76.*

Io. Tolandi contra Spinoſam, *Hiſtory of the works of the learned A. 1704. pag. 289.*

Joannis Regii Carteſius verus Spinoſiſmi architectus. Franeq. 1719. 8.

Franciſcus Burmannus, filius, in Burmannorum pietate & ſcriptis anti-Leenhofianis, vide Bibl. Hiſtorico-Theol. Bremenſem Tom. 3. pag. 163. ſeq.

Gottlob Frid Ienichen Hiſtoria Spinoſiſmi Leenhofiani, publica in Belgio auctoritate noviſſime damnati, ex avthenticis documentis collecta, Lipſ. 1707. 8. in illa p. 80. ſeq. plura Florentini Bomble, T. H. van den Honert & aliorum adverſus Leenhofium ſcripta referuntur. *Hiſtory of the works of the learned A. 1708. pag. 579.*

D. Chriſtiani Kortholti de tribus quos vocat impoſtoribus magnis, Ed. Herberto de Cherbury, Thoma Hobbeſio & Spinoſa. Kil. 1680. 8. & 1700. 4.

D. Frid.

* Alia vita Spinoſæ ab ejus amico & diſcipulo ſcripta Gallice extat in Novellis litterariis Gallice vulgatis Amſt. 1719. 8. T. 10. p. 42.

D. Frid. Ernesti Ketneri de duobus impostoribus, Spinosa & Balthasare Bekkero. Lips. 1694. 4.

D. Io. Wolfgang Iægerus, Cancellarius Tubingensis, in diss. de Spinosismo, Spinosæ vitam & doctrinam ad examen revocans. Tubingæ 1710. 4. *D. Theoph. Spizelius* in infelice literato p. 363. &c.

D. Jo. Francisci Buddei diss. de Spinosa ante Spinosam. Halæ 1701. 4. & in analectis Hist. Philosoph. 1706. 8.

D. Jo. Frid. Mayeri diss. de Spinosismo post Spinosam, respondente *Jacobo Staalkopf*, Gryphiswald 1708. 4.

Ejusdem *Staalkopfii* Benedictus de Spinosa atheismi convictus contra auctorem præfationis in illius opera postuma, Godfridum Arnoldum & Jo. Georgium Wæchterum.* ibid. 1707. 4. De Spiritualitate DEI. id. 1707.

Jo. Conradus Durrius, Prof. Altdorfinus, Oratione adversus Spinosam, cum programmate Jacobi Thomasii de exitiosa philosophandi licentia Jen. 1672. 4. & *D. Frid. Rappoltus* Oratione contra Naturalistas, A. 1670. habita, quæ in ejus Operibus p. 1386. sq. legitur. Lips. 1692. 4.

Carolus Tuinmann, Pastor Ecclesiæ Medioburgensis, in scriptis Belgice editis, de quibus Bibl. Historico-Theolog. Bremens. T. 1. p. 942.

M. Volckmann Conradi Poppo Spinosismus detectus von Unterscheid der Philosophischer und Mathematischer Lehr-Art. Weimar, 1721. 8.

Mundi Origines Mosaicæ.

Guilielmi van der Muylen dissertationes de die Mundi & rerum omnium natali. Traject. 1714. 4. Acta Erud. 1714. p. 115.

Jacobi Christophori Iselii dissertatio, qua Mundi æternitas argumentis historicis confutatur. Basil. 1710. 4.

Adami Tribechovii Veritas creationis Mundi, prout à Mose descripta est, ostensa in traditionibus Gentium ac vetustissimis Antiquitatis profanæ monumentis. Kil. 1668. Recusa hæc dissertatio tomo primo fasciculorum Thomæ Crenii, Roterd. 1691. 8.

Joannis Witty essay towards a vindication of the MosaicHistory of the creation of the world, and the fall of Adam: in X. lettres. Lond. 1705. 8. Acta Erud. 1707. p. 161.

Graverolii Moses vindicatus, sive asserta historiæ creationis Mundi aliarumque rerum, quales à Mose narrantur, veritas, contra Thomæ Burneti archæologiam. Amst. 1694. 12. *Acta Eruditor. 1695. p. 20.*

* Wæchterus p. 49. Spinosismi è Judaismo memorat Mosis Germani, sive Jo. Petri Spechts, ex Christiano Judæi libellum adversus tractatum Theologico-Politicum.

Digitized by Google

Melchioris Leydeckeri Archæologia facra, five veritas narrationis Mofaicæ de Divina rerum origine (contra Gentes & quosdam Philofophos & objecta in Thomæ Burneti archæologia Philofophica,) ad calcem tomi primi Operis de Rep. Hebræorum. Amft. 1704. fol.

Ifaac. Jaquelotus differtationibus fupra p. 345. memoratis de exiftentia DEI; & *Matthæus Hale*, de quo p. 291. *Salomo van Till* in atrio gentium Belgice edito p. 70. feq.

De naturali veritate hexaëmeri Mofaici, *Edmundus Dickinfon* in Phyfica veteri & vera, Lond. 1702. 4. & Hamb. 1705. 8. *History of the works of the learned 1702. p. 118. Acta Erud. 1703. pag. 31. Hift. des ouvrages des Savans 1702. p. 94. Journal des Sav. 1702. Jul. p. 112.*

Jo. Amerpælii Cartefius Mofaizans, feu evidens & facilis conciliatio Philofophiæ Cartefii cum hiftoria Creationis cap. 1. Genefeos per Mofen tradita. Leovard. 1669. 12. *Philofophical Transactions LIX.* T. 1. p. 1053. *Obfervatt. felectæ Hallenfes* T. 3. p. 249.

Theodore Barin, le monde naiffant. à Utrecht 1685. 12. *Acta Eruditor. 1686. p. 199.*

Ludovici de Beaufort Cofmopœia Divina, five fabrica Mundi explicata. Lugd. Bat. 1656. 12. *Philofophical Transactions LIX.* T. 1. p. 1052.

Nouveaux effais d'explication Phyfique du 1. chap. de la Genefe, par *Mr. de Saint Rambert.* Utrecht 1713. 8. Neuer Bücher-Saal XXXVII. p. 49. *Hift. Critique de la Rep. des lettres* T. 4. p. 332.

Traité fur l'homme en quatre propofitions importantes fur la Religon, avec leurs dependances. Paris 1714. 4. par *A. D. L. R.* * Quatuor illæ propofitiones, quas probandas in fe auctor ille fufcipit, hæ funt: Homo eft amplius aliquid quam corpus. Illud amplius aliquid effentialiter differt à corpore. Homo & mundus habuere initium. Homo corpore mortalis, anima immortalis eft. *Journal des Sav. 1714.* p. 459. 516. *Memoires de Trevoux 1718. Septembri* p. 395.

Anonymi, ** the Divine hiftory of the Genefis of the world, explicated and illuftrated. Lond. 1670. 4. *Philofophical Transactions LX.* T. 1. p. 1083.

Gvilielmi Bonjour, Tolofani, differtatio in Hiftoriam facram primæ Mundi ætatis, habita per Dialogos in Academia feminarii Montis Falifci. Rom. 1705. 4. *Acta Erud.* 1706. p. 504.

M. *Sigismundi Jacobi Apini* hiftoria naturalis de Veritate S. Scripturæ teftimonium

* *Mr. l'Oifeleur*, Docteur en Droit. ** Henrici Mori.

monium perhibens. Altdorf. 1718. 8. *Acta Erud. 1720.* pag. 48. Unschuldige Nachrichten von Alten und Neuen Theologischen Sachen A. 1717. p. 1088.

Nicolai Gurtleri origines Mundi & in eo Regnorum, Rerump. populorum, horumque duces, migrationes, Dii, religio, mores, instituta, res gestæ civiles, sacræ, bellicæ. Amst. 1708. 4.

Joannes Rajus in libro de chao, creatione Mundi &c. de quo supra p. 290.

Thomas Burnet in Theoria sacra telluris, * orbis nostri originem & mutationes generales, quas aut jam subiit aut olim subiturus est, complectente, libris IV. de diluvio & paradiso, conflagrationeque Mundi & futuro rerum statu. Libri duo priores. Lond. 1681. 4. & duo posteriores 1689. 4.

Libri IV. cum *Iosephi Antonii de los Gonçalez* libro de duplici viventium terra, una cataclysmo obruta & altera post cataclysmum, (qui Lugd. 1650. 4. prodierat,) Francof. 1691. 12.

Et cum ejusdem Burneti libris duobus Lond. 1692. 4. editis Archæologiæ Philosophicæ, † sive doctrina antiqua de rerum originibus. Amst. 1693. 4.

Anglice, quarta editio cum triplici mantissa. Lond. 1720. 4. duobus Voluminibus.

Belgice Amst. 1696. 4.

Germanice Jo. Jacobo Zimmermanno interprete. Hamb. 4.

Laudat Burneti opus, nonnullaque in eo reprehendit *William Nichols*, conference with a Theist, parte 2. pag. 187. seq. Plura in eo notarunt *Erasmus Warre* in a discourse concerning the Earth before the deluge (Acta Erud. 1691. p. 97.) & contra Burneti apologiam, (de qua Acta Erud. 1691. p. 329.) a defense of the discourse &c.

Christianus Wagner in diss. de situ telluris Paradisiaco contra Burnetum, Lipsiæ 1683. 4.

Roberti Saint Clair the Abyssinian Philosophy confuted, or telluris theoria neither sacred, nor agreeable to reason. Lond. 1697. 12. Acta Erud. 1698. p. 219.

* Acta Erud. 1682. p. 70. & T. 1. supplementi p. 304. Journal. des Sav. 1673. Hist. des ouvrages des Sav. A. 1689. Bibl. universelle T. 21. parte 2. p. 72.

† Philosophical Transactions CCI. Acta Erud. 1693. p. 270. Boekzaal van Europe A. 1693. T. 2. p. 121. Hist. des ouvrages des Sav. 1693. Mart. p. 391. Bibl. Universell. T. 24. p. 449. Archæologiæ Burneti oppositus etiam *Graverolii* Moses vindicatus, de quo jam dixi p. 361.

Digitized by Google

Ianus Bircherodius in anti Burneto poſtumo. Hafniæ 1688. 8.

Caſpar Buſſingius in diſſ. de ſitu telluris paradiſiacæ & Chiliaſticæ Burnetiano, Hamb. 1695. 4. (Acta Erud. 1695. p. 504.)

Rich. Bentlei contra Atheos p. 404. ſeq.

Io. Eduardus * in demonſtratione exiſtentiæ & providentiæ DEI Anglice edita, nec non in aliis ſcriptis Burnetum perſtringens, ut in the diſcourſe concerning the autority of Scriptures part. 3. p. 330.

Godfridi Gvil. Leibnitii Protogæa. Vide Acta Erud. 1693. p. 41.

Gvilelmus Whiſton in nova Theoria telluris Anglice edita Lond. 1696. 8. *Acta Erud.* 1697. pag. 535. & verſa Germanice, minus feliciter à Mich. Svenio, Paſtore Clobitzenſi, Francof. 1713. 4. Neuer Bücher-Saal XXII. p. 681.

Ioannis Keill examen theoriæ ſacræ Burneti & animadverſiones in Whiſtoni theoriam. Oxon. 1698. 8. Anglice. Whiſtoni defenſio & ad Keilii reſponſionem iterata apologia 1700. 8. itidem Anglice. *Hiſt. des ourages des Sav.* 1698. p. 326. & A. 1699. p. 131.

Herberti, Epiſcopi Herefordienſis, animadverſiones ad Whiſtonum. Lond. 1685. 8. Anglice.

Dethlev Cluveri, ſocii Regiæ Soc. Londinenſis, Geologia ſive Philoſophemata de geneſi ac ſtructura globi terreni ex Moſis & antiquiſſimorum Philoſophorum ſententia. Germanicè. Hamb. 1700. 4.

D. Zachariæ Grapii diſſ. de Geologia contra Dethlevum Cluverum. Roſtoch. 1700. 4.

Iohn Woodwards eſſay towards a natural hiſtory of the Earth, with an account of the univerſal deluge. Lond. 1702. ſecunda edit. & ex Anglico Latine, Jo. Jacobo Scheuchzero interprete, Tiguri 1704. 8. ſub titulo: *Specimen Geographiæ Phyſicæ.*

Iohn Harris remarks on ſome late papers relating to the univerſal deluge and to the natural hiſtory of the Earth. Lond. 1697. 8. pro Woodwardo contra I. P. two eſſays: extract of thoſe eſſays: letter about petrifactions. Additional remarks before Mr. Robinſons book &c.

Emanuelis Swedberg pro altitudine aquarum & maris in priſco orbe vehementiore æſtu argumenta ex Svecia. Stockholm. 1719. 8. *Acta literaria Sveciæ* A. 1720. p. 5. ſeq.

Joannes

* Acta Erud. T. 3. ſupplem. p. 7. ſeq.

Joannes Catonius in diss. de mutata telluris postdiluvianæ facie. Holm. 1700. 8.

M. David Sigümund Buttners Rudera Diluvii testes, Zeichen und Zeugen der Sündfluth in Ansehung des ietzigen Zustandes unserer Erd- und Wasser-Kugel, insonderheit der darinnen vielfältig auch zeithero in Querfurtischen Revier angetroffenen ehemahls verschwemmeten Thiere und Gewächse bey dem Lichte Natürlicher Weisheit betrachtet. Lips. 1710. 4. *Acta Erud.* 1711. p. 222.

Jo. Jacobi Scheuchzeri Bildnisse verschiedener Fische und derer Theilen, welche in der Sündfluth zu Grunde gangen. Zürch 1708. 4.

Ejusd. piscium querelæ. Tiguri, 1708. 4. *Acta Erud.* 1709. p. 23.

Ejusd. Herbarium Diluvianum. Tig. 1709. fol. *Acta Erud.* A. 1710. p. 451. & A. 1723. p. 79. *Memoires des Trevoux* 1713. p. 68.

Ejusd. Museum Diluvianum. Tiguri, 1716. 8. *Acta Erud.* A. 1717. pag. 17.

Josephi Monti de monumento diluviano, nuper in agro Bononiensi detecto dissertatio. Bononiæ 1719. 4. *Acta Erud.* 1720. p. 17. seq.

Io. Gvilielmi Baieri fossilia, diluvii universalis monumenta. Altdorf. 1712. 1721. 4.

Ioannis Qvirini de testaceis fossilibus Musei Septaliani, & *Iac. Grandii* de veritate Diluvii universalis, dissertatio. Venet. 1676. 4. *Giornale di Roma* A. 1676. p. 12.

In illustrando eodem argumento, quod ad probandam diluvii universalitatem duci solet à conchis & aliis marinis animalibus vel plantis petrefactis, quæ passim per orbem terrarum procul à pelago effodiuntur vel jacere reperiuntur, multorum aliorum virorum doctorum curiosa elaboravit industria, è quibus præter *Woodwardum* parte 3. naturalis Historiæ telluris sect. 2. consuli possunt *Franciscus Calceolarius* in Museo pag. 405. seqq. Museum Olai Wormii p. 81. seq. Jo. Bonanni Museum Kircherianum p. 198. seq. *Ulysses Aldrovandus* de piscibus p. 245. 251. 271. 429. *Iacobi à Melle* diss. de lapidibus figuratis agris littorisque Lubecensis, 1720. 4. Ejusdem de echinitis Wagricis 1718. 4. (Acta Erud. A. 1718. p. 325.) *Mich. Mercati* Metallotheca ab Assalto * & Joanne Maria

 Lancisio

* Qui lapides illos complures aspicit ipse, eorumque copiam, varietatem, & exactam cum forma plantarum vel animalium horumque partium convenientiam, atque alias, quæ se oculis

Lancisio illustrata, armario nono, Rom. 1717. fol. (Acta Erud. 1718. p. 51. seq.) *Georgius Antonius Volckmannus* in Schlesiens unterirdischen Schätzen. (Acta Erud. 1711. p. 86.) *Georgii Andreæ Helwig* lithographia Angerburgica. (Acta Erud. 1718. p. 322.) *Caroli Nicolai Langii* de origine lapidum figuratorum, Lucernæ 1709. 8. (Galleria di Minerva T. 7. p. 18. Memoires de Trevoux 1713. pag. 63. Acta Erud. A. 1709. p. 17. & A. 1710. pag. 81.) *Eduardus Luidius* in lithophylacii Britannici ichnographia, Lond. 1699. & Lipsiæ, 8. *Gottlieb Frid. Mylius* in des unterirdischen Sachsens seltsamen Wundern der Natur. (Acta Erud. 1709. pag. 173.) *Franciscus Ernestus Bruckmannus* de oolitho sive ovariis piscium & concharum in saxa mutatis. (Journal des Sav. A. 1722. Octobr. p. 422. Bibl. Germanique T. 3. p. 300.) *Antonius Vallisnerius* de' corpi marini che su' monti si trovano. (Nov. lit. Lipsiensia A. 1721. p. 161.) *Mr. Moralec* des coqvillages qui se trouvent dans les terres, dans les pierres & dans les marbres. (Journal des Savans A. 1713. T. 2. p. 545. Memoires de Trevoux 1713. p. 50. seq.) *Io. Philippi Breynii* de melonibus petrefactis montis Carmel, ad Magnificum Consulem nostrum D. Jo. Andersonum. (Acta Erud. 1722. p. 439. Bibl. Germanique T. V. p. 100.) *Griff. Hatleji* de conchis fossilibus seu lapide conchite. (Acta Erud. 1685. p. 371.) *P. C. D. L. C. D. I.* conjecture sur les pierres figurées. (Journal des Savans 1723. p. 355.) *Mr. du Iussieu* sur les pierres de S. Chaumont, *Magnus Bromelius* in lithographia Svecana adhuc inedita &c.

CAPUT XIV.

Contra Epicurum, & quod sine Religione suaviter vivere homini non liceat.

I.

DUobus summis maximisque svavitatibus homines, quantum in ipso fuit,[1] spoliatum ivit voluptatis doctor Epicurus, fiducia in DEUM cujus

oculis subjiciunt, circumstantias considerat, vix poterit assentiri iis, qui vel lusum naturæ arbitrantur, vel lapidum diversa ac nova comminiscantur genera, vel ex cœlestium siderum nescio quibus irradiationibus gigni talia sibi persvadeant, sed corpora & partes animalium vel plantarum lapidefactas esse non dubitabit.

cujus negavit Providentiam, & spe melioris vitæ, dum animos finxit esse mortales, & cum corporibus interire dixit ac dissolvi. Per hoc ipsum & homines æquavit belluis, & honestati virtutique robur omne ac decus detraxit, quam tamen parariam esse voluptatis ac conservatricem ipse haud potuit diffiteri. Sive singulos adeo cogites mortales, sive in cœtu ac societate viventes consideres, id egisse videbis Epicuri sapientiam, ut omnem jucunditatem tolleret de vita, aut quam minimam & suspensam à corpore, minusque dignam homine relinqueret, prætérea securitatem labefacteret, qua sublata vel concussa, quænam esse vivendi voluptas potest? boni denique naturam à fuga malorum ejusque recordatione repeteret, nihil præter dolorem corporis pro malo admittendum ratus. Cum autem de Providentia Numinis proprius infra Cap. XVII. & de animorum immortalitate Cap. XVIII. sit futurus dicendi locus, jam tantummodo notare lubet, quam misera sit illa & porcis atque canibus communis felicitas, quam instituit hominibus Epicurus commendare, quod illos metu Numinis scilicet & pœnarum post hanc vitam tristi exspectatione liberavit. Neque enim propterea anticipatam in hominum animis de Providentia DEI notionem delere & obliterare Epicurus potest, neque ideo timendus DEUS non est, quia Epicuro relegati in intermundia Dii videntur nullam rerum humanarum curam gerere: neque ideo suum cuique tribuere cessabit Divina justitia, quia Epicurus animos ex atomis dissabiles fuit commentus. A quam multis autem malis metus Numinis omniscii revocat non timentes modo, & retrahit, sed alios etiam, quibus est cum illis versandum immunes ac tutos præstat? quot bonorum & gaudiorum idem hic fons & origo est in vita? quid contra affert molestiæ probis? quem unquam pœnituit DEI reverentem fuisse? Neque superstitionum hic probra aliquis pietati objiciat, aut idem reprehendet etiam rectum rationis usum, quoniam stulti, delirantes ac furiosi ratione abutuntur. Quantis autem voluptatibus carere necesse est illos, qui ita vivunt, ut se à DEO credant non curari, nec sciri sed prorsus ignorari: ut neque rebus secundis laudes Numinis eos oblectent, & hymni, neque dubiis & adversis precatio aut spes in DEUM animos eorum erigat: qui omnia, quæ vident & quibus utuntur, non amantis se optimi, potentissimi, sapientissimi DEI beneficio, sed cœco casui in acceptis referunt: qua securitate & voluptate possunt frui illi, qui hujus sensus sibi conscii, & opem DEI nullam exspectantes, norint se vivere inter Epicureos, hoc est homines ejuscemodi, qui in omnibus actionibus

suis

Digitized by Google

ſuis DEUM pro nihilo habent, vel quod idem eſt, ipſorum minime eſſe memorem aut res illorum neutiquam curare arbitrantur. Bene adeo *Plutarchus* in libro, quo probat, Epicureos *τῷ καλῷ πολεμεῖν ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον, adverſus omne, quod pulchrum & ſuave eſt, ſuſcepiſſe bellum irreconciliabile*, ſive quod non liceat ſvaviter vivere ſecundum Epicuri placita, p. 1092.

Εἰ μὲν ἐν τῇ προλήψει τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἀπέλιπον, ἐφαίνοντο ἂν ἐλπίσι χρησταῖς πλέον ἔχοντες οἱ φρόνιμοι τῶν θηρίων πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν. ἐπεὶ δὲ τέλος ἦν τοῦ περὶ θεῶν λόγου τὸ μὴ φοβεῖσθαι θεὸν, ἀλλὰ παύσασθαι ταραττομένους, βεβαιότερον οἶμαι τοῦτο ὑπάρχειν τοῖς ὅλως μὴ νοοῦσι θεὸν, ἢ τοῖς νοεῖν μὴ βλάπτοντα μεμαθηκόσιν. οὐ γὰρ ἀπήλλακται δεισιδαιμονίας, ἀλλ᾽ οὐδὲ περιπέπτωκεν. οὐδὲ ἀποτίθεται τὴν ταράττουσαν ἔννοιαν περὶ θεῶν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἴληφε. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου λεκτέον· τὸ μὲν γὰρ ἐλπίζειν χρηστὸν ἀπ᾽ ἐκείνων οὐδετέροιν ὑπάρχει· τὸ δ᾽ ὑποπτεύειν καὶ φοβεῖσθαι μετὰ τὸν θάνατον, ἧττον μέτεστιν οἷς οὐ γίνεται θανάτου πρόληψις, ἢ τοῖς προλαμβάνουσιν ὡς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ὁ θάνατος. πρὸς μέν γε τούτους ἐστὶν ἐφ᾽ ὅσον περὶ αὐτοῦ διαλογίζονται καὶ σκοποῦσι· τὰ δὲ ὅλως ἀπήλλακται τοῦ φροντίζειν τῶν οὐ πρὸς ἑαυτὰ, πληγὰς δὲ φεύγοντα καὶ τραύματα καὶ φόνους, τοῦτο τοῦ θανάτου δέδοικεν

Quod ſi Epicurei in anticipata Dei notione tradenda providentiam reliquiſſent, videri poterant homines prudentes plus bonæ ſpei de vita jucunda habere quam belluæ. Quoniam autem finis diſputationi de Deo ab iis hic proponitur, ut non metuamus Deum, deſinamusque turbari: conſtantius ego arbitror teneri hoc a brutis, quæ omnino Deum eſſe non intelligunt, quam ab iis, qui didicerunt Deum cenſere, qui non lædat. Illa enim non liberantur ſuperſtitione, ſed ne capta quidem ea unquam fuerunt: neque deponunt cogitationem de numine perturbantem, ſed ne venerunt quidem unquam in eam. Eadem de inferis ſunt dicenda. Inde enim bonum aliquid ſperare, neutris contingit. Suſpicari autem & metuere aliquid poſt mortem, minus evenit iis, quæ omnino anticipata mortis notitia carent, quam iis, qui præcipiunt mente, nihil ad nos mortem pertinere: certe enim eatenus ad nos pertinet mors, quatenus de ea ratiocinantur & conſiderant: belluæ prorſus vacant cura rerum ad ſe non pertinentium, & quum verbera, vulnera,

ἔοικε ὃ καὶ τούτοις φοβερόν ἐστιν. ἃ μὲν οὖν λέγουσιν αὐτοῖς ὑπὸ σοφίας παρεσκευασμένα, τοιαῦτά ἐστιν. - -

vulnera, cædem fugiunt, eatenus mortem fugiunt, quatenus & isti. Talia sunt, quæ sibi per sapientiam comparata Epicurei dicunt. - -

Et eodem libro pag. 1102.

Θεοῦ δὲ θυσία μὴ παρόντος, ὥσπερ ἱερὸν δοχῆς, ἄθεόν ἐστι καὶ ἀνεόρταστον καὶ ἀνενθουσίαστον τὸ λειπόμενον, μᾶλλον δὲ ὅλον ἀτερπὲς αὐτῷ καὶ λυπηρόν. ὑποκρίνεται γὰρ εὐχὰς καὶ προσκυνήσεις, οὐθὲν δεόμενος διὰ φόβον τῶν πολλῶν, καὶ φθέγγεται φωνὰς ἐναντίας οἷς φιλοσοφεῖ· καὶ θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέστηκε τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, θύσας δέ, ἄπεισι λέγων. Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

Sacrificium Deo non præsente, tanquam solennitas convivii expers, reliqua habet impia, festivitatis & instinctus divini expertia, immo plane totum insvave & molestum Epicureo relinquitur. Simulat enim se adorare & vota facere, non quod sibi his rebus aliquid quærat, sed metu multitudinis impulsus: vocesque contrarias his, quas inter philosophandum ederet, pronunciat, ac sacrificans quidem mactanti sacrificulo tanquam coquo adsistit: operatus autem sacris discedit, inquiens:

Rem sacram inutiliter feci: neq; enim Diis
De me ulla cura est - -

Et paucis interjectis:

- - ἤδη σκεψώμεθα, τὸ βέλτιον ἀνθρώπων καὶ θεοφιλέστατον γένος, ἐν ἡλίκαις ἡδοναῖς καθαραῖς περὶ θεοῦ δόξης συνόντες, ὡς πάντων μὲν ἡγεμὼν ἀγαθῶν, πάντων δὲ πατὴρ καλῶν ἐκεῖνός ἐστι, καὶ φαῦλον οὐδὲν ποιεῖν αὐτῷ θέμις, ὥσπερ οὐδὲ πάσχειν. - -

- - consideremus hominum præstantius & Diis amicissimum genus quantis in voluptatibus sit, de Deo pure sentiens: nimirum hunc omnium esse bonorum principem, omnium pulcrarum rerum parentem, neque fas eum aut agere, aut pati mali quicquam. - - - - -

Et post pauca:

ἆρά γε δίκης ἑτέρας οἴεσθαι δεῖσθαι τοὺς ἀναιροῦντας τὴν πρόνοιαν, καὶ οὐχ ἱκανὴν ἔχειν, ἐκκόπτοντας ἑαυτῶν ἡδονὴν καὶ χαρὰν τοσαύτην, ὅση γάρ ἐστι τοῖς οὕτω διακειμένοις πρὸς τὸ δαιμόνιον ἡμῖν;

Ergone aliam mereri pœnam putemus eos, qui providentiam tollunt, & non satis hoc ipso puniri, quod tantum sibi voluptatis atque gaudii adimunt, quantum nobis contingit hoc modo erga Deos affectis?

Et p.1103. Ἃ δὲ Ἑρμογένης ἐφρόνει περὶ τῶν
Θεῶν, ἄξιόν ἐστιν αὐτοῖς ὀνόμασι διαμνη-
μονεύειν. Οὗτοι γάρ (φησιν) οἱ πάντα
μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι Θεοί,
οὕτω μοι φίλοι εἰσὶν, ὡς διὰ τὸ ἐπι-
μελεῖσθαί μου, οὔποτε λήθω αὐτοὺς οὔτε
νυκτὸς οὔτε ἡμέρας, ὅποι ἂν ὁρμῶμαι,
οὔτε ὅ, τι ἂν μέλλω πράττειν. διὰ δὲ
τὸ προειδέναι καὶ ὅ, τι ἐξ ἑκάστου ἀπο-
βήσεται, σημαίνουσι, πέμποντες ἀγγέ-
λους φήμας καὶ ἐνύπνια καὶ οἰωνούς. κα-
λὰ μὲν οὖν εἰκὸς εἶναι καὶ τὰ γινόμενα
παρὰ τῶν Θεῶν. τὸ δὲ γίνεσθαι διὰ τῶν
Θεῶν ταῦτα αὐτὰ, μεγάλην ἡδονὴν
ποιεῖ, καὶ θάρσος ἀμήχανον, καὶ φρόνη-
μα καὶ χαρὰν, οἷον αὐτὴν ἐπιγελῶσαν
τοῖς ἀγαθοῖς. οἱ δὲ ἄλλως ἔχοντες,
τῆς μὲν εὐτυχίας τὸ ἥδιστον κωλύουσι,
ταῖς δὲ δυστυχίαις ἀποστροφὴν οὐκ ἀπο-
λείπουσιν, ἀλλ᾽ εἰς μίαν καταφυ-
γὴν καὶ λιμένα, πράττοντες κακῶς, τὴν
διάλυσιν καὶ τὴν ἀναισθησίαν ἀποβλέ-
πουσιν. ὥσπερ εἴ τις ἐν πελάγει καὶ
χειμῶνι θαῤῥύνων, ἐπιστὰς λέγοι, μήτε
τὴν ναῦν τινα ἔχειν κυβερνήτην, μήτε
τοὺς Διοσκούρους αὐτοὺς ἀφίξεσθαι ἐπερ-
χόμενόν τε μαλάξοντας βίαιον πόντον,
ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς· οὐδὲν δὲ ὅμως
εἶναι δεινὸν, ἀλλ᾽ ὅσον οὐδέπω καταποθή-
σεσθαι τὴν ναῦν ὑπὸ τῆς θαλάττης, ἢ
συντριβήσεσθαι ταχὺ πρὸς πέτρας ἐκ-
πεσοῦσαν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Ἐπικούρειος
λόγος ἐν νόσοις δειναῖς καὶ πόνοις
ὑπερβάλλουσιν. ἐλπίζεις τι χρηστὸν
παρὰ θεῶν διʼ εὐσέβειαν; τετύφωσαι.
τί

Sententententiam vero Hermogenis de Diis, par est verbis ipsius referri. Hi, inquit, qui & sciunt omnia Dii & possunt omnia, ita mihi sunt amici, ut propter curam quam pro me gerunt, nunquam eos lateam neque noctu neque interdiu, quamcunque rem aggrediar aut acturus sim, utque præscire possim exitus singularum rerum, eos mihi significant mittendis nunciis suis, ominibus, somniis, auguriis. Consentaneum quidem est pulcra esse, quæ à Diis veniunt, sed hoc ipsum, suggeri ea divinitus, magnam voluptatem conciliat, fiduciamque immensam & animi elationem ac gaudium veluti arridens bonis. Aliter affecti, rerum secundarum suavissimum quod est, mutilant, in adversis quo se convertant, nihil sibi faciunt reliqui: sed fortuna urgente, ad dissolutionem & sensus vacuitatem tanquam unicum refugium & portum respiciunt. Perinde ac si tempestate in mari agitatum aliquis consolaturus sic dicat: Neque gubernatorem habet navis tua, neque ipsi Castores suo superventu emollient vim maris ingruentis, celeresque ventorum impetus; nihil tamen mali est: jamjam enim navim mare deglutiet, aut statim ad scopulos ejecta conteretur. Talis est enim plane oratio Epicureorum in morbis atrocibus & doloribus ingentibus. Speras aliquid

Digitized by Google

τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται. βέλτιόν τι τῶν ἐν τῷ βίῳ μετὰ τὸν βίον ἐπινοεῖς; ἐξηπάτησαι. τὸ γὰρ λυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. πῶς οὖν, ἄνθρωπε φαγεῖν με καὶ χαίρειν κελεύεις; ὅτι νὴ Δία χειμαζομένῳ τὸ ναυάγιον ἐγγύς ἐστιν; ὁ γὰρ πόνος ὁ ὑπερβάλλων συνάψει θανάτῳ.

aliquid boni à Diis ob tuam pietatem? animo es inflato: beata enim & interitus exfors natura neque gratia capitur, neque ira. Melius aliquid post vitam oblatum iri sentis quam in vita? in errore es: quod enim dissolutum est, sensu caret: quod sensu caret, nihil ad nos. Quomodo itaque mi homo, edere me jubes, & gaudere? quia scilicet tempestate jactato imminet naufragium, dolor enim excellens morti tradet.

Plura in hanc sententiam libro illo Plutarchus, qui inprimis superstitione ipsa μυριάκις tristiorem Epicureorum vitam esse docet p. 1101.

II. Qualia autem sunt quæso, quæ pro tantis, quæ nobis eripit bonis, pro tam testatis & rerum naturæ consentaneis persvasionibus offert Epicurus sectatoribus suis, aut credenda objicit? talia certe quæ nisi rationi renunciet aliquis, persvadere sibi nemo possit. Oculum verbi gratia non esse factum ad videndum, nec solem ad lucendum calefaciendum ve, sed temere coaluisse ista omnia ex innumerabilitate atomis quibusdam utcunque in has formas concurrentibus: & quoniam ita forte evenit, ut aures ad sonum percipiendum aptæ sint, hinc nos illis uti, non autem nobis esse datas neque institutas divinitus ad hoc, ut illis ad audiendum uteremur. Quod merito absurdum & incredibile visum est Galeno * in præclaro de usu partium opere: illud vero de atomorum fortuito motu, indeque efformatis sine motore & opifice rebus summo artificio tantaque pulchritudine, usque adeo ab omni ratione & verisimilitudine abhorret, tamque est incredibile, ut jam olim Cicero † ridens commenti insaniam, fuerit miratus quenquam reperiri qui illi assentiretur: *Hic ego non mirer esse quenquam, qui sibi persuadeat, corpora quædam solida, atque individua, vi & gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum, & pulcerrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius, & viginti formæ litterarum vel aureæ, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales*

* Galenus de usu partium lib. 1. T. 1. edit. Græcæ Basil. p. 367. 378. 379. &c.

† Cicero 2. de Natura Deorum c. 37.

nales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα Græci vocant, non sensu præditis, sed concurrentibus temerè, atque casu, mundum esse perfectum? vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quæ sunt minus operosa, & multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem cœli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. Omitto quod Deos ἀνθρωπομόρφους induxit Epicurus hominumque similes, atque si non ex atomis sive individuis constantes, tamen ex quasi atomis, uti Vellejus Epicurus apud eundem Ciceronem * ait *non corpus esse in DEO sed quasi corpus, non sanguinem sed quasi sanguinem.* Vel quod declinationem atomorum comminisci ei placuit, ut libertatem voluntati, quam non poterat, nec volebat inficiari, largiretur, ut idem præclare notatum ab eodem Cicerone: † *Epicurus, cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus & necessarius; invenit quo modo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, quum pondere & gravitate directa deorsus feratur, declinare paullulum. Hoc dicere turpius est, quam illud, quod vult, non posse defendere.* Idem lib. de fato c. 20. *Declinat,* inquit, *atomus: primum cur? aliam enim quandam vim motus habebunt à Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat, a te Epicure gravitatis, & ponderis, quæ ergo nova caussa in natura est, quæ declinet atomum? aut num sortiuntur inter se, quæ declinet, quæ non? aut cur minimo declinent intervallo, majore non? aut cur declinent uno minimo, non declinent duobus, aut tribus? optare hoc quidem est, non disputare, nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri, & declinare dicis: neque in illo inani, per quod feratur atomus, quidquam fuisse caussa, cur ea non e regione ferretur: nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est, quamobrem naturalem sui ponderis motum non teneret: ita, cum attulisset nullam caussam, quæ istam declinationem efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur; cum id dicat, quod omnium mentes aspernentur, ac respuant.* In eandem sententiam plura c. 9. & 10.

III. Non

* id. lib. 1. de natura Deor. cap. 24. & 25.
† id. lib. 1. cap. 25.

Digitized by Google

III. Non defuere viri docti, *a)* qui Epicuri defensionem eatenus in se susceperunt, ut sub beatæ Naturæ *b)* nomine contenderent Deum primum motorem ab ipso agnitum, & Providentiam, saltim generalem huic attributam fuisse. Assentirem libenter, sed obstat veterum consensus, qui Deos otiosos ab Epicuro fingi, religionem omnem everti uno ore testantur: obstat, quod Epicurei Deos à natura distinguunt, ut Horatius lib. I. Sat. V. 101.

- - namque Deos didici securum agere ævum,
Nec si quid miri faciat Natura, Deos id
Tristes ex alto cæli demittere tecto.

Obstat impia illorum doctrina, qualis à Lucretio, omni procul pudore proponitur; unde nec Gassendus *c)* eruditus ille Epicuri Philosophiæ inter-

a) Jacobus Rondellus libro Gallice edito de vita & moribus Epicuri Paris. 1679. & Latine, quæ auctior est editio Amst. 1693. 12. & Anglice, Joanne Digby interprete, Lond. 1712. Gottlieb Stollius in Epicuro creationis & Providentiæ Divinæ adsertore, Jen. 1713. & in Historia Philosophiæ moralis Ethnicorum, vulgata Germanice p. 195. Jen. 1714. 4. Omitto alios, qui Epicurum non fœdæ voluptatis sed indolentiæ & tranquillitatis exoptandæ animi commendatorem fuisse docent, ut ex Gallis præter Gassendum Sorbierius, Bernierius, & Couturius: ex Anglis Templeus, Leonardus Cozzandus ex Italis, ex Hispanis Franciscus de Qvevedo, ex Germanis Omeisius, Heunischius & alii.

b) Epicurus apud Stobæum serm. 15. Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα. *Gratias agamus Beatæ Naturæ, quod necessaria, inventu facilia fecit: inventu autem difficilia fecit non necessaria.* Minutius Felix c. 19. *Epicurus, qui Deos aut otiosos fingit aut nullos, Naturam tamen superposuit.* S. Ambrosius Epist. ad Vercellensem Ecclesiam: *Epicurus quam alienus à vero sit, etiam hinc deprehenditur, quod voluptatem in homine, Deo auctore creatam adserit principaliter, sicut Philodemus ejus sectator in Epitomis disputat.* T. 2. edit. Benedictin. p. 1026. ubi verba: *Deo auctore creatam,* Ambrosii potius sensum & stylum quam Epicurei hominis sapiunt, nisi ille *divinitus* dixit datum, quod *naturaliter* voluit intelligi.

c) *Petrus Gassendus* in opere de Philosophia Epicuri decimum ad Diogenis Laertii librum, quod & separatim Parisiis 1646. fol. ac Lugduni 1649. 1675. fol. lucem vidit, & tomo quinto Gassendi operum Lugd. 1658. fol. recusum legitur, Epicurum, quem in aliis defendit, deserit tamen atque oppugnat in his capitibus, quæ adversus eum prolixius probanda in se suscepit: 1) animos hominum esse immortales pag. 286. seq. 2) partes corporum in animalibus & plantis non temere extitisse, sed ad certum usum formata à sapiente & optimo Opifice pag. 325. seq. 3) DEUM auctorem Mundi, p. 364. sq. & 4) gerere DEUM hominum curam pag. 381 sq. edit. Lugd. 1675. fol. Et tamen non potuit Gassendus effugere, quin in defendendis atque incrustandis Epicuri

Digitized by Google

interpres ac patronus hoc ab eo ἔγκλημα avertere ausus fuit: obstat denique nota Epicuri ipsius vox *d)* in Κυρίαις δόξαις prima, ei quod est Divinum, nec facessi ab ulla re negotium, neque cuiquam facessere. Et tamen Epicurus hic περὶ ὁσιότητος, *e) de sanctitate & pietate adversus Deos*, libros scripsit: *& quomodo in his loquitur? f) ut Coruncanum, ut Scævolam Pontifices maximos te audire dicas, non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem.* Nimirum Virtuti ideo operam dandam svasit Epicurus, quod altrix voluptatis & tranquillitatis mater esset: Deos colendos ob præstantiam, sine præmiorum aut pœnarum respectu: qua doctrina sua ab intemperantiæ & libidinum sordibus fortasse revocare aliquos, ad justitiam autem & pietatem adducere vix ac ne vix quidem multos potuit, unde Jo. Bodinus in Colloquio heptaplomere MS. lib. 1. *Multos Deorum contemtores, plures etiam, qui nihil à belluis nisi figura differrent, Epicureum tamen adhuc reperi neminem, i. e. qui Deos nulla præmiorum spe religiose coleret, qui frugalissime ac temperantissime viveret, qui continentiam, justitiam, fidem, morum integritatem, ut Epicurus amplexaretur, mortales tamen animos crederet, nec ullum ab immortali Deo negotium cuiquam impendere arbitraretur, qui denique summum hominis extremumque bonum non in corporeis voluptatibus, sed in animi excelsi tranquillitate severa collocaret.*

In *Samuelis Sorbierii* libro Gallice edito, cui titulus: Lettres & discours de Mr. Sorbiere sur diverses matieres curieuses, Paris. 1660. 4. varia leguntur adversus Atheos & Epicureos acute disputata, & partem repetita ex Gassendi ad Philosophiam Epicuri animadversionibus.

In *Himerii* antiqui Rhetoris Græci μελέταις, qui temporibus Juliani Imp. Athenis docuit, fuit una, in qua Epicurus ob negatam Providentiam impietatis fugiens dicam, arguitur, illiusque convincitur. Ampla excerpta servavit Photius Cod. 243. p. 578. seq.

Apud

Epicuri placitis (nugamenta sua in Epicuri Philosophiam ipse appellat in Epistolis p. 92. 117. b. 155. b. T. 6. Opp.) nimius multis videretur, unde ipse religioni bellum indixisse arguitur à Sam. Parkero diss. de Deo p. 30. 58. 59. 134. seq. Et Mericus Casaubonus fuit professus, si quid scribere vellet vel posset, calamum stricturum in Gassendum de vita Epicuri, demonstraturumque loca auctorum ab eo ubique, ut Epicurum tueretur corrupta. Vide Clariss. Almelovveenium in vita If. Casauboni p. 75.

d) Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Confer Menagium ad Laërtii lib. X. sect. 139. & sect. 77. Cic. I. nat. Deor. c. 30.

e) Laërtio lib. X. sect. 27. inter Epicuri scripta refertur περὶ ὁσιότητος ἢ Ἡγησιάναξ.

f) Cicero I. de Natura Deorum c. 41. adde c. ult. (sect. 115. edit. & 124. Lescaloperii.)

Apud Suidam ex perdito *Claudii Æliani* de Providentia adverſus Epicureos opere refertur illos non modo à Romanis & Meſſeniis ejectos, ſed Lyctios *g)* quoque in Creta inſula, experimentis ut videtur edoctos quantum doctrina Epicuri faceret ad homines pietate omni exuendos, gravem pœnam ſanxiſſe in eos, qui ex Philoſophi illius Gargettii ſchola ad ipſos auderent accedere.

Ἐξήλασαν δὲ τοὺς Ἐπικουρείους τῆς Ῥώμης δόγματι τῆς βουλῆς κοινῷ. καὶ Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς οἱονεὶ φάτνης ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, λυμεῶνας μὲν εἶναι τῶν νέων λέγοντες, κηλῖδα δὲ φιλοσοφίᾳ προσβάλλοντας, διά τε μαλακίαν καὶ ἀθεότητα. καὶ προσέταξαν πρὸ τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν ἔξω τῶν ὅρων τῆς Μεσσηνίας γῆς εἶναι αὐτούς. ἐκφορηθέντων δὲ, τοὺς ἱερέας καθῆραι τὰ ἱερά. τούς γε μὴν Τιμούχους (καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς ἄρχοντας Μεσσήνιοι) καὶ τὴν πόλιν καθῆραι πᾶσαν, οἷα δή που λυμάτων τινῶν καὶ καθαρμάτων ἀπηλλαγμένην. ὅτι ἐν Κρήτῃ Λύκτιοι τῶν Ἐπικουρείων τινὰς ἐκεῖ παραβάλλοντας ἐξήλασαν. καὶ νόμος ἐγράφη τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ, τοὺς τὴν θήλειαν σοφίαν καὶ ἀγεννῆ καὶ αἰσχρὰν ἐπινοήσαντας, καὶ μέν τοι καὶ τοῖς Θεοῖς πολεμίους, ἐκκεκηρύχθαι τῆς Λύκτου. ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασυνόμενος, καὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου παρ' οὐδὲν ποιήσηται, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιρρεόμενος μέλιτι γυμνὸς, καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον. καὶ

Epicurei Senatusconſulto* Roma ſunt exacti: & Meſſenii in Arcadia eos, qui in eodem quaſi præſepi paſti eſſent, expuluerunt, quos & peſtes adoleſcentum eſſe dicerent, & philoſophiæ labem aſpergere propter mollitiem & impietatem. Eos itaque ante Solis occaſum ex agri Meſſenii finibus excedere juſſerunt, iisque pulſis, a ſacerdotibus luſtrari fana, & a Timuchis (ſic enim Meſſenii magiſtratus ſuos vocant,) totam urbem purgari, tanquam ſordibus quibusdam & purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii quosdam Epicureos illuc profectos expulerunt, legemque populari ſermone talem ſcripſerunt: Epicurei ſapientiæ effœminatæ & degeneris ac turpis inventores, Diisque inviſi, per præconis vocem Lycto excedere jubentor: &, ſi quis eorum contempta lege in poſterum huc venire auſus fuerit, prope Prætorium per viginti dies nervo vincitor, nudusque lacte & melle perfunditor, ut apes & muſcas paſcat, & intra dictum

* De Romanis & Meſſeniis idem notat Athenæus XII. p. 547.

g) De Lyctiis ſive Lyttiis confer Triſtanum T. 1. p. 444. ſeq. & Meurſii Cretam lib. 1. c. 12. p. 44. ſeq.

καὶ ἀναλώσωσι χρόνῳ τῷ προειρημένῳ αὐτόν. Τούτου γε μὴν διελθόντος, ἐὰν ἔτι περιῇ, κατὰ κρημνοῦ ὠθείσθω, στολὴν γυναικείαν περιβληθείς.

ctum tempus ab illis consumator. Si vero post tempus illud adhuc superstes fuerit, muliebri veste indutus, de rupe præcipitator.

Quanquam non puto suppliciis svadendam esse religionem, neque delector hominum dolore, tamen adeo non possum improbare exilia & pœnas constitutas in eos, qui professa doctrina omnem religionem evertunt ac tollunt, ut necessarium hoc etiam facto existimem, nisi quis turbata omnia & Reipublicæ ipsius ac societatis humanæ vincula luxata, adeoque caliginem & miseriam, belluarumque vitam rebus humanis illatam cupiat. Itaque assentior celeberrimo Viro, Christiano Wolfio, *b)* qui licet Atheismus per se necessario non persvaderet sceleratam vitam hominibus sanis ac prudentibus, qui norunt ipsam per se ac naturam suam sexcenta mala pœnarum loco secum afferre: tamen quoniam plerique omnes vel hoc non satis sciunt, vel non satis cogitant aut meminere, adeoque metu Numinis retinendi sunt, tolerari in Rep. negat posse eos, qui palam sive doctrina, sive exemplo aliis ad conculcandam religionem præeunt, quantumvis ipsi naturæ suæ beneficio, & exlegibus principiis non obsecuti, vitam honestam ducere videantur. Ita enim ait: Weil ein Atheist läugnet, daß ein GOtt (oder die Vorsehung GOttes) sey; so hält er auch die Religion für nichts (§. 366.). Da man nun aber über der Religion mit allem Ernste halten sol (§. 367.); so kan man auch die Atheisten, die sich bloß geben, im gemeinen Wesen nicht dulden. Atque iterum, paucis interjectis: Da die Furcht GOttes, welche durch die Religion bestehet (§. 366.), es mag eine kindliche oder knechtische seyn, gleichwohl den Menschen verbindet, das Gute zu thun und das Böse zu lassen, was er wegen seiner Unwissenheit und aus Mangel der Einsicht in die Beschaffenheit der freyen Handlungen nicht thun, noch lassen würde (§. 698. 705. Moral.); so hebet man doch durch die Atheisterey die Verbindlichkeit auf, welche bey den meisten den grösten Nachdruck hat. Und solchergestalt kan man Atheisten, weil sie gefährliche Verführer sind, im gemeinen Wesen nicht dulden, wenn sie entweder würcklich ihre Atheistische Lehren kund machen, oder doch um ihres Ansehens willen Aergerniß und Anlaß zur Verachtung der Religion geben. Es ist aber hierbey noch gar wohl dieses zu behalten. Weil ein ieder, der im gemei-

b) Vernünftige Gedancken von dem Gesellschaftigen Leben der Menschen §. 368. & 369.

Digitized by Google

nen Wesen lebet, in seinen Handlungen nicht allein auf sich, sondern auch andere mit zu sehen hat, die neben ihm sich darinnen befinden (§. 216.), so ist es nicht genug, daß ein Atheist für seine Person wohl lebet, und in seinem Wandel niemanden einen Anstoß oder Aergerniß giebet; sondern es wird auch dazu erfordert, daß er nicht ohne Noth anderen zu einem bösen Leben Anlaß giebet: welches geschehen würde, wenn andere die Atheisterey von ihm annähmen, und dadurch die Verbindlichkeit, die aus der Religion erwächset, in ihnen tilgeten. Und demnach bleibet abermahl feste stehen, daß es vernünftig sey, einen Atheisten, der sich bloß giebet, oder wenigstens grossen Verdacht wider sich erreget, im gemeinen Wesen nicht zu dulden, woferne er nicht ändert, wodurch er diesen Verdacht wider sich gemacht (§. 215.) Darnach ist auch zu mercken, daß man die Atheisterey wegen des Eydes im gemeinen Wesen nicht dulden kan. Denn ob es zwar an dem ist, daß in solchen Fällen, wo man für seine Person ein grosses Interesse dabey siehet, viele ihnen kein Gewissen machen, einen falschen Eyd zu thun: so kan doch solches weder von allen Personen, noch von allen Fällen gesaget werden. Es bleiben noch viele Fälle übrig, da man lieber die Wahrheit aussagen wird, als einen falschen Eyd thun (§. 366.). Und daß viele auch in den erwehnten Fällen sich zu einem falschen Eyde bequemen, kommt grösten Theils aus Mangel der Religion her. Wären sie in der Furcht GOttes und der darzu nöthigen Erkäntniß (§. 770. Moral.) feste genug gesetzet; so würden sie sich nimmermehr zu einem falschen Eyde entschlüssen. Hingegen ist klar, daß, wenn Leute durch Atheistische Gemüther auch nur zweiffelhafft in der Religion gemacht werden, sie über einem falschen Eyde sich kein Gewissen machen werden. Denn ihr Interesse, es mag so klein seyn als es will, scheinet ihnen gewiß: die göttliche Straffe sehen sie als was ungewisses an. Derowegen behält jenes die Oberhand (§. 169. Moral.). Wir haben aber zur Gnüge gesehen, und wird unten noch weiter erhellen, daß man den Eyd im gemeinen Wesen höchstnöthig habe. Idem Vir clarissimus & necessitatem Religionis in Republica & quantopere salus publica requirat, ut cives de cultu Divino recte instituantur, impietas autem ab eorum animis exulet, probat in eodem libro §. 366. seqq.

Digitized by Google

CAPUT XV.

De origine mali.

I.

CElso Epicureo * affirmanti naturam mali & originem difficile cognosci ab iis, qui Philosophiæ non dant operam: recte respondet Origenes, † ortum malorum ne à Philosophis quidem facile, ac prorsus non posse intelligi, nisi ab iis, qui Divino favore adspirante didicerint, quomodo malum per abusum libertatis & rationis in dæmonibus & hominibus sumserit initium, & quomodo per DEI gratiam effugi ac declinari debeat. Profecto videmus, quotquot ab hac Divina luce recedentes ausi sunt propriis viribus rem hanc penetrare, neque acquiescere voluerunt illis, quæ vel sensus communis dictat de DEI bonitate ac libertate hominis; vel sacræ litteræ etiam in illis capitibus sensui communi suffragantes, præterea de peccato ejusque origine nos edocent: omnes illos nihil egisse hactenus, & dubiis sese involuisse inextricabilibus, à centro veritatis autem, lineæ spiralis in modum, longius semper longiusque recessisse. Ut igitur eluceat, nihil in his, quæ ex Divinis scriptoribus de origine mali traduntur, rectæ rationi contrariari, meliusque illa cohærere inter se quam quæcunque obscuriora philosophemata, quæ vel DEUM bonitate aut præsciendi virtute spoliant, vel ex homine truncum faciunt aut lapidem, age bono cum DEO rem positionibus quibusdam ponamus ob oculos, hasque cum subtiliore & secum pugnante aliorum acumine altiora se improbe quærentium acumine conferendas exhibeamus lectori.

1. Malum

* Celsus apud Origenem IV. p. 206. τίς ἡ τῶν κακῶν φύσις, ὐ ῥάδιον μὲν γνῶναι τῷ μὴ φιλοσοφήσαντι.

† Origenes p. 207. πρὸς τοῦτο φαμέν, ὅτι τὴν τῶν κακῶν γένεσιν ὐδὲ τῷ φιλοσοφήσαντι γνῶναι ῥᾴδιον, τάχα δὲ ὐδὲ τούτοις καθαρῶς αὐτὴν γνῶναι δυνατὸν, ἐὰν μὴ τῇ Θεοῦ ἐπιπνοίᾳ καὶ τίνα τὰ κακὰ, τρανωθῇ, καὶ πῶς ὑπέστη δηλωθῇ, καὶ τίνα τρόπον ἀφανισθήσεται νοηθῇ. Idem Origenes in dialogo adversus Marcionitas sect. 2. oppugnat doctrinam eorum de duobus principiis bono uno, altero malo, quod faciunt etiam Tertullianus libro primo adversus Marcionem, & qui contra Manichæos scripsere, laudati à me in Bibliotheca Græca lib. V. cap. I. pag. 290. seq.

Digitized by Google

1. Malum est defectus, isque triplex, malum *imperfectionis*, malum *physicum* & malum *morale*.
2. Malum *imperfectionis* dixeris, cui ita aliquid ad summam & infinitam perfectionem deest, ut sit aliquid possitque cogitari perfectius.
3. Malum *physicum* vocatur ablatio vel imminutio boni naturalis, quod potest & solet adesse in rebus simili natura gaudentibus.
4. Malum *morale* est liberi spiritus ad bonum morale sectandum per legem Divinam obligati voluntaria ab illa secessio & à summo bono quo frui poterat declinatio.
5. DEO nihil est malum: Nullum enim genus mali in DEUM cadit. Non *imperfectionis*, nihil enim perfectius DEO potest cogitari; non *physicum*, haud mutabilis enim, idemque æternus est: nec *morale*, legem enim & superius bonum quam se, non habet, & perfectissima est æternaque sanctitas ejus sapientia ac justitia.
6. Malum *imperfectionis* necessario cadit in omne quicquid non est DEUS. DEUM enim non esse, & DEO imperfectiorem esse, unum prorsus est idemque. Proprie autem malum non est esse aliquo, quocunque illo non perfectissimo graduum bonum, qui possunt esse infiniti, & varietate mirabili infinitos sub se dari atque exstare gradus perfectionis, est sapientiæ & bonitati Divinæ congruens. Hinc respectu DEI opificis omne quicquid condidit DEUS, ipso DEO teste est minime malum, nullum enim majus bonum illis debebatur, sed gradu quodque suo valde bonum, Genes. 1.
7. Igitur nec malum *physicum*, proprie malum est, quatenus naturæ conditionem ac regulas sequitur: nam unius corruptio est alterius generatio, nec mundo quicquam est malum, donec à DEO destruetur, & tunc quoquo malum ei non erit, quo pulcherrime renovabitur.
8. Malum physicum locum non habet, nisi pro gradu & ratione gratis donati boni, quod per naturam esse solebat in uno quoque, & cujus jactura potest fieri. Ita cœcitas non potest cadere, nisi in eum cujus erat oculorum usu gaudere: prolapsio in eum, qui facultate præditus est loco se movendi &c.
9. Malum physicum, quod à natura inducitur, non magis proprie malum est, quam eos, qui prandent vel convivio excipiuntur, non omnes æque opiparo apparatu aut regio excipi, vel aliquando

Digitized by Google

finiri convivium. Magis proprie malum phyſicum dixeris, quod per vim vel injuriam infertur, cum per naturæ leges licuiſſet bono illo vel majore vel diuturniore frui. Sed hoc nititur partim malo imperfectionis, ſi inferatur per caſum vel belluam: partim malo morali, ſi hominis vitio vel dæmonis infligatur.

10. Spiritibus, angelis & homini præ cæteris rebus creatis bona tria donata ſunt à DEO maxima ac præſtantiſſima, intellectus, voluntatis arbitrium, & per quam regerentur, ac liceret illis eſſe felicibus, Lex Divina.

11. His tantis bonis poſſe abuti, etiam ipſum gradus boni eſt potius, quam malum quatenus cum eo conjuncta eſt libertas & facultas * recte & ad ſuam felicitatem illis utendi. Abuti autem & abuſos eſſe, malum eſt, & mali *moralis* fons unicus, quod nimirum abutentes à boni ſummi fruitione, qua beari poterant, arcet ac removet.

12. Impedire per potentiam mala quælibet etiamſi prævifa, DEUS nec ſapientiæ ſuæ putavit eſſe, quod cum Lege ſua & Libertate hoc minus conveniret: nec Bonitatis, ne majora bona interciperentur.

13. Habemus igitur auctorem mali moralis, nullo modo DEUM, ſed qui poterat & debebat ſibi non eſſe mali auctor, angelum vel hominem ſponte abutentem bono, hoc eſt libertate ſua: & maximis ſe privantem bonis, niſi DEI miſericordia novus iterum ad feliciorem vitam reditus ei pateat, quem CHRISTUS peperit merito nobis, & doctrina monſtravit, & præivit exemplo.

II. Jam cum his, quæ ex ſacris litteris, ſuffragante iiſdem communi hominum ſenſu, quanta potui brevitate & perſpicuitate expoſui, conferat aliquis aliorum ſententias, & videat, num magis credibilia offerant, vel minoribus urgeantur difficultatibus, qui vel 1) duo Principia coæterna cum Marcionitis ac Manichæis inducunt bonum malumque, quamvis ne cogitari quidem malum poſſit, niſi præexiſtente bono: vel 2) materiam accuſant cum Platone, licet mala maxima à ſpiritu ſponte peccante

* Sic facultas locomotiva, bonum eſt, licet qui ea gaudet, labi poteſt. Et eſt majus bonum homini illa gaudere etiam cum poſſibilitate labendi, quam inſtar ſaxi vel arboris terræ infixum hærere.

cante induci quotidie videamus: vel 3) in DEUM optimum culpam * ac concursum ad determinationem mali conferunt, ut fit à Prædestinatianis, licet sana ratio summum bonum mali reum nunquam credidit nec *αὐτουργεῖν* peccata, quæ ipse puniat, unquam credet: vel 4) cum Atheis omne jus & fas evertentibus negant inter malum & bonum morale quicquam interesse, sicut nivem non magis albam esse quam carbones, nugatus esse dicitur Anaxagoras.

Tanto studio tantaque animorum contentione etiam, & veteri & nostra præsertim ætate hoc argumentum discussum est, tamque dispari successu etiam ab acutissimis ingeniis, ut qui velit illorum lucubrationes evolvere ante omnia monendus sit, ut sobrietati studeat & modestiæ, ne per præfidentiam conetur sapere ultra id, quod oportet vel datur homini sapere, sed DEUM oret, ut in simplici ipsum ac regia via salutaris Veritatis ducat Divino Verbi sui lumine, & in illa custodiat. Ecce autem eorum, quæ mihi hanc materiam meditanti sese obtulere scriptorum syllabum:

Eilhardi Lubini phosphorus, *de prima causa mali*, in quo multorum gravissimas dubitationes tollere se & errores detegere eruditus & acutus scriptor profitetur. Rostochii 1596. & 1601. 8. quæ posterior perfectior priore & auctior est editio.

Ejusdem Lubini de causa peccati. Rostoch. 1607. 4.

D. Alberti Graweri anti Lubinus de prima causa & natura mali. Magdeburg. 1606. 4.

Georgii Dedekenni de peccatorum causis. Hamb. 1611. 8.

D. Kiliani Rudrauf quadriga dissertationum Academicarum de permissione Divina circa peccata: de adessentia DEI extramundana, de concursu DEI, & de propagatione animæ humanæ. Giessæ 1677. 4.

Merici Casauboni the original cause of temproal evils. Lond. 1645. 8.

Gvilelmi Scot XII. discourses concerning the wisdom of God. Lond. 1701. 8. *Acta Erud. T. 6. supplementi* p. 104.

Beati Pacifici Cleronomi vera Justitiæ Divinæ idea, *Bibl. Historico-Theol. Bremens.* T. VII. p. 149--166.

D. Gvilelmi King, Episcopi Derensis, postea Dublinensis Archiepiscopi, liber

* Chrysostomus homil. XXIII. in Acta p. 218. *βέλτιον καταρυγῆναι μυριάκις ἢ ταῦτα τὸν Θεὸν ἀκοῦσαι δι' ἡμᾶς.* *Præstat nos decies millies defodi, quam DEO talia tribui à nobis.*

liber *de origine mali* ad Robertum Southwellum, Lond. 1702. 8. & Bremæ 1704. 8. In hoc ſcripto poſt generalia quædam, pluribus diſputatur capite 3. de malis imperfectionis, 4. de malo naturali, & 5. quod eſt prolixiſſimum de malo morali; ſubjungitur appendix de legibus præmiisque ac pœnis Divinis, & cur malis bene quandoque ſit, bonis male. *History of the works of the learned A. 1702.* p. 489. *Hiſt. des ouvrages des Sav. 1706.* p. 3. *Acta Erud. 1704. p. 272. Nouv. rep. lettr. 1703. p. 554. 603.*

Ejusd. Divine Predeſtination and foreknowledge conſiſtent with the freedom of Mans will. ad Rom. VIII, 29. 30. Dublin. 1709. & Lond. 1710. 8. *Nouv. Rep. lettr. 1710.* p. 395. Huic ſcripto, in quo Kingius negat ideas nos diſtinctas præſcientiæ vel prædeſtinationis Divinæ habere, Anonymus oppoſuit ſcriptum hoc titulo: A Vindication of the Divine attributes. London 1710. 8. *id. p. 413. ſeq.*

SI Academicorum & Scepticorum disciplina, vel eorum, qui inter Christianos etiam recenti memoria nihil sciri à nobis, *a)* vel dubitandum esse de omnibus, *b)* disputarunt, is fuisset animus, ut imbecillitatem modo humani ostenderent ingenii, atque docerent facillime labi nos dogmaticorum præfidentia ac vulgi præcipitatione, communibusque multitudini affectibus & præjudiciis: itaque ut certo cognoscamus vera eaque salutariter ac firmiter teneamus, non modo eautione magna, sed etiam

o) V. C. Christianus Wolfius cum omnes Philosophos distinxisset in *Dogmaticos Scepticosque* (differunt autem à Scepticis etiam *Academici*, qui nihil contendunt comprehendi posse, cum Scepticis hoc ipsum etiam dubium esse videatur:) Dogmaticos iterum ait esse vel *Dualistas*, qui duo non dubitant dari substantiarum genera, corpora & spiritus; vel *Monistas*, qui unum tantum substantiæ genus admittunt; eosque iterum vel *Idealistas*, quibus soli spiritus sunt substantiæ, corpora nihil nisi mera phantasmata: vel *Materialistas*, quibus sola corpora habentur pro substantiis, & quos spiritus vocant alii, pro affectionibus corporum æstimantur. Idealistas iterum distingvit in *Pluralistas*, qui multos distinctos invicem spiritus dari non ambigunt, & in *Egoistas*, qui persvadent sibi non nisi unicum spiritum exstare longe lateque patentem, cujus ipsi sint particula. Confer D. Christophori Mathæi Pfaffii, Cancellarii Tubingensis, Orationem *de Egoismo* editam Tubingæ 1722. 4.

a) *Franciscus Sanchez* in libello, quod nihil scitur, Lugd. 1585. quem cum confutatione & brevi historia Scepticismi edidit *Daniel Hartnaccius*. Sedini 1665. 12.

b) Notum consilium *Cartesii*, & principium ob quod male passim audit ejus Philosophia. Vide *Joannis Faes* exercitationem in Renati de Cartes meditationem 1. de prima Philosophia. Francof. 1681. 8. sed & *Gvilelmi Henrici Beckeri*, quod Cartesius de omnibus initio svadens dubitare, Atheis ideo & Scepticis adscribendus non sit. Regiomonte 1724. 4. Non recte usus dubitatione Cartesius arguitur ab Huctio censura Philosophiæ Cartesianæ cap. 1.

etiam luce ac gratia Divina vehementer indigere, nihil esset in illis magnopere reprehendendum. Viderit igitur hocne, an alio sensu Jobum & Salomonem Scepticos fuisse perhibuerit laudatus Jac. Frid. Reimmannus, *c)* vel Petro Danieli Huetio *d)* visa sit nulla veterum Philosophorum secta Christianismo accommodatior quam illa Ephecticorum, Academicorumque.

II. Sed omnes hi, qui scepsin universe adeo commendant, & tam multi sunt in dubitatione usque quaque svadenda, & in exaggeranda humani imbecillitate ingenii, & diversitate morum, gustus & opinionum, quæ reperitur in hominibus, & parum urgent tamen impar, (quod candidos & attentiores non potest latere) pondus & impares gradus probabilitatis argumentorum, quibus tam variæ hinc inde sententiæ invicem in rebus magni momenti, sanorum hominum judicio clare possunt distingvi: non modo videntur frigidam suffundere profanis hominibus, examen omne præ voluptate & ignavia respuentibus, & facili hoc negotio liberari se gaudentibus omni labore pretium, & vim rationum, quæ pro Religione faciunt ponderandi: sed etiam alios deterrent à diligentiore inquisitione tanquam parum profutura: deinde dubia & incerta cum certis & exploratis confundendo vim maximam veritati & hominibus damnum infligunt. Ecquis enim

Ppp 2 probet

c) Observatt. selectarum Hallens. T. VIII. Obs. 13. cui jungere licet, quæ *Reinhardus Henricus Rollius* in Salomone non Sceptico. Rostoch. 1710. 4. præcipue vero *Arnoldus Wesenfeldius* in exercitatione de natura, origine, varietate, usu &. abusu dubitationis altera de ignorantia & dubitatione pia & docta à Septicismo vindicata, tertia denique, in qua Salomo ab intentata Septicismi nota liberatur. T. I. Exercitationum subcesivarum, quæ lucem viderunt Francofurti ad Viadrum 1719. 8. sectione I. & 2. & Tom. 2. sect. 2. Vide sis etiem Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen A. 1705. p. 181. atque si tanti hæc, quæ pridem notavi in Codice pseudepigrapho Veteris Test. T. I. p. 1059. seq.

d) *Foucherius* Presbyter, auctor scripti, Reponse à la Critique de la recherche de la verité sur la Philosophie des Academiciens, qui Patres Ecclesiæ Academicos fuisse, & leges Academicæ Philosophiæ non male cum Christianismo congruere, disputat: denique optat ab Huetio impleri promissum, quo idem probaturum se uberius recepit, *que Mr. Huet s' acquitte bien-tot de la promesse qu'il a faite de faire voir que les sectes de Philosophie, qui apprenent à douter, s'accordent mieux que les autres avec le Christianisme.* Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1686. pag. 558. Idem est Foucherius, cujus A. 1687. 12. prodiit Apologia Academicorum, Dissertation sur la recherche de la verité contenant l'Apologie des Academiciens, ou l'on fait voir que leur maniere de Philosopher est plus utile pour la Religion, & la plus conforme au bon sens. Hist. des Ouvrages des Savans A. 1688. Juin. p. 253.

Digitized by Google

probet judicem, qui profiteatur nihil videre ſe certi, & tamen ſententiam dicat capitis, & fortunis atque honoribus exuat eos, quorum cauſa agitur. Hoc porro in ſe ipſis faciunt Sceptici, & de rebus Divinis & humanis, de virtute, de vita, de anima, de ſalute ſua decernunt factis ipſis, & tamen profitentur de omnibus ſe rebus dubitare, de quibus vel non dubitant, vel non poſſunt dubitare ſi ſapiant. Sunt igitur rogandi illi, qui ſcripta Mottani Vayeri, *e)* tantis laudibus efferentis Scepticem, vel Bælii, *f)* vel etiam Petri Danielis Huetii *g)* poſtumum de imbecillitate intellectus humani librum ideo tam avide evolvunt, quo ignaviæ, vel vitiis ſuis, vel impietati patrocinium inveniant: ut rem ſuam, ſeriam, maximam agi cogitent, in qua miſerum & ſtolidum ſit effugium, oculos claudere, ut nihil videri à te affirmare poſſis; vel negare te videre, quod pulchre videas.

III. Cicero lib. 2. de officiis c. 1. objicienti, quomodo Academicus, qui nihil ait poſſe percipi, valeat præcepta vitæ tradere, cupit ſatis cognitam eſſe Academicorum ſententiam, *non enim,* inquit, *ſumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam quid ſequatur. Quæ enim iſta eſſet mens, vel quæ*

e) *Vayeri* ſcripta ſæpius ſeorſim & junctim 2. Volum. fol. Pariſ. 1651. 1656. & deinde auctiora aliquot lucubrationibus XV. voluminibus in 12. Pariſ. 1669. excuſa ſunt. De Vayero ipſo, qui A. 1672. octogenario major obiit, Claudius Perraultus in elogiis centum virorum illuſtrium Gallorum Gallice vulgatis T. 2. p. 129. Chriſtianus Thomaſius in Dialogis menſtruis Germanice editis Lipſiæ A. 1689. p. 670. ſeq. & Bælius in Lexico.

f) *Bælius* in Lexico tum alibi, tum in voce *Pyrrhon* & ad calcem operis, eclairſiſſement ſur le Pyrrhoniſme. Adde *D. Chriſtophor. Matthæi Pfaffii,* Cancellarii Tubingenſis, diſſertationes tres anti-Bælianas, contra Bælium ſub Abbatis Sceptici perſonâ dogmata Chriſtiana oppugnantem, Tubing. 1720. 4. *Bibl. ancienne & moderne* Tom. 15. pag. 176.

g) Huetii liber per quadraginta fere annos ſuppreſſus in auctoris ſcriniis, poſt ejus fata Pariſiis primum, deinde etiam Amſt. 1723. 12. prodiit: traité Philoſophique de la foibleſſe de l'eſprit humain, ex Gallica in Germanicam lingvam verſus & notis non contemnendis illuſtratus eſt à V. C. Chriſt. Friderico Groſſio. Francof. 1724. 8. addita appendicis loco diſquiſitione Iſaaaci Barrow ex lectione ejus quarta Mathematica, quare extra Mathematicas diſciplinas, demonſtrationes rariores reperiantur. Exſtat etiam *Joſuæ Glanvillii* ſceptica ſcientifica adverſus vanitates dogmaticorum. Lond. 1665. 4. Anglice. *Paulo Pelliſſonio* autem, qui in libro Reflexions ſur les differens de la Religion, Pariſ. 1686. 12. putat Proteſtantibus neceſſe eſſe, ut vel in Septiciſmum delabantur vel auctoritati traditionis & Eccleſiæ Romanæ cedant, (Nouvell. Rep. lettr. 1686. p. 743.) jungendus *Joannes la Placette* liber de Septiciſmo Eccleſiæ Romanæ, qui ex Latino Gallice verſus exſtat & Anglice. Bibl. univerſelle T. IX. p. 105.

Digitized by Google

quæ vita potius, non solum disputandi, sed etiam vivendi ratione sublata? Nos autem, ut cæteri, qui alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab his dissentientes, alia probabilia, contra alia improbabilia esse dicimus. Quid est ergo quod me impediat ea, quæ mihi probabilia videantur sequi, quæ contra, improbare, atque affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quæ à sapientia dissidet plurimum. Sed aut mera est de nomine concertatio, aut non minoris arrogantiæ est negare, quod omnes affirmant, & quod ipse putes in vita sequendum esse: vel stupiditatis ea, quæ pro incertis ducere non desinas in rebus momenti maximi, constanter sequi. Quod idem etiam de Scepticis dicendum, qui in vita Scepticos se esse negant, ut multis locis Sextus diserte lib. 1. Pyrrhon hypotypos. cap. XI. & ult. & lib. 7. adversus Mathemat. p. 376. & lib. ult. p. 720.

IV. De universa Academicæ & Scepticæ Philosophiæ ratione non opus referre, quæ dicta sunt ad *Ciceronis* quæstiones Academicas, à Petro Fabro erudite illustratas, & ad *Sextum* Empiricum *b)* editum à me Lipsiæ 1718. fol. Obvia etiam, quæ de Sceptica disciplina ad *Diogenis Laërtii* librum nonum viri docti: & quæ ex *Ænesidemo* Photius Cod. 212. *Nicolai* vero *Cabasilæ*, Archiepiscopi Thessalonicensis dissertationem de Criterio Veritatis adversus Scepticos ex Bibl. Vindobonensi exspectamus, sicut *Claudii Ptolomæi* libellum περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ, de judicandi facultate verique & falsi regula & animi principatu, Græce cum versione & notis edidit Ismaël Bullialdus Paris. 1663. 4. & *Galeni* librum περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας, de optima disciplina, quo adversus Scepticos disputat, habemus inter summi illius viri opera & ad calcem Sexti Empirici ediionis Græco-Lat. Genevensis: & alterius *Sexti* dissertationes anti-Scepticas Græce & Latine dedi Volum. XII. Bibl. Græcæ p. 617. sq. Spes etiam facta novarum *Jacobi Thomsoni i)* ad Sextum Empiricum animadver-

b) Fallitur Franc. Philelfus, qui Sextum Empiricum Peripateticæ disciplinæ acutissimum appellat lib. XXVI. Epist. 1. p. 178. & Andreas Dacerius vir doctiss. qui Afrum facit, in vita Plutarchi p. 75. *on sait que Sextus Pyrrhonien étoit d'Afrique.* Mores certe suos à moribus populorum Libycorum diserte distingvit lib. 3. Pyrrhonianar. hypotypos. sect. 213. De nova autem editione Sexti ejusque Philosophia adiri possunt Acta Erud. Latina A. 1718. p. 337. & Germanica LIV. T. V. p. 381. Journal des Savans A. 1719. p. 669. Bibl. ancienne & moderne T. XIV. p. 1. Thomasische Bibliothec T. 1 pag. 448. seq. Samuel Sorbierius in Opusculis Miscellaneis Gallice editis, Lettres & discours, Paris. 1660. 4. &c.

i) Bibl. Theologico-Philolog. Bremens. T. 4. p. 1085. Bibl. Germanique T. 3. pag. 259 Bibliotheca literaria, quæ vulgari cœpit Londini 1722. 4. num. 2. p. 42.

Digitized by Google

adversionum. *Philippi* enim *Jacobi Maussaci k)* commentaria, & *Casparis Barlai* lucubrationes Sexto oppositæ interciderunt, licet Barlæus in litteris ad Petrum Cunæum datis jam 28. Dec. 1631. p. 431. *Libros meos de Sceptica Philosophia, oppositos libris tribus Pyrrhonianarum hypotyposeon Sexti Empirici magnam partem absolvi.* Interim lucem viderunt *Martini Schoockii* de Scepticismo *libri quatuor*, Groning. 1652. 12. quibus Sextum plane enervatum scribit Jo. Andreas Planerus V. C. in paradoxis Logicis, publici juris factis Witebergæ 1701. 4. paradoxo VII. Librum Sexti adversus Grammaticos publicis prælectionibus confutatum à laudato *Barlao*, testis etiam *Vossius* lib. 1. Aristarchi c. 3. cujus observatis addenda, quæ contra Sextum disputat *Claudius Dausquejus* præfat. ad partem posteriorem suæ Orthographiæ. Argumenta Sexti adversus Rhetoras idem quem supra dixi *Nicolaus Cabasilas* evertit, cujus scriptum itidem manu exaratum Græce servatur in Bibl. Cæsarea Vindobonensi. Argumenta adversus Geometras excussit *Gvilelmus Langius* libro de veritatibus Geometricis primo. Hafniæ 1656. 4. Quæ autem libro ultimo disputantur à Sexto, ut differentiam inter justum & injustum, bonumque & malum morale labefactet & incertam reddat, confutavit Jacobus Schallerus singulari exercitatione adversus Sextum Empiricum, Argentorati edita. Alia de Scepticis vel contra Scepticos dabunt:

Tho. Stanleius Histor. Philosophicæ parte XI. pag. 918. seqq. editionis Lipsiensis 1711. 4. quæ ex Anglico Latine lucem vidit curante desideratissimo D. Godfrido Oleario.

Jacobi Arrhenii diss. de Pyrrhonia secta. Upsal. 1708. 8.

De eadem *Huetius* libro memorato, ubi etiam Scepticos recenset & Academicos, quod idem facere me memini lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 3. & 33.

Jo. Friderici Heunischii diss. de Philosophis aphilosophis sive Scepticis. Lipsiæ 1681. *Gabrielis Wedderkopfii* diss. de Scepticismo veteri & recenti, Argentorati habita &c.

Epictetus contra Epicureos & Academicos disputans apud Arrianum lib. 2. Epictetearum diss. cap. 20.

S. Augustinus libris tribus contra Academicos, T. 1. Opp.

Jo. Franciscus Picus libro secundo examinis vanitatis Gentium.

Marii Mersenni, ex Ord. Minorum, la verité des sciences, contre les Sceptiques ou Pyrrhoniens. Paris 1625. 8.

Samuel

k) Vide lib. IV. Bibl. Græcæ cap. 18.

Samuel Parkerus diff. fexta de DEO & Providentia.

Petri de Villemandy, Profefforis Salmurienfis Scepticifmus debellatus. Lugd. Bat. 1697. 4. Hift. des Ouvrages des Savans A. 1697. Febr. p. 240.

Ejusd. Manuductio ad Philofophicæ Ariftotelicæ, Epicureæ & Cartefianæ parallelifmum, Amft. 1685. 4. Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1685. p. 1143.

The moralifts, or a Philofophical Rhapfody, being a recital of certain converfations, upon natural and moral fubjects. Lond. 1709. 8. Dialogi, quibus Pyrrhonius de DEO ejusque Providentia convincitur. *Bibl. choifie* T. 19. p. 332.

Senfus communis, an effay on the freedom of wit and humour, in a letter to a friend. Lond. 1709. 8. & Gallice, fub titulo: Effai fur l'ufage de la raillerie & de l'enjoument. Hag. 1710. 8. *Bibl. choifie T. 19.* p. 436. *Cenfura temporum T. 2.* p. 579. *Recueil de diverfes pieces de Mrs. Leibnitz, Clarke, Newton. T. 2.* p. 247. feq.

D. Gottlob Fridrich Seeligmanni differtatio XXI. inter junctim editas à genero D. Henrico Pippingio, Drefdæ 1711. 8. eft contra libertinifmum fentiendi & credendi. Differtatio XXIII. de Theologo ἀπορητικῷ five Sceptico.

Des Droits des deux Souverains en matiere de Religion, la Confcience & le Prince, pour detruire le dogme de l'indifference des Religions & de la Tolerance univerfelle. Contre un livre intitulé: Commentaire Philofophique fur ces paroles de Parabole, Contrain les entrer. Roterdam 1687. 12. *Bibliotheque Univerfelle T. 5.* pag. 296.

Contra librum *free thougts on Religion, the Church & National happines.* Lond. 1720. 8. & Gallice: *Penfées libres fur la Religion, l'Eglife & le bonheur de la Nation,* a la Haye 1722. 12. Memoires literaires de la grande Bretagne T. 4. p. 205.

D. Val. Ernefti Lœfcheri Nöthige Reflexiones über das Buch penfees libres &c. Drefd. 1723.

D. Joannis Mufæi de libertate Philofophandi, h. e. de doctrina Religionis pro lubitu judicandi, fentiendi & docendi differtatio, oppofita tractatui Theologico-Politico Spinofæ. Jen. 1667. 4.

Contra

Contra librum Anglice primum editum Lond. 1713. 8. * & deinde Gallice versum editumque Amst. 1714. 8. de libertate cogitandi, *(a discourse of free thinking)*

1. Remarks upon a late discourse of free thinking, by *Phileleutherus Lipsiensis*, partes duæ. Lond. 1713. 8. & deinde sæpius, ita ut quinta jam editio eruditi hujus solidique scripti viderit lucem A. 1716. Bibl. Angloise T. 1. pag. 413. 437. Acta Erud. 1714. p. 312. & A. 1715. p. 5. Notum est sub Phileleutheri Lipsiensis nomine latere doctrinæ & ingenii laude cumulatissimum virum *Richardum Bentley*.
2. The clergyman's Thanks to Phileleutherus for his remarks on the late discourse of freethinking in a letter to Dr. Bentley. Lond. 1713. 8.
3. Examen du traité de la liberté du penser. Amst. 1718. 8. auctor vir acutissimus *Jo. Petrus Crosa*. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1717. p. 680. Bibl. ancienne & moderne T. 8. p. 444. Unschuldige Nachrichten A. 1718. p. 827.
4. *Wilhelmi Whistoni* reflexions on an anonymous pamphlet, entituled, a discourse of free thinking. Lond. 1713. 8.
5. *Samuel Pycroft* brief enqviry into free thinking in matters of Religion. Cantabrig. 1713. 8. Acta Eruditor. A. 1714. p. 289. Memoirs of literature Tom. 2. p. 401. Memoires de Trevoux 1713. pag. 1292.
6. Mentor moderne (ex Anglico, the Gardien) T. 1. diss. 3. Amst. 1724. 12.
7. Remarks of *Mr. Hoad'y*, Bishop of Bangor, upon a discourse of free thinking.
8. *D. Jo. Francisci Buddei* commentatio Theologica de libertate cogitandi, Jenæ 1715. 4.
9. *D. Christophorus Matthæus Pfaffius* diss. de præjudiciis Theologicis p. 628. seq. Hagæ Com. 1715. 8. & in primitiis Tubingensibus parte 2. p. 85. seq. Tubing. 1718. 4. nec non in dissertatione de Evange-

* Auctor libri hujus non Joannes Tolandus, ut traditum in Actis Erud. A. 1714. p. 229. & in relationibus vernaculis (Unschuldige Nachrichten) A. 1718. pag. 827. sed Tolandi amicus, *Antonius Collinus*, armiger, cui ille ἀδεισιδαίμονα suum dedicavit.

Evangeliis * ſub Anaſtaſio Imperatore non corruptis, quæ parte priore earundem primitiarum recuſa legitur.

10. Free-thinking rightly ſtated, wherein a diſcourſe (falsly ſo called) is fully conſider'd. Prov. XIV, 6. *Quærit deriſor ſapientiam & non invenit. Doctrina prudenti facilis.* Lond. 1713. 8.

Memoires de Trevoux A. 1718. p. 565.

Le parti le plus ſur, ou la verité reconnüe en deux propoſitions: 1) le droit qve nous avons à la connoiſſance des veritez tant Divines qv'humaines eſt ſujet à de certaines modifications qui reglent l'uſage que nous devons faire de nos penſées. 2) l'obligation ou nous ſommes d'avoir de la Religion, conſiſte à regler nos penſees de la maniere la plus ſure pour en connoitre les veritez: au ſujet du diſcours de la liberté de penſer, par le Chevalier à qui l'auteur de ce diſcours l'avoit adreſſé. à Bruxelles 1715. 8.

D. Jo. Conradi Danhaweri, Theologi Argentoratenſis, diſſ. de Gallioniſmo. ad Actor. XVIII. 14. ſq. Argentorat. 1664. & in faſciculo ejus diſquiſitionum Lipſ. 1700. 4. num. XIX.

D. Johannis Fechtii, Theologi Roſtochienſis, hiſtoria & examen novæ Theologiæ indifferentiſticæ, ſive Religionis univerſalis, edente filio M. Guſtavo Friderico Fechtio. Roſtoch. 1721. 8.

D. Gottlieb Wernsdorfii, Theologi Witebergenſis, de Indifferentiſmo Religionum commentatio (adverſus perſonati Erici Friedliebii † Unterſuchung des Indifferentiſmi Religionum.) Witeb. 1716. 4.

D. Jo. Petri Grunenbergii, Theologi Roſtochienſis, diſſ. de Atheorum religione prudentum. Roſtoch. 1701. 4.

D. Joh. Frid. Erneſti Kettneri, Superintendentis Eccartsbergenſis, poſtea Quedlinburgenſis, Exercitationes Hiſtorico Theologicæ de Religione Prudentum. Jenæ 1701. 4.

Ejusdem Schrifftmäßiges Bedencken de Religione Eclectica, oder von derjenigen Religion, da ein Gelehrter aus allen Religionen das Beſte erwählet, und ſich entweder gar nicht, oder nicht völlig zu der wahren Parthey wendet. Jen. 1702. 4. Subjuncta *D. Jo. Fabricii,* Theologi Helmſtadienſis, diſſ. de ſana Theologia Eclectica, non admittente

Qqq

* Confer, ſi placet, quæ de his dixi Tomo 3. Codicis Apocryphi Novi Teſtamenti pag. 539.

† L. Ennonis Brenneyſen.

tente quaslibet interpretationes vel opiniones, ſed omnia probante & quod bonum eſt retinente, ex Apoſtoli monito 1. Theſſ. V, 21. quo nihil humanius, nihil Divinius eſſe dictum, ait Thomas Burnetus præf. ad librum IV. theoriæ ſacræ telluris. Ad eundem Pauli locum conferenda *D. Henrici Clauſingii*, Theologi Lipſienſis, diſſertatio de *δοκιμασία πάντων*, nuper edita Lipſiæ 1722. 4.

Anonymi Thorheit der Klugen, contra Oſwald Henricum Ermelingium, auctorem ſcripti de religione eclectica: & alterius, quod A. 1703. 8. editum, inſcribitur, Entdeckte Thorheit der Klugen.

M. Reinhardi Ludovici Pfalzgrav diſſ. de indifferentiſmo Religionum explodendo. Halæ Sax. 1718. 4.

Joannis Clerici liber contra indiffentiam religionum, ad calcem Grotii de veritate relig. in editione Amſt. 1724. 8.

Moſis Amyraldi liber, Traité des religions, contre ceux qui les eſtiment indifferentes. A. 1631. & 1652. quem ex Gallico Germanice vertit B. Adrianus Steger, Coſ. Lipſ. 1667. 12. Dividitur in partes tres, quarum *prima* oppoſita eſt Epicureis Providentiam Divinam negantibus: *ſecunda* docet neceſſitatem Religionis Revelatæ, & *tertia* unam veram Religionem neceſſario præferendam cæteris, eamque eſſe Chriſtianam. Quod autem in Ancillonianis T. 1. p. 132. legas nullum aliud Amyraldi ſcriptum præter hoc bis eſſe ſubjectum prælo, multis exemplis refellitur in Novellis Reip. literariæ A. 1699. p. 285. ſeq.

Benedicti Picteti liber contra Religionum indifferentiam, Gallice editus Genev. 1692. & auctior 1716. 12. Anglice ex priori editione Lond. 1698. *Nouvell. Rep. lettres* A. 1717. p. 141.

D. Jo. Gottlob Stolzens 20. allgemeine Præjudicia. Lübben 1721. 8. Unſchuldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen A. 1722. p. 155.

CAPUT

CAPUT XXIV.

De Concordia Rationis & Fidei: & Religionem Christianam sanæ Rationi minime repugnare.

I.

Bene S. Bernhardus Epistola 190. *Quid magis contra rationem, quàm ratione rationem conari transcendere? & quid magis contra fidem, quam credere nolle quicquid non possis ratione attingere.* Sed non minus bene S. Augustinus lib. 1. de Genesi ad litteram: *Hoc indubitanter tenendum est, ut quicquid Sapientes hujus Mundi de natura rerum veraciter demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium: quicquid autem illi in suis voluminibus contrarium sacris litteris docent, sine ulla dubitatione credamus id falsum esse, & quoquomodo possumus, etiam ostendamus, atque ita teneamus fidem Domini nostri, in quo sunt absconditi omnes thesauri Sapientiæ, ut neque falsæ Philosophiæ loquacitate seducamur, neque simulatæ Religionis superstitione terreamur.* S. Chrysostomus in Matth. XXI, 23. editus à Cotelerio T. 3. Eccles. Græcæ monument. p. 130.

Ἀλλ' ὅρα τί φησιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας· μὴ γὰρ ἀργῶς ἡμῖν ὁ Θεὸς δέδωκεν λογισμοὺς; μὴ γὰρ ἁπλῶς εἰλήφαμεν τὸν νοῦν τὸ κριτήριον; δεῖ καὶ λογισμοῖς ἐρευνᾷν τὴν πίστιν, καὶ μὴ ἀνεξέταστον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, καλῶς. ἀλλὰ τῆς ἐξετάσεως ὅρον εἶναι δεῖ διὰ τὰ θεῖα λόγια, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ ἡμῖν δοθέντας τῆς εὐσεβείας κανόνας. σὺ δὲ τοὺς κανόνας ὑπερβαίνων, οὐ στοιχεῖς ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἀλλὰ πολυπραγμονεῖς τὰ θεῖα, καὶ βιάζει τὴν ἀλήθειαν, καὶ πανταχοῦ σπεύδεις καὶ λογισμῶν ἀνωμαλίᾳ μᾶλλον ἀκολουθῆσαι, ἢ πίστει δουλεῦσαι· ὥσπερ τῶν ἄλλων κατειληφὼς τὴν πεῖραν, ἢ τῶν ἄλλων ἐν πείρᾳ γνώ-

Attamen vide quid dicat inimicus veritatis; num enim frustra nobis dedit DEUS rationum vim? Num temere accepimus mentis judicandi facultatem? Oportet rationibus investigare fidem, nec inexploratàm manere pietatem. Rectè. Sed disquisitionis limes & norma esse debent, divina Scripturarum oracula, quæque nobis à Numine traditæ sunt religionis regulæ. Tu verò regulas supergrediens, non inhæres divinitus inspiratis Scripturis, sed divinas res curiosè ac temere inquiris, & vim infers veritati, necnon ubique affectas, rationum magis sectari salebras, quam fidei servire: quasi aliorum peritiam habeas,

γινόμενος τῶν ὁρωμένων. ἀπάγγειλόν μοι λογισμῶν ἀκολουθίᾳ χρησάμενος, πῶς ἕστηκεν ὁ οὐρανός. κ. τ. λ.

beas, aut aliorum, quæ nempe cernuntur, experientiâ gnarus sis. Renuncia mihi, ordine rationum usus, quo pacto cœlum stetit, &c.

Duo igitur hinc inde extrema *a)* pariter vitanda sunt, ut neque sine examine cuicunque in qua nati sumus religioni temere assentiamus, aut quamcunque Divinorum oraculorum interpretationem cœco assensu sine inquisitione amplectamur: neque vicissim religioni quam πάσης ἀξίαν ἀποδοχῆς & Divinam compererimus, detrectemus fidem, aut sensum Scripturæ apertum sollicitemus, etiam si Ratio rem & modum singularum rerum propositarum ad plenum non capiat. Ita Ethnicorum calumnia Christianos persvasionis vanæ & irrationabilis *b)* credulitatis arguentium

a) Sermons de Mr. l'Abbé du Jarry, Paris. 1709. 12. sermon pour le jour des Rois: *Nous avons à éviter deux écüeils également à craindre; à sçavoir d'examiner trop la Religion, & de ne l'examiner pas assez: car être Chrétien parce que l'on est né de Parens Chrétiens, comme l'on seroit Turc si l'on étoit né de Parens Turcs; être prest de mourir pour la défense d'une Religion (car voila la disposition où nous devons être) être prêt, dis-je, de mourir pour la défense d'une Religion, seulement parce que nous y avons été élévez; ce seroit plûtôt une stupidité grossiére, qu'une Foi soumise: comme raisonner, reflechir, disputer sans cesse sur les articles de la Religion, c'est moins une Foi éclairée qu'une curiosité dangereuse, pour ne pas dire une infidelité secrette. Il faut donc raisonner & se servir de raison pour sçavoir si nôtre Religion vient de Dieu; & quand nous sommes une fois éclairez sur ce point, il faut renoncer à sa raison, pour croire tous les autres. Si vous embrassez une Religion sans sçavoir d'où elle vient, vous êtes un insensé: si vous doutez de cette Religion aprés avoir connu que Dieu en est l'Auteur, vous êtes un infidelle. C'est pour cela qu'il y a deux choses à considerer dans celui qui croit; le motif qui lui fait embrasser la Foi, & qui lui en fait produire les actes; l'habitude, & les actes de cette Foi même. Le motif qui nous attache à la Foi, c'est de sçavoir qu'elle vient du Ciel; & voilà où le raisonnement est necessaire. L'acte de la Foi, c'est de croire des veritez qu'elle nous enseigne, toutes incomprehensibles qu'elles sont; & voilà où il ne faut point de raisonnement. Les motifs de nôtre crédulité rendent d'un côté nôtre Foi évidente; & d'ailleurs les Mysteres qu'elle nous propose, sont si fort au-dessus de nôtre raison, qu'il faut renoncer à l'une pour croire les autres. Il faut donc lever les yeux vers le Ciel, pour découvrir l'étoile de la Foi, & l'origine de la Religion Chrétienne qui vient de Dieu: mais aprés l'avoir découverte, nous sommes obligez de la suivre, comme les Mages, jusqu'à ce qu'elle nous conduise à JESUS-CHRIST.*

b) B. D. Christianus Kortholt in obtrectatore pagano lib. 1. c. 9. 10. 11. & in diss. de CHristo Crucifixo Judæis scandalo, Gentilibus stultitia, credentibus autem DEI Potentia & Sapientia. Kilon. 1686. 12.

guentium facile concidit, quando illis CHriftum DEI Virtutem & DEI Sapientiam datur cognofcere (1. Corinth. I, 24.) & aliorum criminatio, qui contradictoria nos *e)* & rationi adverfa credere arguunt, aperte retunditur. Nam eo modo, quo illa credimus, Myfteria rationi repugnare neutiquam comprehendimus: illis autem modis, quibus expofita, rationi repugnant, & repugnare demonftrantur, à nobis minime creduntur. Præclarum igitur *Cartefii* monitum, quod ita fe habet princip. Philofoph. part. 1. artic. 76. *Præter cætera memoriæ noftræ pro fumma regula eft infigendum, ea quæ nobis à DEO revelata funt, ut omnium certiffima effe credenda. Et quamvis forte lumen rationis quam maxime clarum & evidens, aliud quid nobis fuggerere videretur, foli tamen auctoritati Divinæ potius quam proprio noftro judicio fidem effe habendam. Sed in iis, de quibus fides Divina nihil nos docet, minime decere hominem Philofophum aliquid pro vero affumere, quod verum effe nunquam perfpexit, & magis fidere fenfibus, hoc eft inconfideratis infantiæ fuæ judiciis, quam maturæ rationi.* Hujus regulæ neglectum præcipuam multis litibus anfam dediffe, probe notat *Gerhardus de Vries* in exercitatione, quam ad hunc locum fcripfit de officio Philofophi circa revelata. Huic jungi porro poffunt:

Galileus Galilei in novantiqua Patrum & Theologorum Doctrina de S. Scripturæ teftimoniis in conclufionibus mere naturalibus, quæ fenfuum experientia & neceffariis demonftrationibus evinci posfunt, temere non ufurpandis. Auguftæ Treboccorum five Argentorati 1636. 4. cum præfatione Matthiæ Berneggeri, Latine & Italice.

Chriftophori Wittichii diff. 2. de S. Scripturæ in Philofophicis abufu, & Confideratio Theologica de ftylo Scripturæ: ejusdem Confenfus Veritatis revelatæ cum Philofophia &c.

Johannis Brunsmanni Gratia Naturæ interpres.

Anonymi Meditatio de abufu Scripturæ Sacræ in adfignandis phænomenorum naturalium caufis, inferta Bibliothecæ Theologico Philologico Bremenfi T. V. p. 877. feq.

e) Confer Jo. Adolphi Turretini diff. utrum ἀσύςατα five contradictoria credi poffint Genev. 1716. 8. & D. Chriftoph. Matthæi Pfaffii diff. apologeticam de contradictoriis, num proprie loquendo credi poffint, (in ejus primitiis Tubingenfibus 1718. 4. p. 237. fq.) & Danielis Maichelii examen differtationis Turretinianæ Tubing. 1718. 4. Gundlingiana XIV. p. 340. Bibl. ancienne & moderne T. 7. pag. 403. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1717. p. 265.

Jo. Christophori Becmanni diff. de antropopathia styli sacri. Francof. ad Viadrum 1711. 4.

Joannis la Placette traité de l'autorité des Sens contre la Transsubstantiation. Amst. 1700. 12. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1700. T. 2. p. 516. *Acta Erud.* A. 1700. p. 529. Altes und Neues von Theologischen Sachen A. 1701. p. 100. *Memoires de Trevoux* A. 1701. T. 2. p. 148. seq. *& supplemento edit. Amst.* p. 9. seq.

Lamberti Veltbusii dissertatio de usu rationis in rebus Theologicis, & præsertim in interpretatione S. Scripturæ. Ultraject. 1668. 12. & T. 1. Opp. p. 101. seq. Roterdam 1680. 4. Ejusdem demonstratio, in qua ostenditur neque doctrinam de motu Solis ac motu Terræ, neque principia Philosophiæ Renati des Cartes Verbo DEI contraria esse, contra Joannis du Bois nuditatem Philosophiæ Cartesianæ detectam. id. T. 2. p. 1045. seqq.

Andreæ Wissowatii Religio rationalis de rationis judicio in controversiis etiam Theologicis ac religiosis adhibendo. Amst. 1685. 12. Nouvell. de la Rep. des lettr. 1684. T. 2. p. 175.

Josephi Taylori liberty of prophesying sect. 10. pag. 1015. seq. Opp. polemicor.

Anonymi Traité de la Raison humaine, traduit de l'Anglois 1675. & augmenté d'une preface, qui contient plusieurs autoritez justificatives des sentimens de l'Auteur. Amst. 1682. 1699. 12. *Hist. des Ouvrages des Savans* A. 1699. p. 251. *Bibl. Universelle* T. 17. p. 387.

Nicolai Vedelii rationale Theologicum, sive de necessitate & vero usu principiorum Rationis in argumentis Theologicis libri tres, Genev. 1628. 8. Hunc Vedelii librum (in quo rationis judicio nimium auctoritatis tribuit etiam in iis, quæ supra captum ac cognitionem rationis posita ipse debuit confiteri, perinde ut Wissowatius, Taylorus & alii,) ad examen revocarunt *Abraham Calovius* in Consideratione rationalis Theologici, Rostoch. 1636. 4. *Jo. Musæus* de usu principiorum rationis & Philosophiæ in controversiis Theologicis, Jen. 1644. 1647. 4. *Christianus Steenbuchius*, Hafniæ 1663. 4. *Hieronymus Reckleben*, Lips. 1633. 4. &c.

D. Joannis Gerhardi de judicio Spiritus S. in rebus Fidei. Tom. 2. dispp. Academ. p. 1477. seq. & p. 625. seqq. de judicio circa contradictoria in rebus Fidei.

D. Kiliani

D. Kiliani Rudraufii diss. de Philoſophia in Theologia ad obſequium CHriſti conſtricta: & alii interpretes ad 2. Corinth. X, 5.

D. Chriſtiani Kortholti de rationis cum Revelatione in Theologia concurſu, contra Wiſſowatium. Kilon. 1692. 4.

D. Severini Lintrupii ad B. Maſii velitationem Epiſtolarem cum Paulo Infantio, præfatione de *Reformatis*, Rationis judicio in controverſiis Theologicis nimium tribuentibus. Hafniæ 1718. 4. Confer *Jacobi Martini* Collegium anti-Calvinianum de Principio Fidei diſp. 7. ſeq. *Jo. Chriſtoph. Seldii* Topicam Calvinianam. *D. Jo. Olearii* ſynopſin errorum Calvinian. §. VII. &c.

Georgii Wolfgangii Wedelii exercitatio de uſu rationis humanæ in ſacris. Jen. 1713. 4. *Acta Erud.* A. 1714. p. 41.

Contra *Socinianos*, Rationis judicio, ubi Scripturæ ſententia audienda eſt, plus quam par eſt, tribuentes adiri poſſunt Jo. Hoornbeckius T. 1. Socinismi confutati cap. 6. p. 91. ſeq. & ex noſtris Balthaſar Meiſnerus aliique à laudato Oleario in ſynopſi Controverſiarum cum Socinianis §. XI. allegati. Contra *Arminianos* D. Abraham Calovius Conſideratione Arminianiſmi p. 50. 275.

Bene Ludovicus Vives de Veritate Fidei lib. 1. pag. 290. *Major eſt veritas rerum quam noſtra ratio, ſed non quod rationem noſtram ſuperat, protinus eſt & contrarium, inimicum, repugnans. Multo eſt aliud ſuperari, quam adverſari. Quocirca quæ contra pietatem noſtram finguntur rationes, vel vana ſunt prorſum, & primo ipſo aſpectu deridicula & contemnenda, vel doloſa aliqua & fraudulenta ſpecie contectæ atque involutæ. Porro DEI myſteria quantum quidem ad captum noſtrum attinet, duorum ſunt generum. Altera ad noſtram ſalutem pertinent, hoc eſt, illorum cognitio neceſſaria eſt huic conficiundo itineri, quod ad felicitatem noſtram ducit: altera ſunt arcana, recondita, quorum intelligentia non eſt nobis neceſſaria. Ita ſumus à DEO indulgenter tractati, etiam poſtquam ab illo diſceſſimus, meriti pœnas & ſupplicia graviſſima, ut ad minime neceſſaria minimum quoque lucis acceperimus: contrà ad ea, quæ nobis noſſe expediebat, plurimum. Haud aliter quam utiliſſima nobis in natura in promptu ſunt cunctis, cœlum, aër, aqua, fruges, animantes cicures, aditus eſt cuilibet ad illa non operoſus: ſupervacua vero ſepoſuit DEUS longiſſime, raras aves, piſces exquiſitos, feras, purpuram, gemmas, metalla. De abſtruſis illis myſteriis dicitur, a)* Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne fueris

a) Sirach. III, 22.

Digitized by Google

fueris scrutatus. *tum illud, b)* Scrutator majestatis opprimetur à gloria. *& Paulus jubet* non plus sapere, quam oportet sapere. *c) De necessariis vero est apud eundem Apostolum: d)* Quod notum est DEI, manifestum est illis, DEUS enim illos edocuit. Idem Vives, cum demonstrasset hominem peccato inquinatum, ex Divina luce, in qua creatus fuerat, in tantas incidisse tenebras, ut, quod ait Aristoteles, multa falsa multis veris ei probabiliora jam sint: missum autem cœlitus ad nos JEsum CHristum magistrum Veritatis, qui omnes ipsi obsequentes innocentiæ pristinæ in sentiendo & sapiendo restituat, ignorantiamque & caliginem ab eorum mentibus depellat, subjungit: *Ergo apertis semel à Christo thesauris veritatis, ea deinceps rationes ab iis, qui doctrinæ illi cœlesti paruerunt, e) sunt de pietate inventa tam liquidæ, tam apertæ, validæ, efficaces, inexpugnabiles, ut miremur non incurrisse illas in oculos eorum, qui inter gentes sapientiam profitebantur. Sed nimirum lux addita est rebus à Christo, quam ille cœlitus ad nos detulit, quæ lux illis deerat: quæ si affulsisset, majora & pulchriora indubie quam nos excogitassent, ut erat illorum in disciplina omni tum solertia, tum studium ardentius, quod ex iis licet colligere, quæ sine hac luce invenerunt. Adhibita enim rebus luce, facile est quid quæque res, & cujusmodi sit dicere, & pro iis quæ dixeris argumenta congerere. Parit, sicuti paulo antea dicebam, rationem cognita veritas, & veritatem confirmat adhibita ratio. Quod si nihil est fide nostra verius, quid rationes reformidamus? quarum nulla est contra nos, omnes stant à nobis. Rationis quidem umbra & imago pugnare quandoque in nos potest, ratio ipsa non potest, & illas umbras levi momento lux nostra dispellet. Aurea est pietas nostra, aurea, non deaurata, quo magis sacrificatur & retegitur, hoc pulchrior & præstantior existit, puriorem ac nitidiorem illam reddit bellum quam pax adversus gentes, adversum hæreticos, qui scoria & rubigine conabantur eam obducere: puritatem excellentiæ suæ magis ostendit, quo est acrius agitata & concussa. Hæc est sapientia quam Dominus daturum se suis est pollicitus, f) cui artes, ingenia, calliditates, fraudes, atque astutiæ omnes hominum non possunt obsistere. Non est ergo nobis metuendum, ne pietas nostra detractis velamentis fœditatem ullam oculis contuentium ostendat. Metuant hoc aliæ religiones falsæ, atque umbratiles, in quibus nihil est solidi, ideoque attingi sese non sinunt. Judæus gravatur*

b) Prov. XXV, 27.
c) Rom. XII, 3.
d) Rom. I, 19.
e) Vox Salvatoris nostri Joh. VII, 17. *Si quis voluerit voluntatem Ejus, qui misit me, facere, cognoscet de doctrina utrum ex DEO sit, an ego à me ipso loquar.*
f) Luc. XXI, 15.

Digitized by Google

vatur cum Christiano de lege sua conferre. Muhametes de secta sua disputari omnino vetuit: ne attingatis vitrum tenuissimum, falsum, inane, levissimo contactu statim friatur. Nostra religio intus etiam est quam exterius formosior, solidior, firmior. Accedat quivis, tractet, agitet, scalpat, modo cum ingenio & judicio: thesauros inveniet latentes sub specie egestatis, sapientiam in simplicitate, divinitatem in humanitate, quod & planum fecerunt multi alii, & spero me CHristo Domino & magistro meo propitio, hisce libris patefacturum.

Henr. Hammondi, summi Viri libellus de Christianæ religionis rationabilitate, Anglice editus Lond. 1662. 8. quarta editio, & Tom. 1. Operum junctim editorum, Lond. 1684. fol. & Germanice ad calcem Catechismi ejus practici post primam editionem A. 1646. sæpissime recusi, Gründliche Lehre von dem thätigen Christenthum. Francof. 1696. 8. Belgice * per Johannem Grindalum, Roterd. 1686. 8.

Richardi Baxteri unreasonableness of infidelity. Lond. 1655. 8.

Henrici Mori mysterium Pietatis, libro VII. cap. 9. 10. 11. in Operibus Theologicis Latine editis Lond. 1677. fol.

Defense de la Religion Chrétienne & de l'Ecriture sainte contre les Deistes, par *Jean Baptiste de Rosemond.* à Paris 1681. 12.

Hermanni Alexandri Roëll Oratio inauguralis de Religione rationali, Franeq. 1685. 4. Bibl. Universelle T. 6. p. 377.

Roberti Boyle scripta varia, ut Rationem Religioni non adversari. De possibilitate Religionis. De rebus, quæ supra rationem sunt. De excellentia Theologiæ supra Physicam. De veneratione humani intellectus, DEO debita: quod postremum cum ejusdem scriptoris cogitationibus de stylo S. Scripturæ, Germanice vulgavit Rev. Augustus Hermannus Francke, Halæ Sax. 1709. 8.

Joannes Petrus de Crousaz Tomo secundo sermonum Gallice èditorum, Hagæ 1723. 8. serm. 2. 3. & 4. defendit Apostolos & primos Christianos ab objecta illis stolida credulitate vel enthusiasmo fanatico. In quinto autem docet quantum ratio ipsa hominis à Spiritus S. gratia amplius perficiatur, quo magis serio curent salutem suam, divinaque & attentius quærant & rectius intelligant.

Roberti Fregasson liber Anglice editus. Lond. 1675. interesse Rationis in Religione.

Rrr *Isaaci*

* Bibl. Universelle T. 3. p. 549.

Digitized by Google

Isaaci Jaquelot Conformité de la Foi avec la Raiſon, ou defenſe de la Religion contre les principales difficultez repandües dans le Dictionaire Hiſtorique & Critiqve de Mr. Bayle. Amſt. 1705. 8. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1705. p. 330. Alia adverſus Bælium ſcripta memoravi ſupra p. 384.

Joannis Locke reaſonableneſs of Chriſtianity as delivered in the Scriptures, Lond. 1695. 8. & ex Anglico Gallice, Petro Coſteo interprete, le Chriſtianiſme raiſonnable, tel qv'il nous eſt repreſenté dans l'Ecriture ſainte. Amſt. 1696. 8. Prodiit etiam Gallice altera pars ibid. 1703. 8. in qua leguntur reſponſa Lockii ad objectiones *Eduardi Stillingfleeti, Joannis Edwardi* aliorumque, quæ ſeparatim Anglice prodierant. In editione Gallica ſecunda A. 1715. 8. addita præter Stephanii libellum, *la Religion des Dames*, Diſſertatio de uniendis non obſtante ſententiarum de ſenſus præceptorum CHriſti diverſitate omnium Chriſtianorum animis. *Bibl. ancienne & moderne* T. IV. p. 238. *Journal des Savans* 1716. p. 456. *Hiſt. Critique de la Rep. des lettres* T. 10. p. 1. *Bibl. choiſie* T. 3. artic. 8. *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* A. 1703. pag. 79. *Journal literaire* T. 7. p. 422. Neuer Bücher-Saal LI. p. 219. ſeq. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1708. p. 417. ubi de mutuis Lockii & *Philippi à Limborch* Epiſtolis.

De Eduardi Stillingfleeti & Joannis Lockii ſcriptis ultro citroque editis Vide ſis etiam *Novellas Reip. literariæ* A. 1699. *Oct.* p. 363. & *Nov.* pag. 483.

Scriptores, qui in Lockii opere de intellectu humano quædam notarunt, memoravi ſupra p. 333.

Petri Poiret fides & ratio * collatæ, ac ſuo utraque loco redditæ adverſus principia Joannis Lockii, inſertis non paucis, quibus Revelationis Divinæ ac Religionis Chriſtianæ capita digniora profundius confirmantur & explicantur. Amſt. 1707. 12. Nouvell. Rep. lettr. A. 1708. p. 416. Bibl. choiſie T. 13. p. 412. ex Latino Belgice, Leovardiæ 1710. & Anglice Lond. 1713.

Antonii Legeri ſermo ad Hebr. XI, 1. ubi Fides ſperandarum ſubſtantia rerum & ἔλεγχος atque argumentum non apparentium appellatur.

Inter

* Contra eruditi cujusdam Scoti, Lockianis principiis imbuti theſes de Rationis præ Fide excellentia ſcriptas A. 1701. quæ Anglice & Latine præmittuntur.

Digitized by Google

Inter Gallice editos Legeri sermones Genev. 1720. 8. *Bibl. ancienne & moderne* T. 14. p. 158.

Gvilelmi Whiston Reason and Philosophy no Ennemies to Faith. in Volumine, cui titulus: Sermons and essays upon several subjects. London 1709. 8. *History of the works of the learned* A. 1709. pag. 492.

Scripta contra Lud. Meyeri librum *Philosophia Scripturæ interpres*, Caroli Blount *Oracles of Reason*, & Jo. Tolandi, *Christianity not mysterius*. retuli supra p. 478. seq.

Thomas Bonartes (Barton, Anglus S. J.) de concordia Scientiæ cum Fide, ex Philosophiæ & Theologiæ quæstionibus concinnata, Coloniæ, 1661. 4. meminit illustris Leibnizius, præfat. ad Theodiceam, & in libro ipso p. 102. seq.

Mr. Parisot, la foy devoilée par la raison: La maniere de lire l'Ecriture sainte par la Foy, la Morale, & la Physique Paris. 1688. 12. *Hist. des Ouvrages des Savans A. 1688. Novembr.* p. 290.

Petri Dan. Huetii Alnetanæ quæstiones, sive de concordia rationis & fidei libri 3. quorum primo lex Concordiæ, secundo dogmatum, & tertio præceptorum Christianorum Ethnicorumque comparatio continetur. Cadomi 1691. Lips. 1692. 5. & 1719. 4. cum ejus commentario de rebus ad ipsum pertinentibus. *Bibl. Universelle* T. 23. p. 58. *Acta Erud.* A. 1692. p. 145.

G. G. Leibnitii liber, de quo supra p. 385.

CAPUT XXV.

De necessitate revelationis, Deoque dignum esse, quod voluntatem suam & consilium de hominum in peccata prolapsorum Salute, hominibus manifestavit.

I.

Ipsa ratio hominis & intelligendi vis nihil aliud est quam lumen divinitus accensum, quo si careremus misera bestiarum vita vivenda nobis esset. *Bene vides*, inquit Jo. Baptista Vicus, *a) ex uno omnium rerum principio, intelligentiâ, tribusque ut ita dicam elementis, quæ in cognitione, voluntate & potentia versantur, per solum Spiritus impetum in veritatem, admini-*

Rrr 2

a) Jo. Baptista Vicus de universi Juris uno principio & fine uno, Neapoli 1720. 4. Bibl, ancienne & moderne T. 18. p. 481.

adminiculante Divino lumine, hoc est consensu invicto, qui Veritati clare percepta tribuitur, universam humanitatem proficisci à DEO, & ad DEUM iterum redituram: sine quo nullus usquam in orbe terrarum legibus, nullus societatibus civilibus locus futurus esset, sed solitudo mera & furor & fœditas ac scelus ubique omnia occuparent. Similis esset futura miseria nostra & major etiam cœcitas in respectu ad pietatem & futuram vitam, nisi idem DEUS dignatus fuisset peculiariter nobis aperire, quomodo coli velit à nobis, quomodo offensus reconciliari iterum, & pro peccatis acceptare pœnitentiam, atque CHristi Filii sui merito illa expiante, omnes fide illum amplectentes eique obsequentes recipere in gratiam, & æterna salute beare constituerit. Erat hoc quidem pariter & bonitati DEI charitaque in homines & Sapientiæ conveniens inprimis, ut cum inter Ethnicos & Judæos, ipsorum culpa quidem, tanta corruptio ingruisset, tantæ ambos occupassent tenebræ, (ut veluti egregie in Epistola ad Romanos docet Paulus,) neutri possent per se viam ad salutem vel reperire vel ingredi, hoc quod nec naturæ lumini, nec Legi Mosaicæ præstare erat integrum, *a)* DEUS faceret, & qui variis jam se modis manifestaverat hominibus, idem denique *b)* mitteret Filium suum, qui rationem omnem & consilium totum de nostra salute humano generi manifestaret, pro peccatis eorum satisfaceret, viam quam deberent ingredi & monstraret & præiret ipse: vitamque & immortalitatem *c)* per Evangelium in apertam lucem produceret. Hunc audiendum *d)* ipse de cœlo DEUS pronunciavit: eum qui audire abnuerit, illi graves jam olim pœnas indixit Moses: *e)* in nullo alio salutem, *f)* nullum alium, in quo vivant, datum nomen hominibus: hunc Filium, qui non habet, ab eo nec Patrem *g)* haberi propitium, Apostolicæ litteræ certissime disertissimeque confirmant.

Ruardi Andala Epistola Apologetica, in qua inter alia demonstratur necessitas Rationis, sive manifestationis DEI naturalis. Franek. 1684. 4. *Bibliotheque Universelle* T. 6. p. 423.

De necessitate & utilitate Revelationis Christianæ propter corruptionem, quæ inter Judæos & Ethnicos prævaluerat, à discourse of the necessity and usefulness of the Christian Revelation, by reason of the corruption of the principles of Natural Religion among Jews and

a) Rom. VIII, 3.
b) Hebr. I, 2.
c) 2. Timoth. I, 10.
d) Luc. IX, 35.
e) Devt. XVIII, 19.
f) Actor. IV, 12.
g) 1. Joh. V, 12.

Digitized by Google

and Heathens, by *Daniel Whitby*. Lond. 1705. 8. *History of the works of the learned* A. 1705. pag. 438. *Bibl. ancienne & moderne* T. 6. p. 107. In eandem ſententiam multa præclare *Robertus Jenkinus*; Tomo 1. operis, the reaſonableneſs and certainty of the Chriſtian Religion. Lond. 1708. 8.

The truth and Divine authority of the Goſpel, aſſerted againſt the adverſaries of reveal'd Religion. Lond. 1707. 8. *History of the works of the learned* A. 1707. p. 56. & 97.

B. *Vincentii Placcii* noſtri, Philoſophiæ moralis plenioris fructus præcipuus, qui eſt agnoſcere illius ope, Philoſophiam non ſufficere beatitati ſolidæ ulli conſtituendæ, nedum acquirendæ: Revelationem vero Divinam ei neceſſariam, certisque ſignis, in ſola Religione Chriſtiana deprehendendis, à falſa qualibet ſuperſtitione diſtinctam non poſſe non exiſtere. Helmſt. 1677. 8.

D. *Joannis Muſæi*, Theologi Jenenſis, examen Cherburianiſmi, ſive de inſufficientia luminis naturæ & principiorum rationis ad ſalutem æternam. Jenæ 1668. 4. & Witeberg. 1708. 4. Ejusdem contra Steph. Curcellæum, an Gentiles absque fide in CHriſtum per extraordinariam DEI gratiam ad ſalutem æternam pertingere, aut minimum ignis æterni ſupplicium declinare poſſint. Jen. 1678. 4.

Moſes Amyraldus parte ſecunda libri, de quo dictum ſupra p. 490.

De fide unica ad Veritatem tuta, recta minimeque fallaci via, *Huetius* lib. 1. Alnetan. quæſt. cap. 2.

A diſcourſe of the nature and neceſſity of faith in JEſus CHriſt, with an anſwer to the pleas of our modern Unitarians for the ſufficiency of bare Morality, or meer Charity, to Salvation. by *Nathanaël Taylor*. Lond. 1700. 8. *History of the works of the learned* A. 1700. p. 259.

Chriſtophori Wolfiini diſſertationes VII. de obligatione credendi in CHriſtum. Tubing. 1707. 4. *Hiſt. of the works of the learned* A. 1709. p. 8.

Judicium Eccleſiæ Catholicæ trium primorum ſeculorum de neceſſitate credendi, quod Dominus noſter IEſus CHriſtus ſit verus DEUS, aſſertum contra Simonem Epiſcopium aliosque à *Georgio Bullo*. Oxon. & Amſt. 1697. 8. & inter Opera, Londini 1703. fol. *Nouvelles de la Republique des lettres* A. 1704. p. 443. *Acta Eruditorum* A. 1697. p. 604. *Memoires de Trevoux* A. 1708. p. 826. 1716.

Franciſci Fabricii CHriſtus unicum ac perpetuum fundamentum Eccle-

fiæ, dissertationibus XIV. Philologico Theologicis demonstratum. Lugd. Bat. 1717. 4. *Nouvelles de la Republique des lettres* A. 1717. p. 691.

An enqviry into nature, necessity and evidence of Christian faith, in several essays, by John Cockburn, D. D. Lond. 1696. 8. *Hist. des Ouvrages des Savans* A. 1696. Octobr. p. 81.

De la necessité de la foi en JEsus CHrist pour étre sauvé. Paris 1701. 8. duobus Volum. *Hist. des Ouvrages des Savans* A. 1702. p. 76.

La necessité de connoitre la Religion & de la pratiqver, par Mr. l'Abbé *Colin*. Journal des Savans A. 1715. T. 2. p. 555.

John Leng the natural obligation to believe the principles of Religion and Divine Revelation. Lond. 1719. 8. sermons XVI. at the lecture founded by Robert Boyle.

Iohannis Alphonsi Turretini, de revelationis necessitate. Genev. 1714.

Mr. d'Artis recueil de trois écrits importans à la Religion. Hag. 1714. 8. In hoc volumine scriptum tertium exponit fundamenta & necessitatem Religionis.

Contra libellum *Francisci Puccii* Filidini editum Goudæ 1592. 8. de CHRISTI Servatoris efficacitate in omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt, quo contendit CHristi meritum, etiam imputari illis, qui in eum non credunt, eumque ignorant: scripsere præter *Nic. Serarium* 1593. 4. & *Franciscum Junium* Lugd. Bat. 1593. 8. & inter Opera T. 2. p. 302. seq. *Lucas Osiander*, Tubing. 1593. 4. & *Joannes Micrælius* parte tertia Ethnophronii, quæ veræ Religionis criteria, necessitatem & ad eam amplectendam hominis obligationem explicat, p. 37. sq. Vide etiam B. D. *Thomæ Ittigii* præfationem ad Christiani Reineccii Bœsianismum.

CAPUT XXVI.

*De Veritate ac Divina auctoritate * Scripturarum, per homines DEI Spiritu agitatos consignatarum.*

QUando ad eos devenio, qui præcipuum argumentum de Divinitate sacrarum litterarum idoneis rationibus confirmandum tractarunt, nescio quem præponendum ducam B. nostro *Ægidio Hunnio*,

* Confer Junilii & Cassiodori loca, quæ attuli supra p. 256. 257.

Hunnio, Marpurgensis primum, deinde Witebergensis Academiæ inclyto Doctori, cujus exstat Francof. 1591. 8. primum editus liber *De sacrosancta Majestate, auctoritate, fide ac certitudine sacræ Scripturæ, Propheticæ & Apostolicæ, Veteris & Novi Testamenti.* Hunc plus simplici vice recusum ab eo tempore & operibus beati Doctoris Witeb. 1607. fol. Tomo primo præmissos, etiam commentariis Hunnii in Novum Testamentum Witebergæ 1716. * 2. Volum. in fol. junctim editis præclaro consilio præfixit B. D. Jo. Henricus Feustkingius. Germanice vertit Isaacus Fœklerus, Francof. 1596. emendatamque post centum annos versionem præmissa præfatione iterum lectoribus commendavit D. Jo. Elias Veielius, ὁ μακαρίτης, Ulmæ 1696. 12. Denique Augusto Tittelio interprete, cum ejus observationibus prodiit Germanice Francof. 1715. 8. Ut autem appareat, quibus rationibus in hoc libro Hunnius pugnet, quem omnibus magni illius Theologi scriptis antefert Thomas Crenius p. 27. Exercitationis 1. de libris scriptorum optimis, en tibi argumenta unum ac viginti, quibus per totidem capita ad demonstrandam Scripturarum Majestatem scriptor ille utitur. 1) ducit ab antiquitate. 2) ab ipso doctrinæ genere & rerum, quas tractat majestate. 3) a genere sermonis inaffectato & simplici, tamen sublimi atque efficacissimo. 4) à miranda harmonia & connnexione Veteris invicem & Novi Testamenti, omniumque partium Scripturæ. 5) ab ipsius Spiritus S. testimonio interno. 6) à Consolationis fructu. 7) ab effectibus, quos in vita hominum gubernanda declarat. 8) à collatione Religionis Christianæ cum cæteris cultibus extra Scripturam, humanitus excogitatis. 9) ab occulta virtute excutiendi secreta humanarum mentium. 10) ab exquisitissimo studio, quo veritatem rerum, omni suæ existimationi præposuerunt sacrorum Bibliorum scriptores. 11) à miranda perfectione Scripturæ, quod ad omnes hæreses confutandas ipsa sibi sufficit. 12) à Scriptorum Veteris Testamenti non interrupta manuum traditione. 13) à miraculis Mosis. 14) à scriptorum Novi Testamenti perpetua itidem manuum traditione. 15) à miranda propagatione doctrinæ Evangelicæ. 16) à miranda conservatione illius cœtus, qui scriptorum Biblicorum custos est. 17) à Sanctorum Martyrum constantia. 18) ab universali omnium populorum testimonio, quod populi DEI rebus gestis perhibent. 19) à vaticiniis Biblicis eorumque illustri complemento sive eventu. 20) à naturali odio cum vitiosæ & corruptæ naturæ humanæ, tum & Satanæ contra hoc Verbum

* Acta Eruditorum A. 1707. p. 206.

Digitized by Google

Verbum DEI. 21) à pœnis perſecutorum, hæreticorum ac contemtorum Verbi Divini.

Matthiæ Flacii demonſtrationes certitudinis ſacrarum litterarum & Religionis Chriſtianæ, Tom. 2. Clavis Sacræ Scripturæ tractatu 7. p. 757--766.

D. Joannis Schræderi, Theologi Norimbergenſis, liber de principio Theologiæ & judice ſummo controverſiarum. Svinfurt. 1605. Gieſſæ 1609. 8. In illo hæc argumenta quindecim pro Veritate & Divinitate S. Scripturæ explicat: Primum eſt, inquit, DEI in Scriptura de ſe loquentis Majeſtas. 2) Myſteriorum ſupercœleſtium veritas. 3) Viſionum Divinarum admiranda varietas. 4) Vaticiniorum manifeſto eventu demonſtrata veritas. 5) Præceptorum ſapientiſſimorum intemerata ſanctitas. 6) Styli & ſermonis ſimplicis pariter & gravidi, adeoque præ aliis hominum ſcripturis genium humano majorem ſpirantis, ſingularitas. 7) Integerrima diverſiſſimorum librorum concinnitas. 8) Librorum Canonicorum, & quæ in iis continetur doctrinæ antiquitas. 9) Doctrinæ quam complectuntur in ciendis, percellendis, accendendis & demulcendis animis, efficacitas. 10) Miraculorum, quibus ceu ſigillis ſuis DEUS ipſis fidem conciliavit, celebritas. 11) Martyrum, qui ſuo ſanguine illos obſignarunt, magnanimitas. 12) Mundi totius qui eos, quamlibet à rationis judicio & carnis ſenſu abhorrentes, magno conſenſu recepit, auctoritas. 13) Vindictæ Divinæ adverſus violatores eorum ſeveritas. 14) Eccleſiæ primitivæ in teſtificando integritas. 15) Extranearum quoque Religionum atteſtatio.

D. Petri Haberkornii anti-Valerianus magnus, diſſ. 1. 2. 3. de auctoritate S. Scripturæ, & unde de ejus Divinitate nobis conſtet. Gieſſæ, 1652. 4.

D. Joannis Fechtii diſſ. de mediis cognoſcendi exiſtentiam & Divinitatem Scripturæ ſacræ. Roſtoch. 1709. 1719. 4. Reſpondente *Mich. Gottlieb Hanſchio*, Gedanenſe.

Io. Henrici Balthaſaris, Theologi Gryphiswaldenſis, demonſtratio Veritatis & Divinæ originis librorum N. T. ex Clementis Romani teſtimoniis de Apoſtolis JEſu CHriſti. Gryphiswald. 1724. 4.

Thomæ Wegelini de Divina Propheticorum & Apoſtolicorum ſcriptorum auctoritate & librorum canonicorum numero. Argentorat.

Wolfgangi

Wolfgangi Christophori Franckii de inspiratione S. Scripturæ adversus Joannis Clerici librum, jugemens de quelques Theologiens de Hollande sur l'Histoire Critique de Mr. Richard Simon. Kilon. 1713. 4.

Iusti Christophori Boehmeri, Professoris tunc Helmstadiensis, programma de Divinitate Scripturæ, quod prælectionibus publicis de Christianæ fidei doctrina præmisit Helmst. 1710. 4.

D. Jo. Guilelmus Baierus prolegom. ad Theolog. positiv. c. 2. *D. Jo. Andreas Quenstadius* System. Theolog. T. 1. cap. 4. sect. 2. & alii Locorum Theologicorum scriptores, *Christianus Chemnitius*, *Jo. Gerhardus*, *Abraham Calovius*, &c.

D. Theodori Thummii, Cancellarii Tubingensis, an libri Biblici auctoritatem suam habeant ab Ecclesia? Francof. 1623. 4.

Ejusd. de verbo DEI scripto & non scripto.

D. Georg. Weinrichii diss. de origine Scripturæ & Auctore.

Hermanni Samsonii de sacræ Scripturæ norma, & unde ejus auctoritas.

Alberti Graweri de Scriptura S. contra Costerum. Ejusd. Cur Eruditissimi Viri in interpretatione sacrarum Litterarum aberrent?

D. Georgii Zeamanni basis fidei, sive controversia de Scriptura S. in VII. quæstiones distributa, Witteb. 1611. 8.

Christiani Dreieri, Theologi Regiomontani, de principiis fidei Christianæ, sive de credendi regula contra Gentiles & Judæos, libri 2. Regiomont. 1669. 4.

Dan. Kolsbornii, J. U. D. Der durch seine eigene Vernunfft zum rechten gewissen und unfehlbaren Wege der Seligkeit geführte Mensch, daß das Alte Testament sey das wahre Wort GOttes, das Neue des Alten Erfüllung, der Alcoran und Talmud wider die Vernunfft und GOttes Wort. Lips. 1716. 4.

Jo. Abrahami Kromayeri demonstratio Divinæ Scripturæ sacræ originis, præmissa ejus tabulis Theologiæ, Goth. 1715. 4. *Acta Eruditor. T. 6. Supplem.* p. 354. seq.

Jo. Christoph. Riedels Aus dem grossen Buche der Natur gefundene Grundfeste der Lehre, daß ein wahrer GOTT, und die Schrifften sowol Alten als Neuen Testaments GOttes Wort sey, wodurch Atheisten, Juden und Heyden, ihrer Irrthümer völlig überführet, und zur Erkenntniß Göttlicher Warheit angeführet werden. Lips. 1715. 12.

Io. Paul. Reschii diss. 2. de Verbo Domini, quod manet in æternum.

Digitized by Google

Iohannis Palmroot, Theologi Upsaliensis, de Divina inspiratione Scripturæ Sacræ dissertationes duæ. Upsal. 1704. 8.

Edmund Calamy, the inspiration of the holy writings of the Old and New Testament, consider'd and improv'd in XIV. sermons. Lond. 1710. 8. *Acta Erud. T. V. supplementi* p. 389. *History of the works of the learned* A. 1710. p. 225.

Daniel Williams, sermons concerning Divine revelation, preached at the lecture founded by the honorable Rob. Boyle, Esqve. London, 1695. 8. Ejusdem, Gospel truth, stated and vindicated against Dr. Crisp. ibid. 1692. secunda editio.

Frid. Spanhemii filii, de Divina Scripturarum Origine & auctoritate, contra profanos. Heidelb. 1655. & T. 2. Opp. p. 1336. sq. Lugd. Bat. 1703. fol.

The inspiration of the New Testament, asserted and explain'd in answer to some modern writers, by *Claude Groteste de la Mothe*. London, 1694. 8. & Gallice, Traité de l' inspiration des livres sacrez. Amst. 1695. 8. *Hist. des ouvrages des savans A. 1694. Septembr.* p. 3.

Fausti Socini libellus de auctoritate S. Scripturæ, Italice primum scriptus A. 1570. & inde editus Gallice sine nomine auctoris, Basil. 1588. 1592. Nic. Bernaldo interprete, & Latine Racoviæ 1611. 8. & curante *Conrado Vorstio*, Steinfurti 1611. 8. Denique inter Socini opera in Bibliotheca fratrum Polonorum. Amst. 1668. fol. Belgice etiam interprete Theodoro Raphaëlis Camphusio, 1623. & 1666. 4.

Dominici Lopez, S. I. de auctoritate S. Scripturæ liber, Hispali 1588. 12. Commendatur hic liber à Rich. Simone T. 2. Bibl. selectæ post ejus fata Gallice editæ Amst. 1714. 12. c. 17. p. 264. seq. notat autem haud diversum esse * à superiore Socini libello, qui civem suum *Sixtum Senensem* fuerit secutus, de cujus Bibliotheca S. sicuti etiam de *Huetii* demonstratione Evangelica, in qua γνησιότης & fides sacrorum Scriptorum defenditur, & de *Dupinii* aliorumque consimilibus scriptis dicetur infra capite proximo.

Rob. Bellarminus libro primo de Verbo DEI cap. 2. T. 1. Controversiar.

Augustini Calmet, Benedictini, dissertation sur l'excellence de l'histoire des Hebreux par dessus celles des autres nations, præfigitur ejus historiæ V. & N. Test. Gallice editæ Paris. 1718. 4. 2. Volum. *Iournal des Savans* A. 1719. p. 77. seq.

Antonii

* Confer Sandii Bibl. anti-Trinitariorum p. 66.

Digitized by Google

Antonii Perez, Benedictini, Avthentica SS. quatuor Evangeliftarum fides, adverfus repugnantes Hæreticos, Ethnicosque Philofophos. Lugd. 1626. 4.

Ieremiæ Iones new and full method of fettling the Canonical authority of the New Teftament in four parts: prefixed a differtation concerning the neceffity of fettling the Canon of the New Teftament. Lond. 1722. 8. duobus Voluminibus.

Benedictus Pictetus, Theologiæ Chriftianæ Gallica lingva editæ Genev. 1708. 4. lib. 1. c. 12–20. p. 52. feqq.

Carl Wolfeley, Baronet, reafonablenefs of Scripture-belief. Lond. 1672. 8.

The Divine authority of the holy Scriptures, afferted in two difcourfes: the former fhewing the nature and extent of the Infpiration vouchfaf't by the Holy Ghoft to the penmen of the Scriptures, and de diftinct share of each therein. The latter fhewing the Divine authority of the vowels and accents in the Hebrew text, by new and intrinfick arguments: in a difcourfe concerning the divifion of the Bible into chapters and verfes. To which is added a difcourfe concerning the teftimony of the Spirit, on Rom. VIII, 16. by *Samuel Clark*, M. A. Lond. 1699. 8.

Traité de la Verité & de l'Infpiration du livres du Vieux & du Nouveau Teftament par Mr. *Ifaac Iaquelot*. à la Haie 1712. 12. *Bibl. ancienne & moderne T. IV.* p. 233.

Chriftoph. Wittichii Oratio inauguralis de Oraculorum Divinorum veritate & gentilium falfitate. Lugd. Bat. 1682. 4.

Lud. Hermanni Stumphii, Palatini, Theologi Duisburgenfis, Oratio inauguralis de admirandis S. Scripturæ. Duisburgi 1704. 4.

Gvil. Whitakeri de autoritate Scripturæ, eam aliunde etiam conftare, quam Ecclefiæ teftimonio libri 3. contra Thom. Stapletonum, tom. 2. Opp. Genev. 1610. fol.

Gvil. Perkinfius Tom. 1. Operum pag. 1416. feqq. de auctoritate Sacræ Scripturæ.

Sam. Bocharti Semons de la Divinité, neceffité, & certitude de l'Ecriture fainte. De l'autorité & de l'utilité du Vieux Teftament &c. Dans fes fermons fur divers textes, Tom. 1. Amft. 1714. 12.

Ejusd. Epiftola ad Tapinum, qua S. Scripturæ Divinitas argumentis infitis demonftratur, Tom. 1. Opp. Latine editorum Lugd. Batav. 1693. fol. p. 926. feqq. & feparatim Halæ Sax. 1716. 8.

Ed. Stillingfleet Letter to a Deist, in answer to the several objections against the truth and authority of the Scriptures, Lond. 1677. 8. & Latine B. D. Andr. Adamo Hochstetero interprete, Ulm. 1695. 8. cum mantissa de divinitate Scripturarum V. & N. Testamenti, ex libello Gallico Anonymi contra indifferentiam religionum, Amstelodami 1692. impresso.

Eadem Stillingfleeti Epistola cum *Rich. Kidderi* Mose contra Spinosam & Hobbesium defenso, Belgice interprete W. van Schie. Delft, 1697. 8. *Brief an een Ongodist* &c.

An essay of inspiration, in two parts, by *Benjamin Bayly*, Lond. 1707. 8. *Adde censuram temporum Tom. I.* p. 183. seqq. *History of the works of the learned* A. 1707. p. 161. A. 1708. p. 308.

William Asheton in collatione cum M. S. Anglice edita A. 1691. 8. de qua infra Cap. XLVII.

Thomæ Watsons Ubung der Gottseligkeit p. 40. seqq. Hafn. 1705. 4. ex Anglico, V. C. Jo. Adolpho Hofmanno interprete.

A vindication of de Divine Authority and inspiration of the writings of the Old and New Testament, in answer to the treatise lately translated out of the French (*Sentimens* * & *defense des Sentimens* † *de quelques Theologiens d' Hollande sur l'histoire Critique du V. T. par Rich. Simon*) Entituled: Five lettres concerning the inspiration of holy Scriptures, by *William Lowth*. Oxon. 8. *Boekfal van Europe* A. 1692. p. 399.

Rich. Simonis Lettre à Mr. l'Abbé P. D. & P. en Th. touchant l'inspiration des livres sacrez. Roterd. 1686. 4. *Nouv. de la Rep. des lettres* A. 1686. p. 1446.

Ejusdem Réponse au livre intitulé, Defense des sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'histoire Critique du Vieux Testament. Roterdam 1699. 4. sub nomine *Prioris de Bolleville*, ad calcem superioris Epistolæ.

Ioannes Claudius in operibus postumis Gallice editis Tomo V. Amst. 1689. 8. p. 270. 313. 353. 506. 597. de S. Scriptura fidei & morum nostrorum norma ac regula, ejusque auctoritate ac perfectione. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1689. p. 89.

Robertus Ienkin in asserenda Scriptorum sacrorum Prophetiarumque veritate

* Amst. 1685. 1711. 12.
† Id. 1686. 12.

Digitized by Google

tate & divinitate diligens eſt Tomo 1. operis Anglice editi, the reaſonableneſs and certainty of the Chriſtian Religion. Lond. 1708. 8.

John Edward diſcourſe concerning the autority, ſtyle and perfection of the Old and New Teſtament. Lond. 1693. 1694. 8. duobus Volum. *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* A. 1694. *Decembr.* p. 154. & A. 1695. *Iun.* p. 460.

William Whiſton, the accompliſhment of Scripture Prophecies, VIII. ſermons preachd A. 1707. at the lecture founded by the honourable Robert Boyle, Eſque. Cambridge 1708. 8.

W. H. Spirit of Prophecey, or a treatiſe, proving that CHriſt and his Apoſtels are ware Prophets, againſt Mr. Hobbes. Lond. 1679. 8.

D. Iohannis Muſai Vindiciæ S. Codicis contra Matthiam Knutzen, Atheum, adjuncta in ſecunda editione, Jen. 1675. 4. ſcripto ejus A. 1674. primum vulgato, cui titulus: Ableinung der abſcheulichen Verleumdung, als wenn in der Univerſität Jena eine neue Secte der Gewiſſener wäre entſtanden.

Roberti Boyle Cogitationes de ſtylo Scripturæ, Anglice & inter opera Boylii Latine: & cum ſcripto ejus de Veneratione humani intellectus, DEO debita, Germanice à Rev. Auguſto Hermanno Francke. Halæ Sax. 1709. 8.

Daniel Whitby in prolegomenis ad Commentarios in N. T. Anglice editos Lond. 1700. 1703. fol. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1700. p. 38 & A. 1703. p. 163. ſeqq. 225. ſeq.

Frid. Adolph Lampe Cap. 5. prolegom. Commentarii eruditi in Johannis Evangelium, probans ejus veritatem & Divinitatem. Amſt. 1724. 4.

Hermanni Alexandri Roëll Commentarius in initium Epiſtolæ ad Epheſios, quo continetur demonſtratio Divinitatis ſcriptorum Pauli Apoſtoli. Traject. ad Rhen. 1715. 4.

Iacobus Baſnage Hiſtoriæ Veteris & Novi Teſt. illuſtratæ obſervationibus & iconibus nitide deſcriptis ære, præmiſit duas diſſertationes, quarum prima Atheis oopoſita probat exiſtentiam Numinis, altera Moyſen & Prophetas inſpiratos divinitus, & veritatem Religionis Chriſtianæ. Amſt. 1704. fol. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1705. p. 395.

Religion revelée, ou l'on fait voir, que les livres du V. & N. Teſtament ſont d'inſpiration Divine, on donne les regles generales pour les

 expliquer

Digitized by Google

expliquer par Mr. *David Martin*, Pasteur de l'Eglise à Utrecht. Franeqv. 1719. 8. *Europe savante*, *A. 1719. Avût* p. 167. *Nouvelles litteraires T. 10.* pag. 346. Idem Martinus in prolegomenis ad luculentam editionem Gallicam Bibliorum, Amst. 1707. fol. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1707. p. 493.

Jo. Henricus Bisterfeldius de Divina S. Scripturæ eminentia & sufficientia. Lugd. Bat. 1654. 8.

Exercitationum *Thummianarum* prima, quæst. 1. 2. Tubing. 1661. 4.

A discourse by way of Dialogve, on Providence, the happines of a religious life, the Divine auctority of the Scriptures, the doctrine of the ever blessed Trinity, and the wisdom of God in the Creation of the world. by Sir *Humphry Mackworth.*

Divinitas S. Scripturæ probata ex eo, quod solum ad DEUM ejusque gloriam tota dirigitur, *Sam. Werenfels* sylloge diss. Theologicarum, Basil. 1709. 8. diss. sexta: & quod momenta ad virtutem longe potiora continet, quàm omnium scripta Philosophorum. id. diss. septima. De testimonio Ecclesiæ, Scripturæ ipsius & Spiritus S. id. diss. octava.

In *D. Quirini Kunckel* lilio inter spinas, sive scriptis polemicis Germanice junctim editis Moguntiæ 1694. 8. Pars prima est de infallibili cognitione Verbi Divini.

Utrum solo rationis judicio constet nobis de S. Scripturæ Divinitate, scripta A. 1686. in Belgio edita à *Joanne van der Weyen, Gisberto Wessel Duker, Hermanno Alex. Roëllio*, & *Ruardo ab Andala: Henrico Hulsio* libris duobus de principio credendi, Lugd. Bat. 1688. 12. eorumque vindiciis. Bibl. Universf. T. XIII. p. 375. & qui interius lumen S. Spiritus infusum ingenitum & conservatum adjungit, *Ulr. Huberus* in positionibus Juridico-Theologicis de auctoritate Scripturæ, in libro de concursu & rationis sacræ Scripturæ, & in stricturis: & qui cum eo consentiunt, *Gerardus de Vries* in Cartesio vindicato, sive Divina auctoritate à ratione independente, *Joannes Regius*, *Hermannus Witsius* &c. Vide Joannis Clerici Bibl. universalem Tom. VI. p. 368--435. & T. 7. p. 429. ubi de scripto N. I. M. F. L. P. Zelandi, & p. 430. ubi de *Guberti Coqu* examine assertionum de rationis usu in Religione Christiana, & Tom. XIII. pag. 405. ubi *Joannis Regii* liber

liber de modo percipiendi S.Scripturæ Divinitatem, contra Hulsium. Franeqv. 1688. 12.

Scripturæ auctoritas in controversiis dijudicandis, *D. Wilhelm Sherlock* in libro edito Lond. 1686. 4. qui inscribitur: a Discourse concerning a judge of Controversies. *Bibl. Universelle* T. 6. p. 257.

Epistolæ *Simonis Episcopii* ad Wilhelmum Bom, Roterd. 1687. 8. *id.* p. 447. *Joannis Sylvii* liber. *id.* p. 473.

Eliæ Grebnitz contra Hackium, S. I. de S. Scripturæ vero usu Protestantibus proprio. *id.* T. 7. p. 404.

D. Conradi Horneji Tractatus de sacris & Divinis Scripturis. Helmstad. 1632. 1655. 4.

D. Jo. Henrici Maji, Theologi Giessensis, selectiores dissertationes IV. de Scriptura sacra, quarum prima agit de librorum sacrorum inspiratione, 2) de eorundem in arcam repositione, 3) de Canonis consignatione, 4) de Germanica B. Lutheri translatione, novo Hist. Criticæ V. T. auctori ejusque adversariis Theologis Batavis oppositæ. Francof. 1690. *Bibl. Universelle* T. XIX. p. 499.

Dav. Henrici Kapkenii stromatum Theologumenon de revelationis Divinæ objecto, forma & differentiis decades VI. Rostoch. 1711. 4.
Ejusdem de revelatione Divina per Angelos, Decades III. id. 1712. 4.
Ejusdem de revelatione Divina per homines, Decades VII. Rostoch. 1713. 4.

Petri Yvon impieté convaincüe touchant l'existence de Dieu, & touchant la certitude de l'Ecriture. Amsterdam 1681. 8. contra Spinosæ tractatum theologico-politicum. Adde Acta Eruditor. A. 1684. pag. 410.

Petri Dinant, Pastoris Ecclesiæ Roterodamensis, *de achtbaarheit van Godts woort*. Roterdami 1709. 4. Belgice. De opere hoc eximio Acta Erud. 1711. p. 69.

D. Gottlob Frid. Seeligmanni Oratio tertia in junctim editas Dresdæ 1712. 8. Acta Erud. 1712. p. 37.

Unwidersprechliche Beweiß-Gründe von der Warheit der H. Schrifft, cum præfatione B. D. Philippi Jacobi Speneri. Hall. 1699. 4.

Sermons d'*Ezechiel Gallatin*, Pasteur de l'Eglise à Geneve 1720. 8. sermon septieme, *sur la verité & la sainteté de la parole de Dieu.*

D. Jo.

Digitized by Google

D. Jo. Wilhelmi Peterſenii ſcriptum, de quo ſupra p. 442.

Grund-Feſte der Lehre, daß ein wahrer GOTT, und die Schrifft Altes und Neues Teſtaments GOttes Wort ſey. Lipſ. 1715.

Michaëlis Berns, Paſtoris Wandsbecenſis, Göttliches Licht und Recht, daß GOtt ſey einig im Weſen und dreyfaltig in Perſonen, und daß die Heilige Schrifft das allein wahre lebendige Wort GOttes ſey. Hamburg, 1718. 4.

Entwurf einer neuen Demonſtration von der Göttlichkeit der Heil. Schrifft, und der darauf gebaueten Chriſtlichen Religion. im Freywilligen Heb-Opffer von allerhand in der Theologie lauffenden Materien, XXXſter Beytrag p. 769. ſeqq. delineatio majoris operis, quod auctor ibi promittit, demonſtraturus revelationem Divinæ voluntatis de hominum in peccatum prolapſorum ſalute neceſſariam omnino, ſine qua omnibus hominibus pereundum fuerit. Revelationis autem illius requiſita, ut ſufficientem remediorum ſalutis notitiam perſpicuam DEOque dignam, neque ſecum aut cum recta ratione vel Lege Naturæ pugnantem complectatur, in ſacris litteris perfectiſſime contineri.

Characteres, nach welchen die heutigen Inſpirirten können geprüfet werden. id. erſten Beytrag p. 58--76. Berlin. 1715. 8.

D. Jo. Mich. Heineccii Schrifftmäßige Prüfung der ſo genannten Neuen Propheten und ihres auſſerordentlichen Zuſtandes. Halle, 1715. 4.

D. Joach. Langens Nöthiger Unterricht von unmittelbahren Offenbahrungen. Halle, 1715. 4.

Benedicti Picteti, lettre ſur ceux, qui ſe croyent inſpirez. Genev. 1721. 12.

Jo. Lyſii Warhafftige Erzehlung deſſen, was in Berlin mit einigen ſo genannten Inſpirirten vorgegangen. Berlin, 1715. 4.

Io. Porſts Send-Schreiben von der Beſchaffenheit des Geiſtes der Inſpiration, wie er ſich an einem gewiſſen Mann in Berlin geoffenbahret. Berlin, 1715. 12.

Ein wegen der Inſpirirten zu Glaucha in Halle von dem Herrn Amtmann zu Giebichenſtein gehaltenes Protocoll. Freywilliges Heb-Opffer, anderer Beytrag T. 1. p. 167--174.

Franciſci Mariæ Philamarini, à Neapoli Capuccini, de divinis revelationibus tractatus duo. Neapoli 1675. 4. Giornale de' letterati di Roma A. 1676. pag. 22.

Henry

Henry Howard defensative against the poison of supposed prophecies. Lond. 1620. fol.

Le theatre sacre des Cevennes. Lond. 1707. 8. Acta Erud. A. 1708. pag. 137.

The spirit of Enthusiasm exorcis'd, by *George Hicks*. History of the works of the learned A. 1709. p. 617.

Preservatif contre le fanatisme & les pretendus Inspirez des derniers siecles par Mr. *Samuel Turretin*. Genev. 1723. 8. Bibl. ancienne & moderne T. 21. p. 408.

An essay on Inspiration, by *Benjamin Bayly*, Lond. 1708. 8. History of the works of the learned A. 1707. p. 161. & 1708. p. 308.

D. Ioannis Francisci Buddei Commentatio historica de criteriis falsæ veræque inspirationis. Jen. 1715. 4. Neue Bibliothec XLIII. p. 253.

Ioannis la Placette traité de la foi Divine, Roterd. 1716. 8. quatuor Vol. *Nouvell. de la Rep. des lettres* A. 1716. p. 182.

Ioannis Pauli Resenii dissertationes duæ de Verbo Domini, quod manet in æternum.

CAPUT XXVII.

De Canone & integritate Sacræ Scripturæ.

I.

DE numero librorum V. T. & quales sint illi, qui ab omni memoria à Judæis pro libris sacris & Divinis habiti fuerint, constans & consentiens veterum Christianorum recentiumque sententiæ testimonium perhibent Josephus lib. 1. in Apionem & Hebræi apud Hieron. prologo galeato in libros Regum, Masorethæ, nec non Talmudici in Bava Bathra, Galatinus lib. 1. de arcanis Catholicæ veritatis c. 1. & Codices manu exarati atque excusi Bibliorum Hebraicorum.

II. De libris Novi pariter & Testamenti Veteris habemus testimonia ex Orientali Ecclesia Melitonis Sardiani apud Euseb. IV. 26. hist. Canonis Apostol. 85. Constit. Apostol. II. 57. Origenis in Psalm. (apud Euseb. VI. 25. & Niceph. V. 16.) & homil. 7. in Josuam. Eusebii III. 24. 25. Hist. S. Athanasii in Epistola paschali, & Athanasii junioris in Synopsi Scripturæ. Cyrilli Hierosol. Catechesi IV. Canonis Lao-

Digitized by Google

diceni ultimi (in Codice Canonum Ecclesiæ universæ can. 59.) Gregorii Naz. carmine 33. Amphilochii in Jambis, Epiphanii hæresi 8. & 76. p.941.& de ponderibus ac mensuris c.4.p.161.sq.Leontii de sectis actione 2. Jo. Damasceni IV. 18. de orthodoxa fide, Nicephori CPol. in stichometria apud Scaligerum in Euseb. p. 312. * & Nicephori Callisti in Jambis. His accedunt Indiculi veterum Codicum MSS. Bibliorum editi à Morino, Cotelerio, Beveregio, & ab Humfredo Hody p.649. operis eruditi de Bibliis Originalibus, & Codices editi Bibliorum Græci, Syriaci, Arabici, Æthiopici, Moscovitici.

III. Ex Ecclesia Occidentali, testimonia S. Hilarii præf. in Psalm. Philastrii hæresi 370. Hieronymi Epist. ad Paulinum & prologo in libros Regum, & apud Cassiodorum c. 12. divinar. lect. Rufini in exposit. Symboli, Augustini II. 18. de doctrina Christiana, & apud Cassiodor. Innocentii I. Papæ Epist. ad Exuperium apud Dionys. Exiguum: Concilii Carthaginiensis A. C. 419. Can. 27. Eucherii Lugd. in quæst. V. & N. T. Synodi Rom. A. C. 494. sub Gelasio I. Cassiodori c. 13. 14. Divin. Lect. Junilii lib. 1. de partibus Divinæ Legis, Isidori Hisp. lib. I. de Offic. c. 12. & VI. 4. Originum, & in libro Procemiorum: Rabani Mauri de institutione Clericorum II. 53. seq. & III. 7. T. 6. Opp. p. 29. & 36. Eugenii Toletani, Burchardi, Ivonis, Ruperti Tuitiensis, Hugonis de S. Victore, Petri Cluniacensis contra Petrobrusianos, Honorii Augustodunensis in gemma animæ IV. 118. Radulphi Flaviacensis in Levitic. XIV. 1. Jo. Belethi de Eccles. Officiis c. 60. Petri de Riga in aurora MS. Petri Comestoris in Hist. Scholastica. Jo. Sarisburiensis Epist. 172. & aliorum juniorum apud Humfredum Hody de Bibliis Original. p. 656. seq.

IV. His accedit omnium quotquot exstant per omnia à CHristo nato secula Doctorum Ecclesiæ constans ac perpetuus usus, ad libros Propheticos & Apostolicos, eosdem quibus gaudemus hodie, unice provocantium,

* Conferri possunt Petri Pithoei opera p. 14. seq. Syncellus Goari p. 419. seq. Anastasii Hist. Eccles. ab Fabrotto vulgata p. 189. & stichometriæ librorum sacrorum editæ à Cotelerio T. 1. Patrum Apostol. ante Epist. Barnabæ pag. 8. & præf. ad Constitutiones Apostolicas p. 196. & ad canonem ultimum Apostol. Gvil. Beveregius Codice canonum illustrato lib. 2. c. 9. Jo. M[illegible] lib. 2. Exerc. Bibl. XVII. 2. seq. Jo. Martianæus Prolegom. IV. in Bibl. Divin[illegible]ronymi. Rich. Simon c. ult. libri I. Hist. Criticæ N. T. & Josephus Ma[illegible] Carus sive Thomasius in capitulis Biblicis, editis Rom. 1688. 4. Bernh. Montfauconus in Palæographia Græca pag. 306. & in Bibl. Coisliniana sub init. Laurentius Alex. Zaccagnius in Collectanis monumentorum veterum, Rom. 1698. 4. p. 411. seq. &c.

cantium, quoties vel credendum aliquid, vel faciendum aut omittendum, vel sperandum denique Christianis suadent aut exponunt. Uberius autem de hoc argumento consuli possunt

B. *D. Michaëlis Waltheri* officina Biblica, Lipſ. 1636. 4. & ex postuma & longe locupletiore editione 1668. & 1703. fol.

Jo. Friſchmuthi diſſ. de diviſione librorum V. T. in Legem, Prophetas & hagiographa ad Lucæ XXIV, 44. Jen. 1665. 4.

D. Georgii Calixti de auctoritate S. Scripturæ & numero librorum Canonicorum Veteris Teſt. exercitatio. Helmſtad. 1648. 4.

Jonæ Conradi Schrammii programma de adverſariis Veteris Teſt. Helmſtadii 1722. 4. *Acta Academiæ Juliæ, ſemeſtri IV.* p. 17. ſeq. Inter adverſarios illos notiſſimi Manichæi, quorum objectiones contra libros V. T. confutant *Titus* Boſtrenſis libro ſecundo, & *Photius* libro tertio contra Manichæos, *Auguſtinus* præcipue in præclaris libris contra adverſarium Legis & Prophetarum, & in aliis ſcriptis, quæ p. 247. retuli.

D. Chriſtiani Kortholti tractatus de Canone Scripturæ. Roſtoch. 1665. 4.

Tho. Wegelinus & *Jo. Henricus Majus* in ſcriptis, quæ ſuperiore Capite p. 504. & 511. retuli.

Præ cæteris diligenter atque erudite hoc in argumento verſati ſunt Venerandus *D. Joh. Gottlob Carpzovius*, cujus introductio ad libros Hiſtoricos, Poëticos ac Propheticos Bibliorum Veteris Teſt. præcognita critica & hiſtorica, atque autoritatis vindicias exponens vidit lucem tribus Voluminibus, Lipſiæ 1714. 1720. & 1721. 4. Ac nunquam ſine laude dicendus mihi *Jo. Chriſtophorus Wolfius* noſter tomo ſecundo Bibliothecæ Hebraicæ, libro integro primo per ſectiones quinque, 1) de Canone Biblico. 2) de libris Biblicis V. T. 3) de libris Apocryphis. 4) de libris citatis in Codice Hebræo & hodie non extantibus, & 5) de ſcriptoribus introductionum Biblicarum. Hamb. 1721. 4.

D. Joannes Henricus Majus, Theologus Gieſſenſis, in examine Hiſtoriæ Criticæ textus Novi Teſt. à Rich. Simone vulgatæ. Francof. 1694. 4.

Philippus Jacobus Sclerander ſive *Hartmannus* de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis c. 12. Berolin. 1699. 4.

Dixi etiam de Canone Novi Teſt. libro IV. Bibl. Græcæ cap. 5. & de Apocryphis Veteris Teſt. lib. 3. cap. 29. nec non in Codice pſeude-

 pigrapho

pigrapho Veteris, Hamb. 1713. & 1722. 8. & Codice Apocrypho Novi Testamenti. ibid. 1703. & 1719. 8.

Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta, opere erudito & digno lectu, cujus liber 1. de scriptis sacris, quæ in Canonica, Devterocanonica & Apocrypha distingvit: *Liber 2.* De iis scriptis & scriptoribus, quorum in sacris libris videtur mentio fieri, multis etiam aliis dubiæ fidei, & de Talmudicis. *Liber tertius* De sacrarum literarum interpretatione. *Liber quartus* De earundem expositoribus, qui ordine alphabetico recensentur. *Libro quinto* * Expositiones quædam juxta seriem librorum & capitum Veteris, & *Libro sexto* Novi Testamenti ad examen revocantur, ac censuræ subjiciuntur. *Liber septimus* oppositus est iis, qui scriptis Evangelicis & Apostolicis vel integris vel partibus quibusdam, & *Liber octavus*, qui Veteri Testamento tribuere fidem, vel libros quosdam pro Divinis accipere denegarunt. De hoc Sixti opere, quod Venetiis 1566. primum, ac deinde 1580. 4. Francof. 1575. Lugd. 1575. 1591. fol. Parif. 1610. fol. Colon. 1576. 1586. fol. 1626. 4. lucem vidit, adeundus Antonius Possevinus, qui eo diligenter usus est in apparatu sacro T. 2. p. 411. seq. & Jacobus Qvetif in Bibliotheca nova Dominicanorum T. 2. p. 207. Obiit A. 1569. ætatis 49.

Rob. Bellarminus lib. 1. de Verbo DEI, cap. 4. seqq.

Antonius à Matre Dei, Carmelita excalceatus, Lector Theologiæ Salmanticensis præludiis Isagogicis ad sacrorum Bibliorum intelligentiam, Lugd. 1669. fol.

Petrus Daniel Huetius, Episcopus Abrincensis, in Demonstratione Evangelica edita primum Parif. 1679. fol. & recusa Amst. 1680. 8. atque iterum ex nova auctoris recognitione cum insignibus accessionibus Parif. 1694. fol. & Lipsiæ 1694. 1704. & 1722. 4. hac utitur methodo, ut postquam docuisset Religionis Christianæ veritatem probari posse genere argumentorum, quæ non minus certa sint, quam demonstrationes Geometricæ, licet ad faciendam fidem sine Gratia DEI inanis sit omnis argumentatio: Inde post præmissas definitiones, postulata quædam & axiomata, fuse demonstratur per propositiones X. genuinos & coætaneos rebus illis, quas describunt,

* Liber tertius separatim prodiit Colon. 1577. & 1588. sub titulo artis interpretandi sacras Scripturas absolutissimæ, cui coronidis instar accesserunt S. S. Patrum regulæ 234. Francisco Ruizio, Vallisoletano & Joanne Hofmeistero collectoribus.

deſcribunt, eſſe libros Novi ac Veteris Teſtamenti, veraceſque adeo quæ in illis traduntur hiſtorias, Prophetias autem Veteris Teſtamenti de Meſſia unice convenire JESU CHRISTO, quod oſtenſum per capita CLXXI. demonſtrat illum eſſe Meſſiam, & Religionem Chriſtianam unice veram Divinamque. De Canone librorum ſacrorum V. T. ſpeciatim diſputat p. 533. ſeq. edit. Lipſienſ. Natus Huetius Vir doctiſſimus Cadomi, 1630. 8. Februar. diem obiit Pariſiis 1721. 26. Jan. ætatis 91.

Claudius Fraſſenius, Ord. Minorum in diſquiſitionum Biblicarum T. 1. lib. 1. de origine & antiquitate Scripturæ & lib. 3. de Canone Veteris & Novi Teſt. Pariſ. 1682. 4. *Acta Erud.* A. 1682. p. 354.

Richardus Simon, Presb. Congregationis Oratorii, Hiſtoria Critica Veteris & Novi Teſtamenti in lucem data notiſſimus, quam utramque tribus libris diſtinxit, primoque ſacros libros ſingulos eorumque auctoritatem, & veterum fidem Codicum, ſecundo verſiones, tertio commentarios veteres & recentes expendit. Hiſtoria Critica Veteris Teſtamenti ſæpius edita Gallice, & ex Gallico etiam Latine verſa & Anglice, & variis oppugnata, variis defenſa ſcriptis. De ſeptima illius editione vide *Acta Erud.* A. 1686. pag. 100. Hiſtoriæ Criticæ Novi Teſt. tribus tomis acceſſit etiam quartus ſub novarum obſervationum titulo. Pariſ. 1695. 4. *Journal des Sav* A. 1695. p. 593. Examen libri primi inſtituit D. *Jo. Henricus Majus*, *ὁ μακαρίτης*. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1710. pag. 211. De *Matthia Honcampi* examine, Giornale de letterati di Parma A. 1690. p. 156. Bibl. Univerſelle T. 10. p. 125. de altero *Antonii Coulani*, Hiſtoire des Ouvrages des Savans A. 1696. Mart. p. 300. Journal de Berlin A. 1696. p. 458.

Lud. Ellies du Pin diſſertation preliminaire de la Bible, ou prolegomenes ſur la Bible. Pariſ. 1699. 8. tribus Vol. & Amſt. 1701. 4. duobus Vol. Nouv. de la Rep. des lettres A. 1701. T. 2. p. 28. 169. Hiſtory of the works of the learned A. 1699. p. 127. & A. 1700. p. 187. Du Pinius ipſe T. 19. Bibl. Eccleſiaſtic. p. 226. ſeq.

(Inquior in du Pinium Rich. Simon ſub Jo. Reuchlini nomine, T. 1. Epiſt. ſelect. p. 321. ſeq. Epiſt. 38. & T. 3. Bibl. Critic. p. 422.)

Natalis Alexander Rothomagenſis, Theologus Pariſ. Ordinis Prædicator. ſuperiore A. 1724. defunctus, in ſelectis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ V. T. capitibus, quæ prodierunt Pariſ. 1689. 8. ſex Volum. & 1699. unico Volumine in fol.

Jo. Baptista du Hamel in institutionibus Biblicis sive S. Scripturæ prolegomenis diss. 1. quæ de libris sacris eorumque numero & θεοπνευςία. Paris. 1698. 12.

Bernhardus Lamy, Presb. S. Oratorii, in apparatu ad Biblia sacra, Gratianopoli 1687. fol. tabula XVIII.

Joannis Marcianay, Benedictini, traité historique du Canon des livres saints, depuis leur publication jusqv' au Concile du Trente. Paris. 1703.

Augustinus Calmet, Monachus Benedictinus, in dissertationibus Biblicis, Dissertations qui peuvent servir de prolegomenes de l'Ecriture sainte, Paris. 1722. 4. tribus Volum.

Jo. Henricus Hottingerus in Thesauri Philologici libro secundo. Tiguri, 1659. 4. quæ secunda auctior est editio.

Benedictus Pictetus, Genevensis Theologus, quem superior annus Ecclesiæ suæ eripuit, lib. 1. Theologiæ Christianæ cap. 6. 7. 8. 9. 10. ubi de Canone V. & N. T. atque cap. 31. ubi de integritate librorum sacrorum, & quod nec incendio Hierosolymitano perierunt, nec à Judæis aut hæreticis fuerunt corrupti. Cap. 32. de libris Apocryphis, quos è numero librorum Canonicorum non sine gravissimis causis excludi, diligentissime probat *Joannes Rainoldus* in Censura librorum Apocryphorum, edita Oppenheimii 1611. 4. duobus Voluminibus.

Jo. Henricus Heideggerus, A. 1698. die 28. Januarii denatus, * in Enchiridio Biblico, sive hieromnemonico, libro scito & utili. Tiguri, 1680. 8. 1690. & 1703. Jen. 1723. 8. & in exercitationibus Biblicis, Tiguri 1700. 4.

Jac. Altingius Epist. LIX. & LX. tom. 5. Operum, illustrat historiam Canonis V. T. Vide & heptad. IX. diss. ubi adversus eos, qui Vetus Test. rejecerunt. Neque illud à Christianis esse negligendum probat *Jo. Hornbeckius* T. 1. Socinismi confutati p. 56. seq.

A scholastical history of the Canon of the holy Scripture, or the certain and indubitate bookes thereof, as they are received in the Church of England. compiled by *Dr. Ion Cosin*, late Lord Bishop of Duresme. † Lond. 1672. 4. *Habent Mosen & Prophetas, audiant illos.* Luc. XVI, 29.

Humfredus

* Nouv. de la Rep. des lettr. 1701. T. 2. p. 339. D. Jo. Fabricius, Theologus Helmst. T. 6. Bibl. suæ p. 147.

† Episcopus Dunelmensis.

Humfredus Hody, Linguæ Græcæ Profeſſor & Archidiaconus Oxonienſis, ad calcem operis elaboratiſſimi de Bibliorum textibus originalibus, Oxon. 1705. fol. inter ſe confert ex CXXXV. ſcriptorum computationibus tum Judæis, tum Orientalis vel Occidentalis Eccleſiæ, notitiam numeri & ordinis librorum Biblicorum. Habes eandem ſaltim quoad priores LI. in laudati Wolfii Bibl. Hebraica T. 2. p. 50. ſeq.

Gerhardi van Maſtricht, Reip. Bremenſis Syndici, denati 9. Cal. Februar. A. 1721. æt. 82. Canon S. Scripturæ ſecundum ſeriem ſæculorum Novi Teſt. collectus ex antiquiorum ſcriptorum teſtimoniis, in præſentem usque ætatem, & notis illuſtratus, Dabrami, typis Jani Allatonis, hoc eſt Bremæ, typis Joannis Weſſelii, & recuſus in Bibliotheca Hiſtorico-Theologica Bremenſi, claſſe ſeptima faſciculo 1. p. 1–56. Bremæ, 1723. 8.

Nehemias Grew in Coſmologia ſacra, Anglice edita lib. V. cap. 1.

De Canone Novi Teſtamenti diligentiſſime *Iohannes Millius* prolegomenis ad Novum Teſt. Lond. 1707. & ex Ludolphi Kuſteri editione Amſt. 1710. fol.

Stephanus Nye in hiſtorica recenſione & Apologia Canonis Novi Teſt. adverſus Amyntorem * Joannis Tolandi. An hiſtorical account and defence of the Canon of the New Teſtament, in anſwer to Amyntor. London, 1700. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. p. 737.

Ioannis Richardſoni the Canon of the New Teſtament vindicated, contra eundem Tolandi Amyntorem. Lond. 1700. & ſecunda editio 1701. 8. H. Dodwelli Epiſtolam adjunctam habens, qua ſuffragatorem ſe à Tolando laudatum indignatur. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1700. p. 302.

Iac. Baſnage Hiſt. de l'Egliſe, Roterd. 1699. fol. libro VIII. T. 1. p. 419. ſqq. erudite hiſtoriam Canonis Novi Teſt. perſequitur.

Ieremia Iones liber, de quo capite ſuperiore p. 507.

Iac. Chriſtophorus Iſelius, Theologus Baſileenſis, in quatuor diſſertationibus de Canone Novi Teſt. Baſil. 1713. 1714. 4.

D. Ioannes

* Londini 1699. 8. prodierat Joannis Tolandi Amyntor, or a defence of Miltons life containing a catalogve of books attributed in the Primitive times to JEſus CHriſt, his Apoſtles and other eminent Perſons, with ſeveral important remarks and obſervations relating to the Canon of Scripture.

D. Joannes Ens, Ecclesiæ Beetsanæ in Hollandia Boreali Pastor, in Bibliotheca sacra, sive diatribe de librorum Novi Testamenti Canone, Amst. 1710. 8. Vide Acta Erud. A. 1711. p. 351.

Jo. Clericus diss. 3. ad Harmoniam Evangelicam, de auctoribus Evangeliorum, deque consilio quo scripta, & tempore quo edita sunt ac lecta in Ecclesiis Christianis. Amst. 1699. fol. & Altdorf. 1700. 4.

A defense of the Canon of the Old Testament, or an answer to *Mr. Whiston's* * supplement to his late essay, in which he attempts to prove that *the Canticles* is not a sacred book of the Old Testament. by *William Itchener*, M. A. Rector of Christian Malford, Wilts. Lond. 1723. 12. Bibl. Angloise de Mr. Armand de la Chapelle T. XI. p. 463.

Ut autem post bis millenorum amplius annorum Judaicæ pariter & Christianæ Ecclesiæ præscriptionem reverentius de illo libro sacro ejusque argumento sentiamus, conferre juvabit, quæ præter interpretes Cantici, ad Psalmum XLV. qui Salomonis epithalamium continet, viri docti commentantur, novissime Frid. Adolphus Lampe in dodecade exercitationum ad illum Psalmum, Brem. 1715. 4. tum Jo. Conradus Dietericus antiquitatibus Biblicis V. T. p. 540. seq. Joannes Henricus Michaëlis in diss. de Cantico Canticorum, Halæ Sax. 1717. 4. & D. Jo. Gottlieb Carpzov in introductione ad libros Poëticos V. T. p. 261. seqq. Natalis Alexander ætate V. hist. Eccles. V. T. diss. 4. &c.

Scripture authentick and faith certain, pro integritate fontium originariorum S. Scripturæ, Lond. 1686. 8. auctore Eduardo, Hiberniæ Episcopo. *Bibl. Universelle* T. 1. p. 457.

Salomo Glassius Philologiæ sacræ libro primo.

D. Jo. Andrea Danzii Sinceritas S. Scripturæ V. T. triumphans, cujus prodromus Sinceritas Scripturæ V. Test. prævalente Keri vacillans. Jen. 1713. 4. Acta Erud. Germanica T. 2. p. 704.

Joannis Buxtorfii Tiberias, tractatus de punctorum Vocalium & Accentum antiquitate, & anti-Critica adversus Lud. Capellum.

Arnoldi Bootii & *Jeremiæ Taylori* scripta contra Jo. Morini Exercitationes Biblicas,

* De libro Gvil. Whistoni, quo Canticum Canticorum ex librorum Canonicor. gradu ac numero audet detrudere, consules Armandi de la Chapelle Bibliothecam Anglicam, editam Gallice T. XI. p. 74. seqq. Michaëlis de la Roche memorias litterarias Magnæ Britanniæ T. 14. p. 289. seqq.

Biblicas, & præf. in Biblia LXX. Interpretum: & contra Criticam ſacram Lud. Capelli.

Io. Henricus Hottingerus in Theſauro Philologico, & in Exercitationibus anti-Morinianis, contra Jo. Morinum Samaritano Pentateucho primas præ Hebraico tribuentem, Tiguri, 1644. 4.

A diſcourſe concerning the integrity and purity of the Hebrew Bible, in Diario Londinenſi cui titulus *the compleat library*, A. 1692. Majo pag. 1—24.

A vindication of the Holy Bible, wherein the arguments for, and objections againſt the Divine original purity and integrity of the Scriptures are propoſed and conſidered. by *Samuel Mather*. London, 1723. &c.

A diſcourſe of the grounds and reaſons of the Chriſtian Religion. London 1724. 8. contra Gvil. Whiſtonum, loca V. T. à Judæis non eſſe corrupta. *Mem. literaires de la Grande Bretagne*, T. 16. p. 337.

CAPUT XXVIII.

De locis Veteris Teſtamenti in Novo allegatis.

I.

MAgnum teſtimonium Moſi ac Prophetis perhibent CHriſtus & Apoſtoli, non tantum in eo, quod tanquam à DEO miſſos ubique admittunt, & eorum auctoritate unice ac ſine exceptione utuntur, ſicut Judæi teſtabantur ſcire ſe, cum Moſe locutum eſſe DEUM, Joh. IX, 29. & Paulus diſerte profitetur ſe DEO illi inſervientem credere omnia, quæcunque in Lege ac Prophetis ſcripta ſunt, Actor. XXIV, 14. Sed in eo etiam iisdem præclare ſuffragantur ſua auctoritate, quod clariſſime ex CHriſti & Apoſtolorum teſtimoniis conſtat Judæis fuiſſe credita τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, Rom. III, 2. atque ipſos fuiſſe capſarios noſtros, qui Divina oracula cuſtodita & conſervata diligenter ad nos transmitterent: neque aliis eos ſcriptis Moſaicis vel Propheticis uſos illo tempore, neque Salvatorem noſtrum ejusque diſcipulos aliis quam iisdem, quæ nos hodie manibus verſamus. Hoc ex allegationibus innumeris clariſſime apparet: * Moſes allegatur *Ioh. 5. v. 45. Luc. 16. v. 29. Matth. 22. v. 24.* CHriſtus è

* Exercitatt. Thummian. I. p. 2. ſeq.

„Mose explicat legem, *Matth. 5. v. 21. usque ad v. 44.* Maximum legis præ-„ceptum, *Matth. 22 v. 39. è Levit. 19. v. 13. & Deut. 6. v. 5.* Legem matri-„monii, *Matth. 19. v. 4. è cap. 1. Genes. v. 27.* Articulum resurrectionis, „*Matth. 22. v. 30. ex Exod. 3. v 6.* passionis & mortis, *Luc. 24. v. 27.* typum „ænei serpentis, *Iob. 3. v. 14. è Num. 21. v. 3.* Paulus, *Rom. 4. v. 3. Gal. 3. v. 6.* „in confirmando articulo gratuitæ justificationis peccatoris coram Deo, „& in confutando operum merito, utitur dicto Mosis Gen. 15. v. 6. *credi-„dit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam.* Rom. 7. v. 13. ex cap. „20. Exodi *integram legis explicationem* depromit; 2. Corinth. 3. v. 13. „utitur historia *velatæ faciei Mosis*, Exod. 34. v. 33. ad exprobrandam cæ-„citatem Judæis, & redarguendam inscitiam eorum; 1. Cor. 10. ex libro „Numerorum aliquot Historiæ recitantur. Liber Josuæ testimonio libri „*Iudicum* cap. 3. approbatur; ex cap. 1. Jos. v. 5. promissio consolatio-„nis plenissima contra πλεονεξίαν allegatur. Hebr. 13. v. 5. Historia *sic-„cati Iordanis*, citatur Psalm. 114. v. 5. Actor. 7. v. 14. Historia *Rachab.* „Hebr. 11. v. 31. & complementum Vaticinii de *Hierichunte*, 1. Reg. 16. „v. 34. Liber *Iudicum* firmatur *à Propheta Samuele*, 1. Sam. 12. v. 9. „Esaias cap. 9. v. 4. meminit ex cap. 7. Judicum *victoriæ Gideonis*, Hebr. 11. „v. 32. recensentur *Duces*, in specie autem Historia *Gedeonis, Barack.* „*Samsonis, Jephtæ è libro Iudicum* adducitur; Historia *Ruth* producitur à „Matthæo cap. 1. v. 7. *Libri Samuelis* confirmantur Psalm. 78. v. 61. 66. „Psalm. 89. v. 26. Historia constituti *Regni Judaici & electionis Saulis* „è 1. Sam. cap. 8. memoratur à Paulo, Actor. 13. v. 21. in concione de „CHristo, qui est Messias. Testimonium 2. lib. Samuel. cap. 7. v. 14. „adhibetur ad Divinam CHristi naturam & Majestatem demonstrandam „una cum Psalm. 2. v. 7. Hebr. 1. v. 5. Historia *Davidis de panibus pro-„positionis*, 1. Reg. 21. v. 6. allegatur à CHristo, Matth. 12. v. 3. Marc. 2. „v. 25. Ex libris *Regum*, quos Lucas c. 3. v. 32. & sq. Stephanus Actor. 7. „v. 47. & Actor. 13. v. 36. Paulus citant, CHristus historiam de *Regina* „*Austri*, Matth. 12. v. 42. & de *Naamo* Syro ac *Sareptana*; ex libris vero „Paralipomenων: (qui libris *Sam. & Reg.* suffragantur eosque supplent) hi-„storiam uti nonnulli contendunt, *de Zacharia* Matth. 23. v. 35. repetit. Hi-„storia *Eliæ* 1. Reg. 19. ad confirmandam electionem Dei gratuitam, & de-„monstrandas sanctorum reliquias, Ecclesiæque perpetuam in extrema „errorum confusione contra omnes diaboli furores & impetum conser-„vationem, adducitur Hebr. 11. v. 34. *Liber Iob* Ezechiel 14, v. 20. „Actor. 10. v. 34. 1. Tim. 6. v. 7. citatur. Historiæ Jobi meminit Jacob.

cap. 5.

Digitized by Google

cap. 5. v. 11. integrumque ex libro isto cap. 5. sub generali nomine scri-" pturæ, 1. Cor. 3. v. 19. citat Paulus. Liber *Psalmorum* ubique citatur," inprimis vindicat CHristus acclamationem Populi faustam Matth. 21." v. 16. à contumeliosis Pharisæorum verbis Psalm. 8. v. 3. *ex ore infantium* " *& lactantium perfecisti laudem.* Liber *Proverbiorum* allegatur Esai. cap. 59." v. 7. Rom. 3. v. 15. cap. 12. v. 16, 20. Hebr. 12. v. 5: Apoc. 3. v. 19. *Ec-*" *clesiastes & Canticum Canticorum*, 1. Reg. 4. Inprimis ex cap. 5. *Ecclesiast.*" petitum est, quod Paulus de divitibus, earumque vita & obitu, 1. Tim." 6. v. 7. 9. ait: *Est quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Eccles. 7. v. 21." 1. Joh. 1. v. 8. *Esaias* in ore CHristi & Apostolorum tam frequens est," ut multis non tam *Propheta* quam *Evangelista* personam sustinuisse videa-" tur, siquidem *de Nativitate, Passione, Morte, Sepultura, Resurrectione, & Re-*" *gno CHristi* clarissime est vaticinatus. Cap. 53. integrum hinc inde insper-" sum legitur. Luc. 4. v. 18. CHristus ex Esaia primam petit concionem." Johannes c. 12. v. 40. allegat visionem Esai. 6 *Ieremias* cap. 31. profer-" tur Matth. 2. v. 18. Jer. 7. Luc. 19. *Ezechiel* c. 37. v. 21. 34. Joh. 10." v. 11. 16. *Daniel* cap. 9. v. 27. Matth. 24. v. 15. Minores Prophetæ" erant *liber unus*, ab unius proinde authoritate judicium de omnibus" peti potest. *Oseas* cap. 6. v. 6. allegatur Matth. 9. v. 13. cap. 12. v. 7." Rom. 7. v. 25. 26. 1. Petr. 2. v. 10. *Ioël* cap. 2. Actor. 2. v. 17, 21. Rom. 10." v. 13. cui respondet dictum Abdiæ vers. 17. in monte Sion erit salvatio." *Amos*, cap. 9. v. 11. Actor. 15. v. 16. *Ionas*, cap. 2. v. 1. cap. 3. v. 4." Matth. 12. v. 40. 41. cap. 16. v. 4. *Micheas*, cap. 5. v. 2. Matth. 2. v. 6." *Nahum*, Rom. 10. v. 15. *Habacuc*, Rom. 1. v. 17. Gal. 3. v. 11. *Nehe-*" *mias*, Dan. 9. v. 4. *Liber Esdræ*, firmatur authoritate Zachariæ; Brevi-" ter: *Libri Mosis, Prophetarum & Psalmorum*, hoc est, *Totum Vetus Testa-*" *mentum* canonicæ & Divinæ auctoritatis fidem habet authoritate cano-" nica Novi Testamenti, I. in genere quoad *Authores, authoritatemque* tum" *divinam* tum *canonicam*; Ita enim Luc. 16. v. 19. 31. legimus: *Habent*" *Mosen & Prophetas, audiant illos, si Mosen & Prophetas non audiant, neque si*" *quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Luc. 24. v. 44. Et dixit ad eos: *Hæc*" *sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam ne-*" *cesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Mosis, Prophetis & Psalmis.*" Actor. 24. v. 4. cap. 26. v. 22. *Nihil extra dicens, quam ea, quæ Prophetæ*" *locuti sunt futura esse & Moses.* Rom. 1. v. 1, 2. *Paulus segregatus in Evan-*" *gelium DEI, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis.*" II. Quoad communem utriusque Testamenti *scopum*, qui est *CHristus*,"

„Luc. 24. v. 27. *Exorsus à Mose & omnibus Prophetis interpretabatur illis* „*in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Actor. 10. v. 43. *huic omnes Pro-* „*phetæ testimonium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per no-* „*men ejus, quisquis crediderit in eum.* Psalm. 40. v. 6. Joh. 5. v. 46.

II. Cum autem ex comparatione ipsa locorum, quæ ex Mose ac Prophetis in Novo Testamento passim citantur, sive quod ad sensum verborum attinet, sive quod spectat ad argumentorum vim ac pondus, quod ex iisdem ducunt Apostoli, difficultates quædam sese offerant, (quod necesse est fieri in rebus adeo ab ætate nostra & more & lingua remotis) longe magis exaggeratæ etiam à Judæis, ut à R. Isaaco in Chizzuk Emunah, & à Deistis: compertum fuit difficultates illas esse ejuscemodi, ut diligenter consideratis scopo hæc scribentium & materia, & eorum ad quos illa dicta primum scriptaque sunt, ratione interpretandi Prophetas, dissolvi bona fide & expediri possint ab iis, qui ad illarum considerationem veritatis amorem ingenuum cum sollerti studio conjunxerint. Illi juvando, præsto erunt hi scriptores:

Gvilelmi Surenhusii, Hebraicarum & Græcarum literarum in illustri Amstelædamensium Athenæo Professoris, cui luculentam Mischnæ editionem Hebræo-Latinam debemus, ספר המשוה sive *βίβλος καταλλαγῆς*, distributus in quatuor libros, in quibus secundum veterum Theologorum Hebræorum formulas allegandi, elucidandi, conciliandi Scripturas sacras, & modos interpretandi conciliantur loca ex Veteri in Novo Test. allegata, Amst. 1713. 4. *Acta Erud. Latina* A. 1713. p. 104. *& Germanica* T. I. p. 793. *Bibl. choisie* T. XXV. p. 407. Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen A. 1713. p. 817. Quamquam vero multa præclare in hoc opere explicata & erudite à Viro Clariss. illustrata ex Hebræorum scriptis fateor, agnosco etiam quandam in nonnullis allegandi formulis differentiam, tamen paucis credo persvasum iri, quod rationem cur ad veterem Scripturam jam plus jam minus attenderint Apostoli, reddit hanc, quod *alium sensum involvit illa allegandi Formula* Ἐῤῥήθη; *alium*, Γέγραπται; *alium*, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθέν; *alium*, Ἐπληρώθη ἡ γραφή, *alium*, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή, *alium*, Ἡ γραφὴ λέγει, *alium*, Εἴρηκε δέ που τις; *alium*, Βλέπετε τὸ εἰρημένον; *alium*, Προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφή, *alium*, Οὐκ ἔστι γεγραμμένον; *alium*, Διὸ λέγει, *alium*, Ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος; *alium*, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε; *alium*,

Ti

Τί λέγει ἡ γραφή; five Τί ὧν ἐςι τὸ γεγραμμένον; alium, Ἐν τῷ λέγεσθαι, alium, Καθὼς ἐλάλησε, & quæ ſunt id genus aliæ plures allegandi formulæ cum Hebraicis comparatæ.

Ludovici Capelli diſſ. an loca parallela, quæ è Veteri Teſt. in Novo adducuntur, citentur ab Apoſtolis & Evangeliſtis prout ea in Græca τῶν LXX. verſione tum temporis habebantur, an vero fuerint ab ipſis, prout eis viſum fuit, de novo ſic reddita, ac poſtmodum in Græcam Veteris Teſtamenti verſionem LXX. Interpretum, quæ hodie exſtat, à ſcribis vel librariis vel novis poſt Apoſtolorum tempora Chriſtianis Interpretibus aut Antiquariis verbatim transſcripta atque inſulta. Pariſ. 1650. fol. p. 443. ſeq. ad calcem Criticæ ſacræ.

Pleraque loca, non omnia ex verſione Græca Apoſtolos mutuatos probant Chriſtianus Schotanus de auctoritate verſionis LXX. Interpretum, Franeqv. 1663. 4. p. 56. ſeq. Michaël le Qvien contra Pezronium,* Eduardus, Epiſcobus Hibernus, in libro † Scripture avthentick and faith certain, &c.

Jonæ Conradi Schrammii diſſ. exegetica de dictis Veteris Teſtamenti in Veteri Teſtamento repetitis. Helmſt. 1723. 4.

Andreæ Kesleri diſſ. inauguralis A. 1627. ſub D. Joannis Majoris præſidio Jenæ habita de dictorum Veteris Teſtamenti in Novo allegatione. Ad calcem ſylloges diſpp. Theologico-Philologicarum D. Theodori Hackſpanii, Altdorf. 1663. 4.

D. Chriſtoph. Pfaffii diſſ. de allegatis Veteris Teſt. in Novo. Tubing. 1702.

Franc. Junii ſacror. parallelorum libri III. plus ſimplici vice excuſi ſeparatim, ut apud Commelin. 1610. 8. & inter opera Junii, quæ junctim prodiere, Genev. 1613. fol. T. 1. p. 1367. Confer Venerandi D. Jo. Fabricii, Theologi Helmſtadienſis Bibliothecam T. 6. p. 153. ſeq.

Frid. Spanhemius, pater, Dub. Evangelic. parte 2. dub. 62. 72. 82. 83. &c.

Jacobi Altingii parallela ſacra Prophetiarum in N. T. citatarum T. 2. Opp. Amſt. 1687. fol. *Jo. Druſii*, T. VIII. Critic. ſacr. Angl.

Jacobus Gouſſet in Veſperis Grœningenſibus p. 402. ſeq. 425. ſeq.

Joannes Marckius Exerc. textual. XX. & commentario in Hoſeam. *Hiſt. des Ouvrages des Savans* A. 1696. Decembr. p. 182. ſeq.

* Acta Erud. A. 1691. p. 163.
† Bibl. Univerſelle T. 1. p. 461. ſeq.

Richardi Simonis hist. Critica Novi Test. lib. 1. c. 20. & 22. Ejusdem lettres choisies T. 3. Epist. 26. 27.

Nicolai Clagets, Archidiaconi Sudburiensis, vindication of those Christian Commentators, who have expounded some Prophesies of the Messias not to be meant only of him. Vindiciæ sensus mystici in locis Num. XXIV, 17. 2. Sam. VII, 14. Psalm. II, 1--6. VIII, 2. & 6. XXI, 4. 5. 6. LXXII, 1. 2. 3. CXVIII, 22. Esaiæ VII, 14. 15. 16. LXI, 1. 2. Hoseæ XI, 1. contra Gvil. Whistonum. Lond. 1710. 8. *History of the works of the learned* A. 1710. p 370.

Anonymi, a discourse of the grounds and reasons of the Christian Religion, in two parts. *the first* containing some Considerations on the quotations made from de Old and New Testament, and particularly on the Prophecies cited from de former, and said to be fulfillet in the latter. *the second* containing an examination of the scheme avanced by Mr. Whiston, in his essay towards restoring the true text of the Old Testament, and for vindicating the citations thence made in the New Testament. To which is prefix'd an apology for free debate and liberty of writing. London, 1723. 8.

Petri Allix Vorbericht über die Auslegung der Psalmen, pag. 115. seq. ex Anglico. 1714. 4.

*Campegius Vitringa** præfat. in Esaiam, expendens quædam disputata à Philippo Limborchio præf. in Acta, Hugone Grotio ad Matth. I, 22. &c.

D. Henrici Muhlii, Theologi & Pro-Cancellarii Kiloniensis discussio controversiæ inter viros celeberr. Limborchium & Vitringam agitatæ de sensu Scripturæ mystico. Kil. 1716. 4.

Claudam hoc caput judicio Isidori Pelusiotæ lib. IV. Epist. 203. ad Leontium Episcopum, addita versione emendata quibusdam locis:

ὁ θεῖος καὶ ἀκήρατος νοῦς, εἴποτέ τι τῶν μελλόντων προμηνῦσαι ἠβούλετο, οὐχ ἁπλῶς ἔρριπτε τὴν προφητείαν (ἐγέλασαν γὰρ ἂν τὸ πλατὺ οἱ ἀπαίδευτοι Ἰουδαῖοι, οἱ καὶ πρὸς τὰ λίαν σαφῆ

Divina illa & pura mens, si quando rem aliquam futuram præsignificare voluit, non simpliciter profudit vaticinium: (risissent enim simplicitatem stolidi Judæi, qui ad res nimis claras indocilem animam præ-

* Adde sis laudati Vitringæ lib. 3. Observatt. sacr. c. 19. & præf. ad Henrici Teelmanni Commentarium in c. 16. Lucæ. Amst. 1695. 4.

φὴ ἀπαιδευτοῦντες *) ἀλλὰ κεράσας τοῖς παροῦσι τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν, οὕτω τὴν προφητείαν ἐσέμνυνεν, ὅπως καὶ οἱ τότε ἀκροώμενοι ἀπολαύσωσί τινος ὠφελείας, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς περιβολῆς τῶν πραγμάτων τὸ ἀκριβὲς γνοῖεν. καὶ ἵνα μὴ πάσας περιερχόμενος τὰς προφητείας δόξω μακρηγορεῖν, ἕνα προφητείας τρόπον παραθεὶς, διὰ τούτου καὶ τοὺς λοιποὺς τοῖς συνετωτέροις σαφηνίσω. γέγραπται γὰρ Ψαλμὸς εἰς τὸν Σολομῶντα, οὗ ὀλίγα μὲν εἰς τὸν Σολομῶντα βλέπει· τὰ δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα εἰς τὸν Χριστόν. ὁ μὲν γὰρ πρόχειρος νοῦς τὸν Σολομῶντα ἐδόκει ᾄδειν· ὁ δὲ εἰλικρινέστερος καὶ ὀξυωπέστερος τὸν τῷ ὄντι εἰρηνικόν· καὶ ἦν καὶ τοῖς τότε οὖσι παραμυθία μεγίστη, καὶ τοῖς ἐσομένοις παραμυθία † ἀρίστη. τὸ γὰρ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ὑπερφυῆ καὶ θεοπρεπῆ, καὶ μείζονα οὐ μόνον ἢ κατὰ ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἄνω δυνάμεις,

εἰς

præbebant,) sed miscens ac temperans præsentibus futurorum cognitionem, ita prophetiam accommodavit, ut & illius temporis auditores utilitatem inde aliquam perciperent, & post futuri ex ipso rerum exitu accurate rem tenerent. Ac ne cui, si omnia persequerer vaticinia, prolixior esse videar, unam quandam prophetiæ formam ubi proposuero, per hanc simul & cæteras intelligentioribus declarabo. Scriptum est enim in Salomonem Psalmus quidam, ** cujus pauca sane capita Salomonem respiciunt: sed plurima & maxima in Christum. Nam intellectus primo quidem obvius Salomonem canere videbatur: sincerior autem atque interior sensus eum celebrabat, qui vere est pacificus, †† & erat tum illius temporis hominibus maxima consolatio, tum etiam posteris optimum solatium futurum. Illud enim: ***Ante Solem permanet nomen ejus, & ante Lunam in generatione generationum,*** & reliqua omnia, quæ supernaturalia & Divinitati convenientia sunt, neque solum majora sunt quam pro homine, verum etiam quam pro supremis atque cœlestibus virtutibus,

in

* Cod. Vatican. ἀναισχυντοῦντες, *impudenter se gerentes.*

** Psalmus LXXII. quem de Messia intelligendum ostendit etiam Justinus Martyr contra Tryphonem & omnis veterum Christianorum chorus: nec ipsi Judæi hoc inficiantur, ut docti interpretes annotarunt. Vide Christoph. Cartwrighti mellificium Hebraicum lib. I. cap. 5. & Dionys. Petavii dogmata Theolog. de incarnatione lib. XVI. p. 666.

† Cod Vatican. προφητεία.

†† Salomon Hebræis pacificum notat.

εἰς τὸν Χριστὸν ᾔδετο. τὸ δὲ, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διὰ παντὸς, περὶ Σολομῶντος εἴρηται. μὴ τοίνυν νομίζωμεν ἁπλῶς τὴν ἀκήρατον σοφίαν διὰ τῶν προφητῶν τὴν μέλλουσαν προμεμηνυκέναι γνῶσιν· ἀλλὰ κεράσαντες* τοῖς ἐνεστῶσι τὰ μέλλοντα, μηδὲ ἐπειδάν τι ταπεινὸν ἀκούσωμεν, καὶ τῆς θείας τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας ἀλλότριον, πάντως εἰς αὐτὸν εἰρῆσθαι νομίσωμεν· ἀλλὰ μηδὲ τὰ μεγαλοπρεπῆ, καὶ τῇ θείᾳ μόνῃ ἀξίᾳ πρέποντα, περὶ Σολομῶντος εἰρῆσθαι ἡγώμεθα, τοῦ μηδὲ ἄμεμπτον ἐσχηκότος τὸ πέρας· μηδὲ ἐκβιαζώμεθα τὰς προφητείας· μηδὲ τοῦ ὁμαλισμοῦ χάριν τῶν προφητικῶν χωρίων εἰς ἀγυρτικὰς ἐμπίπτωμεν λογοποιΐας· ἀλλὰ νουνεχῶς καὶ τὰ καθ' ἱστορίαν εἰρημένα νοῶμεν, καὶ τὰ κατὰ θεωρίαν προφητευθέντα ἐκλαμβάνωμεν, μηδὲ τὰ σαφῶς ἱστορηθέντα εἰς θεωρίας ἐκβιαζόμενοι, μήτε τὰ λαμπρῶς θεωρηθῆναι ὀφείλοντα εἰς ἱστορίαν καταβιάζοντες. † ἀλλ'

in CHristum canebantur. Illud autem: *& orabunt pro ipso semper:* de Salomone dictum est. Ne igitur putemus simpliciter & indistinctè sinceram DEI sapientiam per Prophetas futuram præsignificasse cognitionem: sed præsentibus futura contemperantes: ** neque si quid humile atque abjectum, divinoque Salvatoris in terras adventu indignum aut alienum audiverimus, omnino in ipsum statim dictum esse arbitremur. Sed neque magnifica illa, solique Divinæ Majestati convenientia, de Solomone dicta esse existimemus, qui ne extremam quidem vitæ partem labe carentem habuit: neque vim faciamus prophetiis: neque studio redigendorum ad æqualitatem quandam locorum propheticorum in scurriles quasdam verborum ineptias incidamus: sed prudenter cordateque & secundum historiam dicta intelligamus, & quæ secundum contemplationem & spiritalem sensum vatidicè prolata fuerunt, sic etiam accipiamus; non autem vice versa, quæ palam historice sunt prolata, ad spiritalem intellectum, aut spiritaliter omnino intelli-

* κεράσασαν.

** Pensées de Mr. Pascal p. 90. *Les Prophetes sont meslez de Propheties particulieres & de celles du Messie. Ces Prophetes particulieres de jour en jour verifiées & accomplies servant à prouver & autoriser celles du Messie, afin que les Prophetes de Messie ne fussent pas sans preuves, & que les Prophetes particulieres ne fussent pas sans fruit.*

† καταβιβάζοντες.

ἀλλ᾽ ἀμφοτέροις πρόσφορον καὶ κατάλληλον νοῦν ἐφαρμόζοντες. εἰ δὲ τοιαύτη εὑρεθείη προφητεία, καὶ τὴν ἱστορίαν ἀπηρότως † καὶ τὴν θεωρίαν ἀβιάστως σώζουσα, χρηστέον αὐτῇ κατ᾽ ἄμφω.

intelligenda, ad hiſtoricum ſenſum per vim trahamus; ſed utrique generi dictorum aptum convenientemque ſenſum accommodemus. Quod ſi talis reperiatur aliqua prophetia, quæ & hiſtoriam aptè convenienterque & ſpiritalem ſenſum absque coactione conſervet, ea ſane quin ad utramque partem utamur, nihil prohibet.

CAPUT XXIX.

De Harmonia Sacrorum Scriptorum.

Utrumque pariter ad fidem Scriptorum ſacrorum facit, & quod in illis reperias, quæ pugnare inter ſe & adverſa fronte concurrere videntur, hinc enim patet neque fraudem molitos qui illa conſignarunt, neque ex compacto rem egiſſe: & quod ſpecies adverſitatis & pugnæ, quæ primo obtutu ſeſe offert, partim evaneſcit ſtatim utrinque ſi propius attendas; partim in plerisque omnibus ad evidentem concordiam perducta fuit ac quotidie perducitur piorum, attentorum atque eruditorum virorum ſtudio, ut pulcherrimum Divini de Salute humana Conſilii corpus ac ſyſtema appareat. Horum lucubrationes recenſere præſente capite inſtitui, quod tamen breviter faciam & paucis, quoniam diligentius id exequendum in ſe ſuſcepit Rev. amicus noſter *Nicolaus Alardus*, Paſtor Eccleſiæ Hamburgo vicinæ Steinbeccenſis, qui jamdiu in eo eſt, ut non modo notitiam eorum, qui Conciliatoria & Harmonias Biblicas compoſuere, nobis propediem tradat, ſed & in ſupplementum operis Waltheriani loca ipſa S. Scripturæ ſelectis & ſolidis conciliationibus illuſtrata exhibeat. Video etiam in hoc elaborare inſignem Virum *Jac. Staalkopfium*, Paſtorem de Eccleſia Wiſmarienſi meritiſſimum, cujus introductio* in hiſtoriam Conciliatorum Biblicorum prodiit Lipſiæ 1724. 4. ad calcem ejus animadverſionum ad definit. 2. part. 1. Ethices Spinoſæ.

Xxx *Juliani*

† ἀραρότως.

* Acta Erud. A. 1724. p. 457.

Juliani Toletani five *Richardi* Cluniacenfis ἀντικειμένων libri duo, de quibus fupra p. 260.

Jachimi Calabri, Ordinis Ciftercienfis, Abbatis Florenfis A. 1215. defuncti, de Concordia Veteris ac Novi Teftam. libri III. inter opera Venet. 1519. 4. De hoc Joachimo ejusque fcriptis præter Bibliothecæ Ciftercienfis auctores & Gvil. Caveum, Natalem Alex. aliosque, qui de fcriptoribus Ecclefiafticis tractarunt, confulenda Acta Sanctor. T. 7. Maji p. 89. feq.

Hermanni Bodii ex Patribus collecta unio quam vocat diffidentium in facris litteris locorum: poft editionem Colonienfem A. 1527. & plus fimplice vice, etiam Gallice recufa atque Germanice. Vide Chriftophori Hendreichii pandectas Brandenburg. p. 616.

Theodori Bibliandri harmonia locorum S. Scripturæ, quæ prima fronte inter fe pugnare videntur.

Davidis Hermanni, qui & ipfe *Bibliandri* nomen fibi fumfit, Richtige Harmonia und Ubereinftimmung der Sprüche Heil. Schrifft, in 3. tomis A. 1705. 1707. 1710. 8. Commendat hoc opus Rev. D. Chriftophorus Pfaffius introduct. in Hiftoriam literariam Theologiæ pag. 138.

Jo. Lightfooti harmonia Chronica & Ordo V. T. & harmonia Evangeliftarum inter fe & cum Vet. Teft. Tomo I. Opp.

Ejusdem Harmonia Chronica & ordo N. T. Tomo 2. Anglice & Latine Lond. 1684. fol. *Acta Erud.* A. 1686. p. 120. 269.

Samuelis Torshell a defign about difpofing the Bible into an harmony, or an effay concerning the transpofing the order of books and chapters of the holy Scriptures, for the reducing of all into a continu ed hiftory. Scriptum recufum Lond. 1708. 8. T. 1. p. 96. feq. in collectione, cui titulus: The phenix or a revival of fearce and valvable pieces. *Acta Erud.* A. 1709. p. 102. feq.

M. Tobias Dornkrell, Ecclefiaftæ Luneburgenfis ad S. Nicolai ædem, edidit Harmoniam Novi Teftamenti Chronologiamque Evangelico Epiftolicam annorum LXXVI. Hamb. 1639. fol. De hoc Dornkrellio Rev. Jo. Georgius Bertramus in dem Evangelifchen Lüneburg pag. 749.

Jac. Dornkrellius ab Eberhertz, Paftor pridem Holdenftetenfis & Præpofitus Gultzavienfis in Ducatu Luneburgenfi, cum filiis *Henrico Georgio* & *Chriftiano Ludovico*, Germanica lingua magno ftudio concinnavit

concinnavit Opus Divinæ consonantiæ integrum, seu Bibliorum universorum & totius S. Scripturæ harmoniam, * chronologico ordine digestam, Luneburg. 1686. fol. volumine spisso in fol. Opus utile, licet in tabernis librariis raro visum, quia auctorum sumtu excusum est. Præmittitur dissertatio quam sub præsidio D. Jo. Schomeri Jacobus Dornkrellius habuerat Rostochii, de studio harmoniæ sacræ. Harmonia etiam Evangelica novis filii curis lucem vidit separatim 1688. 8. Der Evangelischen Vergleichung zweyte Arbeit.

Jac. Fabri, Doctoris Sorbonici (qui Cal. Jul. 1717. † diem obiit) Conciliatio locorum S. Scripturæ, quæ contradicere invicem videntur. Editio secunda auctior Paris. 1683.

De Conciliatore *Menasse Ben Israël*, Judæi, qui circa A. C. 1659. obiit, hæc Venerandus Wolfius noster Bibl. Hebraicæ T. 1. p. 780. "*Conciliator*, sive *de convenientia locorum S. Scripturæ, quæ pugnare inter se videntur, opus ex vetustis & recentioribus omnibus Rabbinis, magna industria ac fide congestum.* Hujus Pars I. ad Pentateuchum solum pertinens, Hispanice primum *Francof.* ut titulus fert, re autem vera *Amst.* prodiit 1632. 4. cujus versio Latina lucem vidit *Amst.* 1633. 4. illius auctor in præf. hæc monet: *Ceterum necubi fidem meam desideres, præmoneo te, in Hispanico opere, unde hæc transtuli, occurrisse quædam duriora Christianis auribus, aut minoris momenti, quæ non ignaro auctore omiserim.* Scilicet præter triginta quæstiones, quas Hispanicum exemplum plures exhibet, quam Latinum, Interpres id sibi sumsit, ut contextum Hispanicum pro lubitu contraheret, sensus magis quam verborum ratione habita, nonnunquam etiam nonnulla, licet pauca & raro insereret, id quod aliquando, si DEO visum fuerit, manifestum faciemus, ubi & triginta illas quæstiones, quæ in Latina vers. desiderantur, quamvis levioris sint momenti, & reliquas Conciliatoris Partes Latine conversas exhibebimus. Ceterum Latina illa versio est *Dionys. Vossii*, quam tamen frustra in notis ejus ad Maimonidis librum de Idololatria, in quibus eam exstare scribit Bartoloccius, requiras: sicut & *Nic. Antonius*, Scriptor alioquin diligentissimus, minus, præter morem, accuratus est, quando Tomo II. Bibl. Hisp. Novæ p. 102. hæc ha- bet:

* Unschuldige Nachrichten A. 1702. p. 186.

† Nouveau recueil des pieces frugitives Paris. 1717. 12. T. I. part. 2. p. 104.

„bet: *cujus operis (loquitur* de Conciliatore in Pentateuchum) *me-„minit Isaacus Vossius Gerh. Joannis filius, in notis ad Maimonidis librum „de idololatria, refertque, Dionys. Vossium fratrem id opus convertisse „in Latinum. Jo. à Lent* in Moderna Theologia Judaica pag. 150. „Conciliatorem in Exodum citans, ait, se eum vidisse nuper notis „& annotatiunculis MSS. *Danielis Brenii* illustratum.

„Conciliatoris Pars II. ad Prophetas priores, Josuam, libb. Sa-„muelis & Regum pertinens, Hispanice cum additionibus ad Par-„tem I. Amstelod. 5041. C. 1681. 4.

„Pars III. in Prophetas posteriores cum accessionibus ad „Partem II.

„Pars IV. in Hagiographa sive reliquos Scripturæ S. libros.

De *Francisci Georgii* Veneti problematibus dixi supra p. 477.

Alphonsus Tostatus in commentariis suis ad libros Biblicos, passim movet difficultates ac dissolvit, quæ sacras litteras legenti possint in mentem venire.

Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta lib. V. & VI.

Petri Lopez de Montaya, de Concordia Scripturarum, Madrit. 1600. 4.

Sacra Scriptura ubique sibi constans seu difficiliores S. Scripturæ loci in speciem invicem pugnantes, juxta SS. Ecclesiæ Patrum celeberrimorumque Theologorum sententiam conciliati, opera & studio *M. Joannis Pontasii*, presbyteri & Doctoris, Paris. 1698. 4. Tomus I. Pentateuchum complectens. *Nouvelles de la Republique des lettres* A. 1699. p. 123. *History of the works of the learned* A. 1699. p. 63. *Acta Erud.* A. 1700. p. 18.

S. Scripturæ, quæ ad speciem videntur contradictiones conciliatæ à *Dominico Macro*, subjiciuntur ejus hierolexico, Latine edito Rom. 1677. fol. & separatim prodiere Paris. 1665. 12. *Journal des Savans* A. 1665. p. 189.

Emanuel Ferdinandus de S. Cruce in antilogia universa S. Scripturæ. Lugd. 1681. fol.

Seraphini Cumerani Feltrensis, S. I. ἐναντιοφανῆ; 3. Volum. Venet. 1558. 8. eorumque epitome à *Leandro de S. Martino*. Duaci 1623. 8.

Claudius Frassenius libro IV. disquisitionum Biblicarum.

Jo. Thaddæi Conciliator Biblicus, Amst. 1633. Lond. 1662. 12. de quo sicut etiam

etiam de *Joannis Mettingeri* harmonia sive Conciliationibus Biblicis, Lavingæ 1601. 8. editis, & de similibus scriptis *Job. C. V. Bleswyckii, Marci de la Camera, Didaci Lopez, Sebastiani Cæsaris de Meneses, Camilli Pulsicti, Jac. Reineccii, Dan. Schalleri & Bartholomæi Westhammeri*, meminit Martinus Lipenius in Bibl. Theologica.

Anonymus Coloniæ 1532. ab Henrico Sachsio editus.

Andreæ Althammeri Brentii (von Brentz) qui A. 1526. Diaconus Norimbergensis ad S. Sebaldi ædem, inde A. 1528. Pastor Onolsbacensis fuit, Diallage, hoc est Conciliatio locorum S. Scripturæ, qui prima facie inter se pugnare videntur, Pars I. loca centum. Norimb. 1528. 8. & eodem anno pars secunda, in qua loca sexaginta. Editio auctior A. 1535. quam plures deinde insecutæ sunt, Centurias duas complectitur. Plura de hoc Althammero & ejus scriptis leges in Diario Theologico Dresdensi, Unschuldige Nachrichten A. 1713. p. 734. seq.

Jo. Henr. Alstedius lib. 2. præcognit. Theolog. p. 253. seq.

D. Mich. Waltheri, Superintendentis Generalis Cellensis, Harmonia Biblica, sive brevis & plana conciliatio locorum Veteris & Novi Testamenti. Norimbergæ 1665. 4. & quæ longe auctior operis præstantissimi editio est 1696. fol.

D. Augustus Pfeifferus in dubiis vexatis S. Scripturæ, excusis plus simplici vice separatim, & inter Opera Viri celebratissimi Philologica, Ultrajecti 1704. 4.

D. Christiani Matthiæ antilogiæ Biblicæ, studio B. Jo. Schelhammeri nostri editæ, Hamb. 4.

Jo. Scharpii symphonia Prophetarum & Apostolorum. Genev. 1625. 1653. 1670. 4.

Lud. Rabi Conciliationes locorum S. Scripturæ pugnantium.

Hugonis Brughtoni Concentus S. Scripturæ, Hanov. 1602. 4.

J. Man, Conciler of the Bible inlarged, whorein above three tousend seeming contradictions through out of the Old and New Testament are fully and plainly reconciled. Lond. 1662. fol.

Gisb. Voëtii de ἀλύτοις sive insolubilibus S. Scripturæ. T. 1. diss. select. p. 47. sq.

Nicolai Arnoldi lux in tenebris. Franeqv. 1665. 1680. 4. Francofurti, 1698. 4.

Eduardus Stillingfleet Epistola ad Deistam, inprimis p. 105. seq. editionis Latinæ.

Digitized by Google

Francisci Cuperi Conciliatio locorum utriusque fœderis, quæ contraria esse videntur, exstat in ejus arcanis Atheismi p. 143. sq. & 283. seq. Ex avunculi sui Danielis Brenii schedis nonnullas satis scitas explicationes exhibuisse notat H. Morus T. 1. Opp. Philosoph. p. 596.

Harmoniæ Evangelicæ Scriptores.

Fragmentum Epistolæ *Julii Africani* ad Aristidem, qua conciliatur * genealogia CHristi Matthæi I. & Lucæ III. servavit Eusebius lib. 1. Hist. cap. 7. ex eo Nicephorus lib. 1. c. 11. Conferendus etiam Greg. Nazianzenus poëmat. 37. & 38.

Sub *Ambrosii* nomine scriptum breve de Concordia Matthæi & Lucæ in Genealogia CHristi legitur in appendice ad editionem Benedictinorum T. 2. Operum S. Ambrosii p. 609. 610.

E recentioribus de eodem argumento videndi præter interpretes utriusque Evangelii & Bernardum Lamy aliosque Concordiæ & Harmoniæ Evangelicæ scriptores, D. Martini Chemnitii genealogia CHristi, Lipsiæ 1707. 4. recusa. Christophorus Helvicus ad calcem vindicationis locorum V. T. Matthæi Hilleri syntagma hermenevticum p. 362. seq. Jo. Michaëlis Langii dissertationes (Acta Erud. 1703. p. 436.) D. Godfridi Olearii, Γ μακαρίτυ. JEsus CHristus der Eckstein p. 229. seq. D. Val. Ernesti Lœscheri I. Evangelische zehn &c. Diallacticon Petri Possini, S. I. ad calcem Catenæ Patrum Græcorum in Matthæum, Raimundus Capisuchus controvers. Theolog. p. 373. seq. (ubi Possini sententiam ad examen revocat,) Dan. Papebrochius T. 3. Act. Sanctor. Maji pag. 9. & propylæo ad Acta Sanctor. Maji p. 31. & paralipomenis p. 16. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson, Ord. Præd. libro de vita, mysteriis & annis JEsu CHristi, Rom. 1724. 4. Francisci Gomari Opera Tom. 2. pag. 241. seq. *Gerhardus Johannes Vossius* libro de Genealogia CHristi, Amst. 1643. 4. & Tomo sexto Operum.

Theophili Antiocheni perinde ut genuina *Tatiani* Harmonia Evangelica

* Διαφωνίαν in Genealogia CHristi objecit etiam Julianus apud Cyrillum lib. VIII. p. 253. qui respondet p. 261. Videndus præterea Chronici Paschalis auctor p. 245. De γενεαῖς vero apud Matthæum earumque tessaradecadibus H. Dodwellus diss. de ætate Dionysii Halicarnassei T. 2. edit. Oxoniens. p. 325. seq. & exercitatione de ætate Pythagoræ p. 160. seq. Jo. Harduinus p. 619. seq. Operum selectorum, Jac. Rhenferdius Opp. Philolog. p. 712. seq. & B. Godfridus Olearius Observationibus ad Matthæum p. 30. 31.

Digitized by Google

gelica periit: si modo ulla unquam exstitit Theophili Harmonia, & non Hieronymus Theophili commentarios in Evangelia, quos cum reliquorum ejus scriptorum elegantia congruere negat in Catalogo c. 25. & quorum Latinam versionem h[illegible] habere *a)* nos sunt, qui existiment, cum Tatiani Monotessaro con[illegible]dens scripsit Epistola CLI. ad Algasiam: *Theophilus Antiochenæ Ecclesiæ septimus post Petrum Apostolum Episcopus quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens ingenii sui nobis monumenta reliquit.* Conf. Zacharias Chrysopolitanus p. 742. ex Hieronymi Homilia de villico iniquitatis.

Eusebii libri περὶ διαφωνίας Εὐαγγελίων, quos memorat Hieronymus Catalogo c. 81. & ad Matthæi I. interciderunt. Exstant vero ejus *Canones Evangelici,* quibus secutus Ammonium Alex. *b)* per X. columnas capitula Evangelistarum, (qualia è veteri computatione etiam in melioribus N. T. editionibus & in vett. MSS. ad marginem notantur,) ita inter se comparavit, ut statim appareat, quotnam & quibus in pericopis Evangelistæ eandem rem referant. Quamvis jam olim Paschasius Ratpertus, prologo in Matthæum notavit in plurimis locis per numeros canonum illorum concordare dici, quod nihil ad sensum alterius pertinet; vel quod vicinum est utcunque, non vero idem. Hi Canones jam omissa jam præmissa Epistola Eusebii ad Carpianum præfiguntur Græce quibusdam N. T. editionibus ut Erasmi, Rob. Stephani A. 1550. & Polyglottis: Latine ex Hieronymi versione occurrunt in editionibus Doctoris illius Stridonensis, & in Orthodoxographis. Sed & Æthiopice in editione N. T. Æthiopica. Similiter Arabice, Syriace, Coptice, Anglo-Saxonice exstant in Codicibus Novi Test. illarum linguarum MSS. Præterea in veteri scholio ad Marcum quod è Codice Bibl. Regiæ produxit Rich. Simon lib. III. Hist. Crit. N. T. p. 89. allegantur Eusebius ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς Ἀναστάσεως διαφωνίας. Vide de eodem argumento homiliam *Joannis Thessalonicensis,* quam post duo Eusebii ἀποσπασμάτια exhibet Franciscus Combefisius in auctario novo Bibl. Patrum T. I. p. 791. seq.

Epiphanium

a) Theophili esse negant Cotelerius ad Patres Apostol. T. 2. p. 16. Tillemontius, Albertinus & alii. Confer, quæ Rev. Wolfius noster ad præclaram suam librorum Theophili ad Autolycum editionem.

b) Hieron. præf. in Evangelia ad Damasum, & Isidorus Hisp. VI. 15. Origg. Rabanus lib. V. de universo c. 6. T. 1. Opp. p. 96. b. Abbo Floriacensis Epistola ad Odilonem, Abbatem Cluniacensem pag. 406. seq. post Codicem Canonum Ecclesiæ Romanæ, Paris. 1687. fol. Alcuinus carmine XLIX. p. 1686. seq. Operum,

Epiphanium à viris quibusdam doctis inter Scriptores Harmoniæ Evangelicæ referri video, propter ea ni fallor quæ disputat hæresi LI. Alogorum. In Catalogo autem MSS. Bibl. Bodlejanæ Cod. 142. Barocc. refertur junioris Epiphanii Monachi & Presbyteri scriptum, quo Evangelistarum narrationes de Resurrectione Christi inter se componit. Incipit: Κατὰ Ἰωάννην Μαρία μόνη.

De Harmonia Evangelica in quam sæculo XII. Latine commentatus est *Zacharias Chrysopolitanus* tom. XIX. Bibl. Patrum edit. Lugd. obvius, quamque Vetus Latinus interpres *Victor Capuanus* * venditavit sub falso nomine *Tatiani:* & de altera quam Latine vertit & sub *Ammonii Alex.* nomine edidit Ottomarus Luscinius Augustæ Vindel. 1523. sed quæ & ipsa Tatiano † tribuitur in versione antiqua Theotisca per Clariss. Palthenium nuper vulgata, non repetam ea, quæ dixi in Codice Apocrypho N.T. p. 378. & T. 2. p. 538. sq. Utraque Latine, in Orthodoxographis & in Bibliothecis Patrum plus simplici vice edita est. Posterior è Luscinii versione & recognitione Casparis Bruschii prodiit enim Erfurti 1544. 8. & in Micropresbytico Basil. A. 1550. fol.

Severi Archiepiscopi Antiocheni Concordia circa ea, quæ in sepulchro Domini contigerunt, Græce & Latine edita à Bernhardo de Montfaucon in Bibl. Coisliniana p. 68. seq.

Augustini libri IV. de Consensu Evangelistarum leguntur in parte posteriore tomi tertii editionis luculentæ Operum Doctoris Hipponensis quam Monachis Benedictinis Francisco Delfau, Thomae Blampino & aliis viris doctis congregationis S. Mauri Christianus orbis debet.

Recte idem Augustinus libro contra Adimantum Manichaei discipulum, quo loca Veteris Test. cum Novo Test. erudite ac solide conciliat, *intelligenda sunt, non temere accusanda, quæ imperitis videntur contraria.*

De *Hieronymo* vetus scriptor à Jo. Mabillonio tom. IV. Analect. editus: *Evangelii Historiam ita conciliatoriis c) dissertationibus declaravit, ut unicam fore arbitretur.* Videlicet in commentariis suis ad Matthæum & in aliis scriptis, subinde speciem διαφωνιῶν in Evangeliis conatur tollere, licet

* Hujus Victoris Capuani Catenam MSS. in Evangelia habuit Fevardinus, & ex eadem Fragmenta quædam Polycarpi produxit ad Irenæi III, 3. laudata etiam Grotio ad Joh. XVII, 14.

† Tatiano adscribit quoque Baronius. Sed ab ejus sententia discedunt non sine causa Viri doctissimi. Vide Antonium Pagi ad A. C. 172. n. 3. & quæ illustris Baro de Canstein Prolegom. ad Harmoniam Evangelist. Germanice editam c. 3.

c) Ita fortasse legendum pro *consolatoriis.* Cotelerius legit *conciliatoriis.*

Digitized by Google

licet nullum ejus opus peculiare sub titulo Harmoniae Evangelicae exstat. Idem in Epistola ad Hedibiam conciliat Evangelistarum loca de Resurrectione CHristi.

Juvenci Metaphrasis Poëttica Latina Historiæ Evangelicæ merito huc refertur, perinde ut Theotisca illa vetus *Otfridi.*

Utrum *Constantini M.* Imperatoris τριαστὰ & τετραστὰ huc spectent, quæ memorat Eusebius in ejus vita III. 37. eruditus Lector judicet. Sane ita visum Joanni Lightfooto, Hor. Hebraic. ad Joannis VIII.

Ex *Hesychii* Hierosolymitani *d)* Εὐαγγελικῇ συμφωνίᾳ præstantissimus Cotelerius tomo III. monumentorum Ecclesiæ Græcæ edidit cum versione sua & notis συναγωγὴν ἀπορίων καὶ λύσεων, quibus loca nonnulla Evangelistarum inter se conciliantur. His addes Hesychii fragmenta, quod de hora crucifixi Salvatoris edidit Combefisius Tom. 1. auctarii novi p. 774. seq. & de Resurrectione homiliam p. 743. Eadem Latine T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 190.

Anonymi Monotessaron jussu Ludovici Pii compositum, quod evolvit olim D. Lutherus, servatur in Bibliotheca Paulina Lipsiensi, & celebratur à Joachimo Fellero, τῷ μακαρίτῃ, in præfat. ad Catalogum MSS. illius Bibliothecæ. Andreas quoque Osiander testatus est usum se esse *Anonymi* veteris harmonia è Monasterio ad Fontem salutis.

Clementis presbyteri Lanthoniensis (circa A. C. 1170. clari) Harmoniam è Latino Anglice versam à Jo. Wicklefo servant Angli MS. in suis Bibliothecis.

Prætereo alios sequioris ætatis scriptores Harmoniarum Evangelicarum Guidonem de Perpiniano, Ludolphum Saxonem, Petrum Lombardum & Jo. Gersonem: Petrum Comestorem in Historia Scholastica, Simonem Carsulanum sive de Cassia cognomento Fidatum (qui Florentiae A. 1348. obiit,) libris XV. de gestis Salvatoris. Colon. 1545. fol. atque ἀντικειμένων utriusque Testamenti conciliatorem Julianum Toletanum.

Harmoniae Evangelicae scriptores recentes ordine litterarum recensitos laudavi libro IV. Bibl. Graecae c. 5. p. 215. seqq. Idem factum post *Martinum Lipenium* in Bibl. Theologica, à viris] praestantissimis, *Jacobo*

Yyy

d) Solenne est huic Hesychio gesta & dicta CHRISTI, quo facilius difficultates etiam perleves solvat, multiplicare, ut faciunt è recentioribus A. Osiander, Carolus Molinæus, Laur. Codomannus, Jo. Cluverus, Abr. Calovius, Casp. Hermannus Sandhagenius, & Georgius Serpilius, ὁ μακαρίτης.

Digitized by Google

cobo le Long, Oratorii sacri presbytero, & *D. Christiano Friderico Bœrnero*, Theologo Lipsiensi, in Bibliotheca sacra parte 2. c. 14. p. 376. seq. editionis Lipsiensis, & cum novis accessionibus ab eodem le Long, in Bibliotheca sacra Paris. 1723. edita: B. D. *Thoma Ittigio* select. capitibus Hist. Eccles. Sec. 1. p. 379. *D. Jo. Andrea Schmidio*, Theologo Helmst. in tomo secundo introductionis Sagittarianæ in Hist. Eccles. statim sub initium, Jen. 1718. 4. *D. Christoph. Matthao Pfaffio*, Cancellario Tubingensi, prælect. in Matthæum p. 50. seq. & introduct. in Historiam Theolog. literariam p. 137. seq. nec minus à *Georgio Serpilio*, Superintendente Ratisbonensi, τῷ μακαρίτῃ, in prolegomenis ad Harmoniam Evangelicam Abrahami Coveti Vivierii, ex Gallico vulgatam Germanice interprete Comite Hectore Maximiliano de Geiersberg & Osterburg, Ratisbon. 1711. 4. & brevius à D. *Jo. Georgio Pritio*, Seniore Venerandi Ministerii Francofurtensis, in introductione ad lectionem Novi Test. c. 15. *Jo. Wilh. Langio*, Theologo Altdorfino in præfatione præmissa Harmoniæ Evangelicæ Joannis Clerici, Altdorf. (licet Lugdunum titulus præferat,) 1700. 4. recusæ: & quem supra memoravi *Jacobo Staalkopfio* introductione in historiam Conciliatorum Biblicorum p. 53. seq. Sed & harum harmoniarum uberiorem syllabum & notitiam à laudato *Alardo* exspectamus.

Harmonia Apostolorum Pauli Epist. ad Rom. & Galat. & Jacobi II, 14. seq.

D. Joannis Hulsemanni harmonia Apostolica de Justificatione, contra Hugonem Grotium, ad calcem libri de auxiliis Gratiæ, Lips. 1752. 4. p. 335. seq.

D. Sebast. Schmidius diss. de fide viva & mortua. Argentorat. 1699. 4.

D. Sebast. Niemanni diss. de fide incarnata, parte IV. Jen. 1673. 4.

D. Theodori Dassovii diss. quo sensu Fides sine Operibus, Jacobo mortua dicatur. Kil. 1706. *Nova literaria maris Baltici* A. 1706. p. 210.

Francisci Wokenii meditatio V. Tomi I. meditationum privatarum Theologico Philolog. Philosophico Criticarum, edita Lipsiæ & Lubbenæ 1716. 4. p. 26. seq.

D. Christiani Thomasii Ausübung der Sitten-Lehre p. 544. seq.

Joannes Coccejus contra *Jo. Masenium* T. VII. Opp. p. 22.

Jac. Altingii diss. IV. Heptadis secundæ, T. V. Opp. p. 34. seq.

Benedicti Picteti Theologie Chrétienne T. 2. p. 109. seq.

Joannis

Joannis Edwardi doctrine of Faith and Justification. *History of the works of the learned* A. 1708. p. 101. *Acta Eruditor.* 1709. p. 355.
Jakobi Gusseti de viva deque mortua fide, Amst. 1696. 8. *Acta Eruditor.* A. 1696. p. 407.
Dav. Huygeninus in diss. de fide. *Journal de Berlin* A. 1697. p. 117. Vide & 1698. p. 51.
Thomæ Tullii tractatus de Justificatione Paulina sine Operibus, ex mente Ecclesiæ Anglicanæ contra Georgium Bullum. Oxon. 1674.
Hermanni Witsii diss. Gvilelmo Caveo opposita. *Lud. Neocori Bibl. novorum librorum* A. 1698. p. 260. seq. 269.
Georgii Bulli Harmonia Apostolica, Lond. 1670. 4. & inter Opera. 1703. fol.
Ejusdem examen censuræ sive responsio ad quasdam animadversiones antehac ineditas in Harmoniam Apostolicam, una cum Apologia pro Harmonia ejusque Auctore contra declamationem Thomæ Tulli. *Nouvell. de la Republ. des lettres* A. 1704. p. 548. 575. 582.
Gvilelmus Cave in vita * Pauli Apostoli, sect. IX. inter vitas Apostolorum Anglice scriptas & Germanice versas itemque Belgice.
Alexandri Pitcarnii Harmonia Evangelica Pauli & Jacobi. Roterd. 1685. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1685. p. 1159.
SS. Apostolorum Pauli & Jacobi super doctrina de Justificatione conciliandorum facilis & expedita ratio prodita à *Iohanne Vorstio*. Coloniæ Brandenburgicæ 1666. 4.

CAPUT XXX.

De Veritate Religionis CHristianæ.

CHristianæ Religionis hæc est summa, Apostolorum voce & scriptis non uni tantum commendata populo, sed toti generi humano promulgata, quæ & anteMosaicam SS. Patriarcharum vitam restituit, & Legi Naturali ac Mosaicæ morali suffragatur, Ceremonialis autem Legis typos & Prophetarum Prædictiones accurate repræsentans & implens, omnibus hominibus, Judæis pariter & Ethnicis, communium peccatorum reis, svadet pœnitentiam, atque CHRISTUM Salvatorem

Yyy 2 à DEO

* Lud. Neocori Bibl. novorum librorum A. 1698. p. 206.

à DEO ſuſcitatum ex mortuis, & propoſitum omnibus, certiſſima miraculorum fide teſtatur. Hinc plenæ ſpes gratiæ ac fiducia, jucundiſſimusque DEI Patris, Filii & Spiritus Sancti, DEI unius reconciliati nobis ſenſus, illique debitus grati cultus obſequii & amoris ſuper omnia: & hæc una firmiſſima noſtræ ancora Salutis, quod DEUS ita dilexit Mundum, ut Filium ſuum unigenitum dederit, quo omnes quicunque in eum credunt, minime pereant, ſed gratia & merito illius revocati à morte, DEO ac SALVATORI ſuo deinceps vivant & vitam æternam conſequantur. Hanc veram unice Theologiam, & regiam hanc viam eſſe ad vitam, hocce Divinum de Salute noſtra Conſilium, partim ex ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis clariſſime demonſtratur, ut diligenter oſtenſum à Theologis ab omni memoria, ex quo fuerunt Chriſtiani: partim religionis hujus veritas & dignitas aliis etiam illuſtrata argumentis, & adverſus objectiones non Chriſtianorum aſſerta eſt iis in ſcriptis, quæ deinceps recenſere inſtitui.

A. 1460. *Nicolai Cuſani*, Cardinalis, quem conſtat Tuderti A. 1464. diem ſupremum obiiſſe, Dialogus de pace Fidei pag. 862–879. Opp. Baſil. 1565. fol. quo Ethnicis, Judæis, Turcis ſvadet non eſſe difficile, ut miſſis erroribus ſuis ad concordiam Chriſtianæ fidei deveniant.

1474. *Marſilii Ficini*, Florentini a) Philoſophi celebratiſſimi, quem A. 1499. octogeſimus ætatis rebus humanis abſtulit, de Religione Chriſtiana & Fidei pietate opuſculum ad Laurentium Medicem ſcriptum A. 1474. ſæpius prodiit ſeparatim, & cum Xenocrate de morte, ſive Axiocho Platonis, Argentorat. 1507. 4. & deinde ſæpius, atque inter Ficini Opera junctim excuſa, primo loco poſitum Tom. I. Pariſ. 1641. fol. Publici etiam juris factum eſt cum notis *Ludovici Crocii*, Brem. 1617. 12. Italicam autem verſionem quam Ficinus ipſe adornavit & Petro inſcripſit Medici, habeo recuſam Florentiæ 1568. 8. Gallica Boderiani verſio lucem vidit Pariſiis 1578. 8. Dividitur liber in capita XXXVII. præmiſſo *Proœmio*, in quo vita hominum ſine religione miſerior futura beſtiis oſtenditur, doceturque arctiſſima veræ ſapientiæ & religionis cognatio. Capite *primo* Religionem hominis propriam eſſe, itaque ſi vana illa ſit, nullum fore homine animal ſtultius: Potius

a) Vide Lambecium T. 7. Bibl. Vindob. p. 15. ſeq. & Henr. Warthoni appendicem ad Gvil. Cavei hiſtoriam litterariam ſcriptorum Eccleſiaſticorum.

Digitized by Google

Potius autem ex Religione homini propria divinitatem animi cum Platone in Protagora colligit Capite *secundo*. *Tertio* à ſententia de Religione ferenda removet juvenes atque imperitos. Capite *quarto* diſputat Religionem omnem quatenus ad DEUM ſummum refertur habere aliquid boni, licet ritus adorationis diverſi ſint *forſitan* enim *varietas bujusmodi ordinante DEO decorem quendam parit in univerſo mirabilem. b)* Puriſſimam autem & ſanctiſſimam eſſe Religionem Chriſtianam, quod ut doceat, oſtendit diſcipulos CHriſti nec decipere voluiſſe nec potuiſſe decipi, Cap. V. VI. VII. neque ſapientia aut potentia humana, ſed Divina virtute totam niti Religionem Chriſtianam, Cap. VIII. neque ab aſtrorum ſuſpenſam virtute, ſed à DEO eſſe, Cap. IX. confirmatam miraculis, Cap. X. unde apud ipſos Ethnicos ac Mahumedanos magna fuit CHriſti auctoritas, Cap. XI. & XII. Hinc ad capita fidei Chriſtianæ progreſſus, de generatione æterna Filii DEI diſſerit Cap. XIII. ordinesque Cœlorum, Angelorum & Animorum tanquam totidem ſphæras conſiderat, centrumque SS. Trinitatem Cap. XIV. Cum inde Filii æternam generationem manifeſtatam in tempore declaraſſet Cap. XV. conveniens fuiſſe DEUM ſe homini jungere, probat Cap. XVI. XVII. XIIX. atque inde manantem in nos beatitatem per ſpem, fidem charitatemque, Cap. XIX. peccati vero culpam à CHriſto luendam Cap. XX. & optimam inſtitutionem humani generis tam doctrina, Cap. XXI. & expulſione errorum exitioſorum, Cap. XXII. quam exemplo tradendam perfectiſſimo. Cap. XXII. Addit deinde Sibyllarum teſtimonium Cap. XXIV. & XXV. & longe illis βεβαιότερον atque divinius Prophetarum Veteris Teſtamenti, Cap. XXVI. in quorum digerendis vaticinationibus de CHriſto diligens eſt, Cap. XXVII. & Judæorum objecta diluit Cap. XXVIII. Contra eosdem diſputat capitibus proximis, illorumque miſeram conditionem cum qua à tot jam ſæculis luctantur, oſtendit eſſe pœnam & ultionem abjecti & neci traditi Meſſiæ. Cap. XXIX. Porro de ſacrorum librorum V. T. integritate, quales à Chriſtianis

 leguntur,

b) Sendit hac in parte Ficinus cum Ethnicis Philoſophis, ita enim apud Socratem lib. IV. Hiſt. Eccleſ. c. 32. Themiſtius Oratione VII. ad Valentem, & Symmachus apud Prudentium lib. 2. verſ. 773. ſeq. Similiter Joannes Rajus (collection of curious Travels T. 1. p. 62.) refert Solimannum magnum conſultantibus de Judæorum gente ex ditionibus Turcicis expellenda reſpondiſſe ex viridario florum non ſtatim eruendum & abjiciendum, qui coloribus ſit inferior, & ipſa diverſitate faciat ad horti pulchritudinem.

leguntur, de veritate miraculorum JESU, ipsis testata Judæis: de testimoniis Joannis Baptistæ & Flavii Josephi: & de Resurrectione CHristi, Cap. XXX. Dogma de SS. Trinitate & de Messiæ Divinitate probatum ex Judæis Cap. XXXI. ex iisdem de passione Messiæ Cap. XXXII. de peccato originis & Messia peccatorum nostrorum pœnas sustinente, Cap. XXXIII. De cerimoniis Legis Mosaicæ per Testamentum Novum abolendis, Cap. XXXIV. Argumenta pro Divina Evangelii auctoritate, Cap. XXXV. & codices librorum Novi fœderis non esse vitiatos, contra Muhamedem probatur Capite XXXVI. & concluditur brevi commemoratione causarum, quæ Judæos, Muhamedanos & Gentes ab amplectendo Evangelio detinuere, Cap. XXXVII.

1497. ***Hieronymi Savonarolæ*** Ferrariensis, Ord. Præd. *c)* A. 1468. 23. Maj. urgente Alexandro VI. Florentiæ immaniter combusti

1) ***Triumphus Crucis*** contra sæculi sapientes, sive ***de Veritate fidei*** libri IV. quorum primo, DEI probat existentiam, attributa & Providentiam, hominisque ad vitam æternam conditi immortalitatem. Secundo ac tertio veritatem fidei Christianæ variis adstruit argumentis, ejusque mysteria nihil rationi adversum habere confirmat. Quarto veram esse CHristi religionem docet confutatis Philosophorum, Astrologorum, Idololatrarum, Judæorum, Muhamedis, & Hæreticorum deliramentis. Florent. 1497. fol. & Paris. 1524. 8. Venet. 1540. & Basil. 1540. fol. apud Henric. Petri. Inde Lugd. Bat. 1663. 12. apud Joannem Maire, qui verum legitimumque non *σκόπον* aut notum dare se profitetur. Etiam Romæ typis de propaganda fide, ex legato Cardinalis S. Onufrii, Antonii

c) De magno hoc & præclaro Viro conferendus Jacobus Quetif tomo priore Bibliothecæ scriptorum Ord. Prædicator. & in notis & additionibus ad vitam Savonavolæ scriptam à Jo. Francisco Pico. Paris. 1675. 12. Thomas Neri in apologia pro Savonavola. Florent. 1564. 8. Petrus Delphinus & in historia arcana de Alexandro sexto Burchardus, aliter nonnulla quàm Picus memorantes: D. Jo. Franciscus Buddeus in parergis Historico-Theol. retractans ea, quæ alibi contra memoriam Savonarolæ scripserat: Omitto, quæ de eo Jovius, Gvicciardinus, Comineus, tum Bzovius & Odoricus Raynaldus, Varillasius lib. 7. anecdot. Florentin. Natalis Alexander Sec. XVI. & qui beati Martyris non invidet ei elogium Papebrochius T. V. Maji pag. 234. Isaacus Bullartius in Academia scientiarum Gallice edita T. 2. p. 4. Boissardus T. 2. imaginum pag. 194. seq. W. E. Tentzelius in dialogis vernaculis menstruis, quos edidit Germanice A. 1696. D. Theophilus Spizelius in literato infelici p. 620. Philippus Mornæus historia Papatus p. 553. sq. Illustris Seckendorfius in historia Lutheranismi &c.

Antonii Barberini, qui Urbani VIII. germanus frater fuit: & denique Gratianopoli 1666. 12. curante P. Stephano Meney, Ord. Præd. Hoc opere Savonavolæ longe ampliore usum Hugonem Grotium tradit Colomesius Bibl. selectæ p. 128. Italice vertit ipse auctor Florentiæque vulgavit in 4. cui editioni præfixum in ejus laudem ac defensionem, Dominici Benivenii, Patricii Florentini proœmium.

2) ***Dialogus spiritus & animæ,*** quem inscripsit: ***Solatium itineris mei,*** distribuitque in libros VII. quorum primus de DEO, secundus de Veritate Fidei. Tertius de Messia contra Hebræos, quartus de articulis Fidei contra Philosophos. Quintus de veritate articulorum Fidei per Veritates probabiles. Sextus de Vita futura, & septimus de Vita patriæ cœlestis. Venet. 1538. forma minore, & Lugd. Bat. 1633. 12. nec non curante P. Stephano Meney, Gratianopoli 1668. 12. & Italice Venet. 1547. 8.

3) ***Dialogus rationis & sensus*** sub eodem titulo, ***Solatium Itineris mei,*** relictus imperfectus, & tribus tantum libris constans, quorum primus de DEO, secundus de Veritate Religionis Christianæ, tertius contra Hebræos. Venet. 1538. forma minore.

Carolus Arndius, ὁ μακαρίτης, in Systemate literario pag. 123. memorat ***Erasmi*** libellum de Religionis Christianis Veritate, & seorsim excusum & conjunctim cum reliquis Erasmi operibus. Sed fefellit eum memoria, nisi respexerit ad libellos, qui tomo quinto leguntur, quorum alter inscribitur Ratio veræ Theologiæ, alter, Paraclesis sive adhortatio ad sanctissimum & saluberrimum Christianæ Philosophiæ studium, quæ utraque nuper recusa sunt Jenae cum clariss. Hallbaueri praefat. de scriptoribus methodi Theologiam tractandi.

1543. ***Jo. Ludovici Vivis*** de Veritate Fidei Christianæ libri quinque, Basil. 1543. 8. & Lugd. 1551. 8. atque inter opera junctim edita T. 1. p. 286. Basil. 1555. fol. Franciscus Cranveldius, qui hos libros post auctoris obitum * edidit dicavitque Paulo III. *Scripsit*, inquit, ***per aliquot annos sub finem vitæ opus hoc, in quo suavissime disertissimeque disputavit, & omnem ingenii doctrinaeque vim exercuit, ut cygneum quod-***

* Obiit Vives A. 1541 de quo Nic. Antonius in Bibl. Hispana, Lud. Ellies du Pin T. 14. Bibl. Ecclesiast. p. 99. seq ubi etiam de hoc opere, & Tho. Crenius præf. ad Christoph. Helvici elenchos Judaicos p. 23. seq. D. Jo. Fabricius, Theologus Helmst. Bibliothecæ suæ T. 6. p. 472.

quoddam melos, jamjam moriturus cecinisse videri possit: In quos sane libros plus illum diligentiæ atque laboris impendisse certum est, quam in reliquos omnes, quos unquam antea evulgasset.

Libro *primo* ostendit ex tota rerum natura patere propositas ubique metas ac fines, *a)* quos Sapientia Divina certos ac solidos, Bonitas bonos & utiles sibi proposuit. Itaque & hominem ad certum finem esse conditum, quem pervidere est unice operæ pretium. *b)* Quoniam autem sacris litteris hunc clarissime demonstrantibus nolunt multi habere fidem, rationibus adducendos primum & naturali luce. Neque contemnendam etiam in hominibus ad Fidem invitandis Rationem veluti rivulum è fonte DEI, *c)* licet plenam lucem CHristus rebus attulit, & ratione multi perverse utuntur, cujus tamen vis interdum ipsis miraculis quibusdam efficacius movet, quæ in controversiam vel calumniam possunt vocari. *d)* Considerat deinde finem hominis *e)* & eum non ad hanc vitam nedum ad belluinum vivendi genus ducendum ostendit esse conditum, sed ut mente recte utatur, DEUM cognoscat & amet, atque in ejus perfecto amore æternum felix sit. Sicut autem in matris utero huic luci paramur ac vitæ, *f)* ita in præsentis vitæ caligine & angustiis parari debemus ad sempiternam illam felicitatem. Hinc DEUM ex rebus ab eo conditis investigat, *g)* unumque condidisse omnia & Providentia ejus omnia regi evincit: *h)* neque ab æterno *i)* aut necessitate *k)* ductum, sed in tempore Mundum creasse, ut beatitudinem suam rebus creatis, hominibus maxime *l)* & spiritibus communicaret, quos existere infinita multitudine * & animos ex his esse atque esse immortales, *m)* deinceps confirmat, & genuinum finem, ad quos sunt à DEO conditi, *n)* ut DEI amore æternum perfruantur. Concluditur liber succincta de peccato *o)* angelorum hominumque tractatione.

Liber *secundus* demonstrat, quomodo lapso homini per CHristum Filium suum subvenire DEUS statuerit. Et cum de Adamo ac Noë, à quibus totum genus humanum, *p)* & de religione priscorum hominum *q)* dixisset, conatur SS. Trinitatis dogma, quod de DEO accepimus hoc argumento *r)* illustrare, quod duos actus in DEO cognitionis

a) T. 1. Opp. p. 286. *b)* p. 288. *c)* p. 290. *d)* p. 293. *e)* p. 298. sq 305. sq. *f)* p. 308. *g)* p. 309. seq. *h)* p. 312. *i)* p. 320. *k)* p. 323. *l)* p. 325. * p. 338. *m)* p. 328. sq. *n)* p. 337. *o)* p. 338. *p)* p. 349. *q)* p. 350. *r)* p. 353.

cognitionis & amoris extitiſſe neceſſe ſit ab omni æternitate. Deinde probat non indignum eſſe DEO, quod ad reſtituendum genus humanum DEI Filius homo factus ſit: *s)* omiſſisque Sibyllarum vaticiniis, laudat Prophetica *t)* & Evangelica *u)* ſcripta illorumque veritatem Divinitatemque à profanorum hominum faſtidio & contemtu *x)* vindicat, & virtutes atque excellentiam Evangelii *y)* uberius confirmat, actaque & vitam CHriſti *z)* ac doctrinam, *aa)* miraculaque facile à dæmoniorum miraculis *bb)* diſtingvenda, ex quibus DEI Filium & DEUM *cc)* eſſe demonſtravit. Proxime tractat de morte CHriſti, quam noſtra cauſa fuit perpeſſus *dd)* de ſacra Cœna *ee)* amoris in nos haud inficiando documento ac pignore: de reſurrectione & adſcenſione in cœlos, *ff)* de Spiritu S. miſſo in Apoſtolos, de Apoſtolis ac innumerabili Martyrum multitudine *gg)* & propagatione Eccleſiæ per totum orbem terrarum perpetuo duraturæ, *hh)* donec tota hæc terreſtris in cœleſtem translata fuerit. Animos enim iterum reddendos corporibus, ac corpora reſuſcitanda, *ii)* ut æternum vivant, omnis deinde expertia viciſſitudinis, *kk)* futurumque CHriſtum judicem *ll)* & inter pios atque impios diſcrimen ſtatuturum, qua occaſione Vives breviter *mm)* ſed ſolide ac perſpicue totam de electione ac reprobatione doctrinam tribus verbis complectitur.

Liber *tertius* eſt Dialogus Chriſtiani cum Judæo eruditus, fortis & lectu dignus, licet à cognitione linguæ Hebraicæ inermem ſe Vives non diffitetur: *nn)* igitur de abrogatione Legis Moſaicæ, *oo)* de vocatione gentium *pp)* & de noſtro ac Judæorum Meſſia, *qq)* propagatione Eccleſiæ, *rr)* & Judæorum perpetuo exilio *ss)* ita diſſerit, ut quam nulla his cauſſa fuerit repudiandi Evangelii, & quantam noxam illo peccato contraxerint, pulchre appareat.

Liber *quartus* eſt Dialogus Chriſtiani cum Alſaquino ſectatore Muhamedis, ubi primo hic arguitur, quod prohibet de Lege ſua diſceptare, *tt)* qui latrociniis tamen & armis tantummodo eam propagavit, *uu)* neque probare potuit, novo ſe nuncio Divino *xx)* poſt

Zzz CHriſtum

s) pag. 355. 358. *t)* pag. 361. *u)* p. 365. ſeq. *x)* p. 363. ſeq. *y)* p. 368. *z)* p. 373. *aa)* p. 376. *bb)* p. 379. *cc)* p. 378. 380. ſeq. *dd)* p. 383. *ee)* p. 387. *ff)* p 388. *gg)* p. 391. *hh)* p. 395. *ii)* p. 396. ſeq. *kk)* p. 399. *ll)* p. 400. *mm)* p. 401. *nn)* p. 413. *oo)* p. 415. 419. ſeq. *pp)* p. 418. *qq)* p. 428. *rr)* p. 452. *ss)* p. 422. *tt)* p. 456. *uu)* p. 458. *xx)* p. 461.

Digitized by Google

CHristum fuisse opus. Inde libros nostros sacros neutiquam corruptos esse ostenditur, *yy)* & examini subjicitur Alcoranus ejusque doctrina, ac denique in ruborem objicitur, quod ad vitandas disputationum molestias *zz)* statuit unumquemque posse in Lege sua servari, præterquam si ab Alcorano ad aliam Legem descifcat.

Liber *quintus* denique totus versatur in explicanda demonstrandaque præstantia Doctrinæ Christianæ. Inter alia præclare docet eam neutiquam inutilem esse ad gerendam feliciter Reipublicam, *a)* sed nullos meliores Magistratus, nullos cives meliores aut subditos fore quam bonos & bona fide Christianos.

Gvilelmi Postelli de orbis terræ Concordia, sive de ratione omnes populos ad Religionem Christianam adducendi, libri IV. quorum *primo* Religionis Christianæ dogmata rationibus Philosophicis svadentur. *Secundus* est de Muhamede, & Alcorani confutatio. *Tertius*, quid commune totus Orbis tam jure humano quam Divino habeat. *Quartus* qua arte sine seditione falsæ de DEO persvasiones ad veram pertrahi possint. Prodierunt sine temporis nota fol. & 8. & Basil. 1544. fol. Et supplementum hujus Operis, quod est de Alcorani & Evangelistarum Concordia cum libro de extremo Judicio, Paris. 1542. 8. Conferenda ejusdem Postelli lucubratio de Rep. Turcarum, quæ tribus libris distingvitur. Si Gabrielem Naudæum audimus, *in his fere solis* de Orbis Concordia libris Postellus *nihil ineptum aut quod ridiculum esset immiscuit, sed universam religionum omnium informationem instituit, Christianamque præsertim rationibus tam propriis quàm ex aliarum confutatione desumtis, valde equidem acute subtiliterque confirmat ac stabilit.* Alia de Postello & ejus scriptis B. Tho. Ittigius diss. de Gvilelmo Postello §. XI. XVII. XX. Observationes selectæ Hallenses Tom. 1. pag. 335. & T. 4. Obs. XII. Memoires de literature T. 1. Essais de literature T. 1. p. 7. seq. Journal des Savans A. 1702. Aoust p. 240. M. Marier edita Paris. 1636. 4. historia Regalis monasterii S. Martini de Campis, in quo Postellus est sepultus Parisiis, cum diem obiisset A. 1581. 6. Sept. ætat. 77.

Ejusdem Postelli Pantheonosia, sive de compositione omnium dissidiorum circa æternam veritatem aut verisimilitudinem versantium &c.

1553.

yy) p. 462. seq. *zz)* p. 481. *a)* p. 491. seq

1553. ***Theodori Bibliandri*** Christianiſmus ſempiternus, verus, certus, in quo ſolo homines poſſunt ſalvari, libris III. contra falſam ac deceptricem ſapientiam. Baſil. 1553.

1571. ***M. Antonii Flaminii*** Epiſtolæ aliquot de veritate doctrinæ, eruditione & ſanctitate Religionis. Norimbergæ 1571. 8. ex Italico Latine, Joachimo Camerario interprete. Vide Bibl. Theologico-Philologicam Bremenſem T. 7. p. 582. 931. ſeq.

1576. ***Petri Rami*** commentarius de Religione Chriſtiana, libris IV. Francof. 1576. 8. & 1594. 8.

1578. ***Hieronymi Oſorii*** de vera ſapientia, libri V. Ulyſſipone 1578. Colon. 1579. 8. & inter opera, Rom. 1592. fol.

1579. ***Philippus Mornæus***, Pleſſiaci Dominus, qui A.C. 1623. ætat. 74. obiit, non parvam gloriam * nec immeritam tulit ex libro de Veritate Religionis Chriſtianæ, licet à Pontificiis ** laudi ejus invidentibus ob varias cauſſationes opus ejus ſugillatur, atque in Indice Hiſpanico † libris prohibitis adſcriptum fuit. Dividitur in Capita XXXIV. in quibus ***quatuor*** primoribus DEUM eſſe eumque unum probat, & cætera Theologiæ naturalis capita exequitur. Caput ***quintum*** & ***ſextum*** tractat de SS. Trinitate, quam ex rationis lumine & Ethnicorum dum vult confirmare teſtimoniis, minus ſolide cauſam agere videtur. Firmioribus deinde argumentis capite ***octavo, nono*** & ***decimo*** oſtendit Mundum æternum non eſſe, ſed creatum à DEO & ex nihilo productum, & Mundi originem atque initium etiam ex ratione cognitum fuiſſe Philoſophis. Caput ***undecimum, duodecimum*** & ***decimum tertium*** deſtinatum eſt probandæ & vindicandæ Divinæ Providentiæ, uti animorum humanorum immortalitati rationibus & teſtimoniis confirmandæ caput ***quartum decimum, quintumque.*** De corruptione hominis & peccato originis, caput XVI. & XVII. & de reditu ad DEUM ſummo bono, caput XVIII. & XIX. Iude deſcenditur capite XX. ad notas veræ Religionis, utpote

* Vide Tho. Crenium T. 3. methodor. p. 350. ſeq. & T. VIII. animadverſ. p. 197. Tho. Ittigii, τ̃ μακαρίτȣ, opuſcula varia p. 7. Eilhardi quidem Lubini judicium ſi audimus, poſt ſcripta Apoſtolica non fuit liber editus melior hoc Mornæi opere. De obitu viri videndus Michaël le Vaſſor hiſtoria Ludovici XIII. lib 20. T. 4. p. 669. ſq.

** ut ab Anton. Poſſevino, Florimundo Ræmundo, Henrico Spondano & noviſſime à Petro Dan. Huetio lib. V. de Vita ſua p. 280. & in Huetianis p. 7. Confer Magni Cruſii ſingularia Pleſſiaca, edita Hamburgi 1724. 8. p. 263. ſeq.

† Wagenſeilii tela ignea Satanæ p. 50.

pote qua sola via ad DEUM accedere licet. Verum DEUM adoratum à Judæis c. XXI. ejusque Verbum Divini cultus regulam iis fuisse cap. XXIV. cum Ethnici homines coluerint idola sive dæmones. cap. XXII. XXIII. In tota autem Veteris Test. serie multa exstare, quæ à DEO tantum profecta esse potuerunt, cap. XXV. quæ tamen in sacris litteris maxime incredibilia videntur, ipsis etiam Ethnicorum testimoniis confirmari: unde ad objectiones respondetur, cap. XXVI. Viam unicam ad salutem per Messiam ab omni tempore patefactam populo DEI divinitus, cap. XXVII. Hinc de Messia DEO & homine, & quod ille JESUS CHRISTUS sit, contra Judæos, cap. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. & contra Ethnicos cap. XXXII. & XXXIII. declaratur. Denique caput XXXIV. demonstrat veram historiam & doctrinam JESU CHRISTI Filii DEI, Evangelicis & Apostolicis scriptis contineri.

Prodiit opus hoc* *Gallica* primum lingua Antwerpiæ & A. 1579. 1581. & 1583. ex officina Christoph. Plantini in 4to typis exscriptum fuit, (*Gallus nimirum Gallis primum prodesse studebam*, inquit *Mornæus* in prima præfatione ad Lectorem) nec non Parisiis 1582. & 1583. itemque 1591. in 8. & Genev. 1583. 8. & iterum Lugduni Batavor. apud Etzevir. 1651. 8. *Latina* quoque versio ipsum Mornæum auctorem habens lucem vidit Antwerpiæ 1580. & 1583. 8. Lugd. Bat. 1587. & 1592. 8. ex officina Plantiniana; & Sigenæ Nassoviorum 1597. 8. Herbornæ Nassov. 1602. & 1609. itemque 1632. 8. ac recentissime demum Jenæ 1696. 4. cum notis *Joh. Frid. Breithauptii*, Consiliarii Saxonici, (A. 1713. denati) qui inprimis librum cum Gallico exemplari contulit, auctorum recentium loca de rebus, quas tractat Mornæus, addidit, indicesque adjecit auctorum, rerum, & verborum. *Anglica* versione hunc librum donavit Dominus *Philippus de Sydnei*, Filius Pro-Regis Hiberniæ & Nepos Comitis Leicestriæ, qui istum laborem summo, quo fungebatur, munere Supremi Angliæ Mareschalli, haud indignum judicabat. Prodiit hæc editio Londini 1617. 4. juxta Catalogum Bibliothecæ Bodlejanæ in Academia Oxoniensi à *Thoma Hyde* procuratum p. 469. quamvis & antea jamtum per *Arthurum Golding* idiomate Anglico impressum hoc opus sit Londini 1587. 4. *Belgice* transtulit primum *Jac. Viverius* sub tit. Bybel der Nature van Warheit der Christlicken Religie teghens de Atheisten. Amsterdam 1602. 4. & 1611. 8. deinde etiam *Joh. Halsbergius* Amsterd. 1646. 4. *Germanice* prodiit

* Magnus Crusius libro laudato p. 266.

Digitized by Google

prodiit *Jo. Franc. Castalionao* interprete ſub titulo: Grundveſte wahrer Religion, Baſel 1597. fol. Vertit etiam Germanice *Eilhardus Lubinus*, teſte *Thom. Crenio* Part. XVIII. Animadverſ. p. 60. qui Lubinus præterea quoque Diſſertationes XXV. de Veritate Religionis Chriſtianæ ex hoc libro Phil. Mornæi excerptas vulgavit, Roſtochii 1602. 4. Denique Auctor Vitæ Mornæi lib. III. p. 376. commemorat, elegantem etiam hujus libri verſionem *Italicam, della verita della Religione Christiana*, Salmurii 1612. 8. impreſſam, profectam eſſe à *Dn. de Mezieres*, quem tamen *Franc. Ferrottum* eſſe indicat *Colomesius* in Bibl. ſelecta p. 21. & *Baylius* in Diction. Hiſt. Crit. p. 2384. in not. A. Commemoranda adhuc eſt *Versio Suecica* libri Mornæani de Veritate Relig. Chriſt. à *Johanne Sylvio* adornata, quam nuper admodum in Bibliotheca publica Academiæ Haſnienſis, & quidem in Bibliotheca Reſeniana, laudatus Cruſius teſtatur reperiſſe ſe ſub titulo: Een Book om then Chriſtel. Religionens Wißheet och Sanning ſkrefwen af Herr Philipp af Mornay, verteradt paa Swenſka Maar 1671. af Jo. Sylvio. Stockholm 1674. 4.

1582. *Ludovici Granatensis*, Ord. Prædicatorum, Introductio ad Symbolum Fidei Chriſtianæ. Hiſpanice, Salmanticæ 1582. fol. Italice Venet. 1587. 4. & Latine, eodem anno, interprete Jo. Paulo Gallutio: & Gallice per Nicolaum Colinum. Exſtat & Latine in Lud. Granatenſis Operibus curante Andrea Schotto, S. I. junctim Latine editis (Coloniæ 1628. fol. tribus Voluminibus,) Tom. 1. pag. 501.

Ejuſdem Liber tertius de Redemtionis myſterio, quam ſit naturali homini ac rationi conſentaneum. id. p. 311. & ad objectiones reſponſio. id. p. 360.

Ejuſdem, de ratione catechizandi apud Indiarum gentes, id. p. 626. ex Hiſpanico Latine, Andrea Schotto interprete.

1614. Æternum Evangelium, ſeu Chriſtianæ Veritatis Vindiciæ, ab *H. Smitho* Latine redditum & perfectum. Oppenheim. 1614. 8.

1622. *Hugo Grotius* vir ſummus, cum A. 1620. Lœwenſteinii captivus teneretur, *a)* Belgico carmine *b)* in uſum civium ſuorum, navigantium

a) Vide Venerandi Jo. Chriſtophori Wolfii noſtri carcerem eruditorum Muſeum pag. 28. W. E. Tentzelii dialogos menſtruatim vulgatos (Monatl. Unterredungen) An. 1693. p. 232. 248. ſq. Mich. Friderici Qvade unpartheyiſchen Bibliothecarium p. 473. 761. ſq.

b) Laudat Voëtius T. 1. ſelectar. diſſ. p. 171. & Jo. Hornbeckius de Ethnicis convertendis p. 99.

tium præcipue, *c)* & ad barbaras terras excurrentium, composuit libros illos aureolos de Veritate Religionis Christianæ, qui in lucem editi sunt A. 1622. 4. hoc titulo: Bewys van den waren Godtsdienst, in versen gestelt door Hugo de Grot. Dinde libertati redditus eosdem in gratiam Hieronymi Bignonii vertit Latine, & curante editionem G. J. Vossio, primum publici juris fecit A. 1627. sine notis, cujusmodi jam tertia editio prodiit Lugd. Bat. 1633. 12. Denique notas addidit, cum quibus post editionem primam Paris. 1640. 12. sæpissime deinde subiit præla & separatim & cum commentariis Grotii in Novum Test. Paris. 1646. fol. & inter Criticos sacros Anglicanos Tomo IX. atque inter Theologica Grotii opera junctim excusa Amsterd. 1679. fol. Libro *primo* probat capita Religionis naturalis: *secundo* & *tertio* Christianæ. *Quartus* paganorum erroribus est oppositus, *quintus* Judæis, Muhamedanis denique *sextus* sive ultimus: Hos cum legit G. J. Vossius, *in cælesti cœnaculo cum Diis epulari* sibi est *visus*, ut profitetur Epistola 79. Idem Epist. 78. laudat Grotium, quod argumenta solida selegerit, & quæ debemus Spiritui S. Prophetis & Apostolis, ea lumini naturæ & cœcarum gentium lacunis accepta referre noluerit. *Dicere non possum*, inquit Wagenseilius, *d) quantopere ille libellus Grotii me capiat, & utinam me recta suadentem audiant ingenui adolescentes, eumque assidue legant, penitusque, meus magna ex parte filius*

c) *Propositum mihi erat*, inquit Grotius, *omnibus quidem civibus meis, sed præcipue navigantibus operam navare utilem, ut in longo illo marino otio impenderent potius tempus, quam quod nimium multi faciunt, fallerent. Itaque sumto exordio à laude nostræ gentis, quæ navigandi sollertia cæteras facile vincat, excitari eos, ut hac arte, tanquam Divino beneficio, non suum tantum quæstum, sed & ad vera, hoc est Christianæ Religionis propagationem uterentur. Neque enim deesse materiam, cum per longinqua itinera passim incurrent aut in Paganos, ut in Sina & Guinea, aut in Mahumetistas, ut sub Imperio Turcæ, Persæ & Pœnorum* (Indorum:) *tum vero Judæos & ipsos jam Christianismi professos hostes, dispersas per maximas partes terrarum orbis; neque deesse impios, qui abditum metu venenum ex occasione apud simplices prodant; adversum quæ mala optare me ut recte armati sint nostrates, & qui ingenio præstant, incumbant pro virili revincendis erroribus, cæteri saltem id caveant, ne ab aliis vincantur.*

d) in pera librorum juvenil parte 2. p. 841. Vide etiam Jo. Jacobi Schudt, τ̃ μακαρίτȣ, Vitam Grotii p. 62. seq.

filius quod fecit, edificant. Paulo Colomesio *e*) judice liber admirabilis, dignus, qui manibus omnium teratur Christianorum.

Recensitos à se emendatosque & notis quibusdam auctos hos libellos recudi curavit V. C. *Joannes Clericus, f)* Amstelod. 1709. & 1717. addito libro de eligenda inter Christianos dissentientes sententia: & 1724. 8. in qua tertia editione adjunctus liber novus contra indifferentiam religionum. *g)* Prodierunt etiam Grotii libelli cum analectis insignis Theologi *Ernesti Salomonis Cypriani, h*) Lipsiæ 1709. 8.

Græcæ versionis à Pastore Legati Anglicani Parisiis concinnatæ meminit Grotius Epistola 883. scripta ad Vossium A. 1638. additque: *Pontificii autem nunc* Persice *vertunt, ut Mahumetistas, si DEUS adspiret, faciant Christianos.* Versionem *Chinensem* memorat C. L. Billerbeck, Consiliarius Cellensis, præf. ad Abbadium de Veritate Religionis Christianæ Germanice versum, §. VI.

Anglica versio lucem vidit triplex, una cujus meminit Grotius in Epistola 411. ad Gvilelmum fratrem data A. 1637. *sed & in Anglicum sermonem traductus à viro illustri, multum illi genti probatur.* Altera Lond. 1690. 8. tertia *Simonis Patricii,* Episcopi nuper Eliensis, qui septimum librum adjunxit Pontificiis oppositum.

Arabicam versionem A. 1640. ab Eduardo Pocockio concinnari curavit Rob. Boyle editam Lond. 1660. 8. unde lepidus error Jac. Sponii & Georgii Wheleri, qui ex Arabico illo Grotium plagii reum agunt in itinerariis suis lectu alioqui dignis & amœnis. Exstat illa versio nitide scripta inter Codices manu exaratos B. D. Abrahami Hinckelmanni, quos hodie servat Rev. Joachimus Morgenweg, Pastor Orphanotrophii meritissimus in hac urbe Hamburgensi.

Belgica

e) p. 822. Operum editionis à me curatæ: *c'est un admirable livre, qui devoit être le* Vademecum *de tous les Chrétiens. Je l'ai lu plusieurs fois, mais toujours avec un nouveau plaisir.*

f) Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1709. p. 519. Bibl. choisie T. 18. pag. 228. Bibl. ancienne & moderne T. 8. p. 232.

g) id. T. 21. p. 341.

h) Bibl. choisie T. 18. p. 245. Acta Erud. A. 1710. p. 154. Neue Hällische Bibliothec T. 1. p. 35.

i) Confer, si placet, quæ olim scripsi in Decade Decadum cap. 43. Versionis illius Arabicæ meminit Grotius Epist. 444. ad Gvil. fratrem data A. 1641. Pocockius Epist. ad Vossium 336. data A. 1642. Hottingerus Hist. Oriental. pag. 228. & Hist. Eccles. T. 1. p. 515.

Belgicæ versionis mentio apud Bælium* in Lexico, voce *Grotius*, nota G.

Danicam à celeberrimo viro Thoma Bartholino compositam memorat Severinus Waltherus Sluterus, ὁ μακαρίτης, in propylæo Historiæ Christianæ sect. 2. p. 193.

Gallicas versiones quinque reperio, primam Joannis Cordesii, alteram, quæ notatur in libro Mottani Vayeri, cui titulus, Hexameron rustique p. 31. tertiam interprete P. le Jeune, * Paris. 1691. & Ultrajecti 1692. 12. Quartam nescio quo auctore: quintam ** denique novissime editam cum notis Paris. 1724. 12.

Germanicæ duplices prosariæ, una Coleri vulgata A. 1631. altera melior Valentini Musculi, qui notas etiam Grotii vertit, & argumenta singulis præmisit libris, & in præfatione quædam vel castigat vel supplet. Stockholm. 1651. 1656. 12. & 1708. 8. in Germania, quo loco jam non memini. Germanico carmine ex Belgico Grotii in gratiam ejus filiæ vertit poëta clarissimus Martinus Opitius A. 1631. 4. & inter Opitii poëmata aliaque opera junctim excusa Uratislav. 1690. 8. tomo tertio.

In *Malaicam* quoque linguam transferri curavit Robertus Boyle.

Svecicæ versionis meminit Grotius Epist. 413. data A. C. 1637.

Jo. Henichii, Theologi Rinthelensis, de Veritate Religionis Christianæ tractatus, quo ea, quæ Hugo Grotius de hac materia commentatus est, aliquanto uberius exponuntur. Rinthelii 1667. 12.

David Algœwers, Theologi Ulmensis, Einleitungs-Discours zu einem Collegio über Grotium von der Warheit der Christlichen Religion. Ulm, 1722. 8.

D. Pauli Pomian Pesarovii, Theologi antea Regiomontani, illuminatus in Veritate Religionis Christianæ Hugo Grotius, & Joannis Clerici de eligenda inter dissentientes Christianas sententia liber unicus, subnexa responsione ad amicum de Gvilelmi Nicholsii defensione Ecclesiæ Anglicanæ, additoque *Joannis Canuti Lenæi*, Archiepiscopi Upsaliensis, libello de Veritate & excellentia Christianæ Religionis, ad Carolum Gustavum, Comitem Palatinum Rheni, & postea Sveciæ Regem. Servestæ 1721. 8. Canuti libellus insignis, quem incomparabilem Pesarovius appellat, lucem primum viderat Upsaliae,

* Bælii Lexicon in *Grotius*, nota G. Bibl. universelle T. 22. p. 71. Boeksaal van Europe A. 1693. p. 470.

** Journal des Savans A. 1724. p. 504.

liae, 1638. deinde Stetini 1642. 12. Coburgi etiam & 1702. 12. Schleusingae.

Contra secundum, tertium & quintum Grotii librum Judaeus Hispanus, qui in Dalmatia & inde Venetiis artem exercuit Medicam, *Jacobus Lombroso* * nomine, scripsit Propugnaculum Judaismi, quod manu exaratum fertur apud Judaeos; & ab Isaaco Orobio accepit *Philippus à Limborch*, qui in Commentariis ad Acta Apost. Epistolam ad Romanos & ad Hebraeos editis Roterd. 1711. fol. objectiones ejus plerasque diluit.

1633. *Georgii Calixti* de Veritate unicae Religionis Christianae dissert. Helmst. 1633. 4. & Germanice, Brunsvici 1708. 8.

1657. Waarheit der Christlike Religie. Haerlem 1657. 8. Belgice, ni fallor, ex Grotio.

1661. *Jordani Nicolai Edenii*, Theologi Upsaliensis, diss. de Religionis Christianæ Veritate. Upsal. 1661. 8.

1662. A discourse of the truth and reasonableness of the Religion delivered by JEsus CHrist, wherein the several arguments for Christianity are briefly handled, the miracles done by our Saviour, Apostles and Christians, in confirmation of this Doctrine, are proved from the Confessions of the Enemies of our Religion, Jews and Heathens, and from the unquestioned authorities of the most eminent Fathers of the primitive Church. Unto which by another hand is added a disquisition touching the *Sibylls* and the *Sibylline* writings, wherein the objections made by Opsopœus, Isaac Casaubon, David Blondell and others are examined. London, 1662. 8.

1662. *Eduardi Stillingfleet*, postea Episcopi Vigorniensis, defuncti 27. Mart. 1699. ætat. 63. Origines sacræ, or a rational account of the grounds of Natural and Revealed Religion, as to the truth and Divine authority of the Scriptures, and the matters therein contained. Lond. 1662. 4. ac deinde sæpius, atque ex Anglico Latine, nec non Belgice, & Brem. 1695. 8. Germanice. Opus tribus libris distingvitur, quorum primus obscuritatem, defectum & incertitudinem veterum Chronologiæ & historiarum Phœniciæ, Ægyptiacæ, Chaldaicæ, Græcæ & aliarum Ethnicarum fuse atque erudite probat. Secundus totus est in asserenda Mosis ac Prophetarum

* Vide laudati Wolfii Bibliothecam Hebraicam T. 1. p. 605.

phetarum certitudine, prophetiarumque & miraculorum veritate & Christianæ inde Religionis divinitate confirmanda. Tertius probat capita Religionis naturalis præsupposita à Mose, & origines rerum à Mose expositas, collatis & confutatis Philosophorum contrariis opinionibus, de origine mali, de generis humani origine, notatisq; vestigiis rerum sacrarum in Ethnicorum Mythologiis. Denique colophonis loco subjicitur diatriba de Divinitate atque excellentia S. Scripturæ. Melior editio hujus operis est septima, quæ Anglice prodiit Cantabrig. 1702. fol. eamque secuta octava in operibus Stillingfleeti * junctim editis sex tomis Lond. 1710. fol. tomo secundo, & nona 1723. fol. in his enim accessere ex auctoris MSto capita duo operis, quod A. 1697. paravit auctor quinque libris absolvendum hoc titulo: Origines sacræ, or a rational account of the grounds of natural and revealed Religion, wherein the foundations of Religion, and the authority of the Scriptures are asserted and clear'd, with an answer to the modern objections of Atheists and Deists. In capite primo probat Stillingfleetus contra Atheos Religionem neque arti Politicorum deberi, neque hominum timiditati aut ignorantiæ: neque hypotheses illorum Philosophorum posse consistere, qui vel æternum Mundum vel temere exortum, & homines fungorum instar ex terra editos tradiderunt: neque verum esse quod ajunt quidam integros reperiri populos omnis cognitionis DEI expertes. Capite secundo, Atheorum examinat hypotheses, quibus argumenta pro DEI existentia & imperio conantur vocare in dubium, & Mechanismo atque movendi vi, quæ sit in materia, omnia tribuere non dubitant.

1664. *Joachimi Stegmanni* junioris, brevis demonstratio Veritatis Religionis Christianæ, inserta Operibus Danielis Brenii, editis Amst. 1664. fol.

1666. *Johannis Belini*, Episcopi Bellicensis, (Bellay) preuves convainqvantes des Verités du Christianisme. Paris 1666. 4. Etiam hic capite IX. Mornæi exemplo Mysterium SS. Trinitatis argumentis ex Lumine Rationis repetitis probare instituit.

1667. *Richardi Baxteri* the reason of the Christian Religion: *the first part OF GODLINESS*, proving by natural evidence the Being of God, the necessity

* Acta Erud. A. 1712. p. 9. 106. 337. History of the works of the learned A. 1700. p. 493. A. 1701. p. 680. 737.

neceſſity of holineſs, and a future life of retribution: the ſinfullneſs of the world, the deſert of Hell, and what hope of recovery mercies intimate. *The ſecond part, OF CHRISTIANITY*, proving by evidence ſupernatural and natural, the certain truth of the Chriſtian belief: and anſwering the objections of unbelievers. Lond. 1667. 4.

1669. Penſees de *Mr. Paſcal* ſur la Religion & ſur qvelqves autres ſujets, Pariſ. 1669. Amſt. 1672. 1699. 12. & ſæpius: addita etiam ab alia manu vita auctoris & diſſertatione (diſcours ſur les penſees du Paſcal, & ſur les preuves des livres de Moyſe.) Primæ hæ ſunt lineæ operis, quod de veritate Religionis Chriſtianæ parabat vir acutiſſimus Blaſius Paſchalis, verum ita etiam de ingenio & judicio auctoris teſtantur, argumentaque offerunt meditatione ac conſideratione digniſſima. De methodo ejus vide, quæ infra p. 557.

1671. *Λόγος τῆς πίστεως* or an endeavour to evince the certainty of Chriſtian faith in generally and of chap. XI. p. 387. ſeqq. of the Reſurrection of CHRIST, in particular, by *Daniel Whitbie*, Chaplain to the Lord Bishop of Sarum. Oxon. 1671. 8. cum eruditis notis.

1672. *Marchionis de Pianezza* demonſtratio Evangelica, quam ex Italico vertit Dominicus Bouhurius, S. I. Pariſ. 1672. 12. recuſ. 1678. Vide librum Anonymi, qui inſcribitur, Recherches hiſtoriqves, pag. 249.

1674. *Guilielmi van Blyenburg* de Veritate Religionis Chriſtianæ. Belgice. Lugd. Bat. 1674. 4.

1674. *Henrici Mori*, Magni Myſterii Pietatis explanatio, in Operibus ejus Theologicis, Lond. 1674. fol. ſpeciatim de Chriſtianæ Religionis congruentia cum ſana Ratione, lib. VII. cap. 9. ſeqq.

1677. *Nicolai Malebranchii* Converſations Chrétiennes dans leqvelles on juſtifie la verité de la Religion & de la Morale de JEſus CHriſt. à Mons 1677. Roterdam 1685. 12. *Acta Eruditorum* A. 1686. pag. 24.

1678. *Jer. Taylori* moral demonſtration, or diſcourſe proving that de religion of JEſus CHriſt is from God, Lond. 1678. 12. cum aliis ejus opuſculis.

1681. Defenſe de la Religion Chrétienne & de l'Ecriture Sainte contre les Deiſtes, par *Jean Baptiſte de Roſemond.* à Paris 1681. 12.

Digitized by Google

1681. *Samuelis Parkeri* demonstration of the Divine authority of the Law of Nature, and of the Christian Religion. Lond. 1681. 4.
1682. *Innocentii Pencinii* paragone dogmatico, lapis Lydius veritatis, Venet. 1682. 8. Bibliotheca Fabriciana Helmst. T. 6. p. 520. seq.
1684. *Jacobi Abbadie*, Traité de la Verité de la Religion Chrétienne. Roterd. 1684. 1688. 8. duobus Voluminibus. Quinta editio 1715. 12. sexta 1719. 8. *Acta Erud.* A. 1685. p. 126. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1687. p. 1386. *Hist. des Ouvrages des Savans* A. 1688. p. 38. Prodiit opus hoc præstantissimum etiam Anglice per H. L. Lond. 1694. 8. & Germanice cum notis insignibus & prolegomenis interpretis C. L. Billerbeckii, Consiliarii Regis Britanniæ in Civitate Cellensi. Francof. 1713. & Lipsf. 1721. Nescio quo jure vel qua injuria hoc opus Joanni la Placette quidam * tribuunt: hoc scio, non temere fidem habendam ejusmodi narrationibus, neque Abbadium unquam eo nomine reprehensum à Placetta, qui vir & ipse egregius atque eruditissimus tam multis annis post librum illum editum supervixit, denique scio non imparem fuisse Abbadium scripto illi componendo, ut libro de Divinitate JEsu CHristi, ** A. 1689. 9. Gallice edito Roterodami, aliisque lucubrationibus suis abunde demonstravit. *Volumen primum* hoc procedit ordine, ut primo refellat Atheos & contra eosdem accurate probet DEUM existere, Mundum æternum non esse, nec animum hominis mortalem. Deinde demonstrata necessitate Religionis oppugnat quatuor Deistarum genera, quorum alii perversam sibi de DEO ejusque attributis notionem animo concipiunt, alii negant eum providere rebus humanis, alii eum contendunt non minus hoc quam illo genere religionis aut superstitionis delectari, alii denique solam naturalem vel quamcunque Religionem ad Salutem sufficere arbitrantur. Tertio Religionis Judaicæ atque librorum Veteris Testamenti veritas probatur ac Divinitas, & objectiones Spinosæ & aliorum irreligiosorum dissolvuntur. Hinc acceditur ad Prophetias, & Consilium Divinum de Ethnicorum vocatione & mittendo in salutem humani generis Messia, tam multis ante sæculis prædictum explicatur, demonstraturque adversus Judæos ejus Veritas ac Divinitas. *Volumen secundum* totum versatur in asserenda Christianæ Religionis

* Vide Neueröfnete Moralisten Bibliothec p. 283.
** Hist. des Ouvrages des Savans A. 1689. Mai. p. 238. Bibl. Universelle T. 15. p. 366.

Religionis veritate ac Divintate, ex factis ipsis, & testium fide, & vaticiniis, miraculisque & doctrina admirabili. Interpres nobilissimus in notis plura sive supplet sive adjungit non contemnenda, & in prolegomenis *ad Volumen prius* disputat de necessitate & usu scriptorum ejusmodi, & de scriptoribus celebribus hujus argumenti, Mornæo, Grotio, Blasio Pascali, Huetio, Jaqueloto, Picteto, Jo. Clerico, Matthæo Hale, Allixio, Cudwortho, Nehemia Grew, Bentleio, Scherlockio, Grosgebauero, Limborchio & Salomone van Till: prolixiusque differit de methodo, qua in asserenda Veritate Religionis Christianæ Blasius Pascalis fuit usus, & quæ in eo differt ab aliorum via & ordine, ut non à demonstratione existentiæ Divinæ & religionis naturalis incipiat, neque à consideratione gestorum CHristi, Resurrectionis ejus, propagationisque Evangelii, sed à consideratione hominis ejusque miseriæ pariter & præstantiæ, & quod nulla Philosophia aut religio alia vel statum hominis explicet causasque ejus doceat, neque quomodo miseriæ ejus paretur medela, demonstret quam sacer Codex & Religio Christiana. In præfatione *ad posterius Volumen* docet nihil esse miserius iis, qui incerti hærent in luto irreligiositatis aut scepticismi, nec dant operam ut animus in agnitione, fide & amore DEI ac Salvatoris sui confirmetur, quo nulla major felicitas cogitari potest. Deinde commendat remedia, quibus si serium adsit Veritatis ac Salutis studium à DEO precibus seriis expetendum, ex veterno impietatis excitari aliquis per Divinam Gratiam atque ad lucem salutarem Evangelii adduci, & cor ejus in fide CHRISTI βεβαιοῦσθαι ac confirmari certissime possit.

1685. *Viti Ludovici à Seckendorf* * Christen-Staat in drey Bücher abgetheilet, im ersten wird von dem Christenthum an sich selbst und dessen Behauptung wider die Atheisten und dergleichen Leute: im andern von Verbesserung des Weltlichen, und im dritten des Geistlichen Standes nach dem Zweck des Christenthums gehandelt. Lipf. 1685. 8. Acta Erud. illius anni p. 343.

* Defunctus vir paucis comparabilis Halæ Saxonum 1692. 18. Decemb. Vide D. Henrici Pippingii, τοῦ μακαρίτου, memorias Theologorum pag. 1062. Adolphi Clarmundi vitas editas Germanice Tom. 8. p. 165. Dan. Seifarti mel melicum parte 2. p. 490. seq. Acta Erud. A. 1693. p. 47. & Ephraim Gerhardi Anhang zur Einleitung in die Staats-Klugheit.

1688. *Mich. le Vassor* * de la veritable Religion, en IV. livres. Paris, 1688. 4. 1) de Religione Naturali & piorum ante Mosen. 2) de Religione Mosaica. 3) de Prophetiis V. T. earumque in CHristo complemento. 4) de Divinitate Religionis Christianæ. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1689. p. 1. & 144. *Histoire des Ouvrages des Savans* A. 1689. *Mars* p. 80. & *Avril* p. 97.

Ejusdem de la maniere d'examiner les differens de Religion. Amst. 1697. 12. *Acta Erudítor.* 1697. p. 195.

1688. Demonstration ou preuves evidentes de la verité & de la Sainteté de la Morale Chrétienne, par *Bernbard Lamy*, della Congregation de l'Oratoire, Paris. 1688. 12. duobus Vol. & Rothomagi 1706. 1709. 1711. 12. quinque Volum. *Hist. des Ouvrages des Savans* A. 1688. Jul. pag. 301. *History of the works of the learned* A. 1707. p. 368. *Bibliotheque choisie de Mr. le Clerc T. XI.* p. 394. *Nova literaria Hamb.* A. 1707. p. 411. *Journal des Savans* A. 1721. pag. 677. Diem obiit supremum Lamius A. 1715. 29. Januar. ætatis 74.

1690. *D. Bury*, Doctoris Oxoniensis, the naked Gospel, Evangelium nudum, quo demonstratur, quale fuerit prædicatum à CHristo & Apostolis. 2) quæ additiones & alterationes ab eo tempore illi fuerint illatæ. 3) qui fructus vel quæ mala exinde provenerint. Lond. 1690. 4. *Bibl. Universelle* T. XIX. p. 391. 435. 436.

1694. *Francisci Lamy*, Benedictini, Verité evidente de la Religion Chrétienne, ou elite de ses preuves & de celles de sa liaison avec la Divinité de JESUS CHRIST. Paris 1694. 12. *Journal des Savans* 1695. p. 9.

1694. *Gilberti Burnet*, Episcopi Salisburiensis, four discourses delivered to the Clergy of the dioces of Sarum, 1) the truth of the Christian Religion, 2) the Divinity and death of CHrist. 3) the authority of the Church. 4) the obligations to continue in the Communion of the Church. Lond. 1694. *Compleat library* T. 1. pag. 137.

1694. *Henr. Hallywells* defence of revealed Religion, in six sermons upon Rom. I, 16. Lond. 1694. 8.

1695.

* Presbyter pridem Oratorii, Aureliæ, deinde A. 1695. ad Protestantium partes transgressus obiit septuagenario majo in Anglia A. 1718. historia Ludovici XIII. Gallice vulgata aliisque scriptis celebris.

Digitized by Google

1695. *Jo. Locke*, reaſonableneſs of Chriſtianity. Vide ſupra p. 498.

1695. *John Edwards* thoughts concerning the cauſes of Atheiſm, with ſome reflections on the reaſonableneſs of Chriſtianity. London 1695. 8.

1698. *Roberti Jenkini* reaſonableneſs and certainty of the Chriſtian Religion. Lond. 1698. 1700. 8. duobus Voluminibus. Opus egregium, de quo Diarium Londinenſe, *Hiſtory of the works of the learned* A. 1700. p. 481.

1699. The certainty of the Chriſtian Revelation, and the neceſſity of believing it, eſtabliſhed, in oppoſition to all the cavils and inſinuations of ſuch as pretend to allow Natural Religion, and reject the Goſpel: by *Francis Gaſtrell*. London 1699. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. p. 111. *Nouvell. de la Rep. des lettres* A. 1700. p. 511. & Germanice, interprete Joh. Joachimo Arends, Paſtore Rieſumenſi in Holſatia. Lipſiæ 1716. 8. *Acta Erud. vulgata Germanice parte XLI. T. 4.* p. 443.

1699. The Chriſtian life, by *John Scot*, quinque Volum. Lond. 1699. 4. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. 4.

1699. *Jo. Craigii* Principia mathematica Theologiæ Chriſtianæ. Lond. 1699. 4.

1699. A compleat hiſtory or ſurvey of all the diſpenſations of religion, in which alſo the opinion of Dr. Spencers concerning the Jewish rites and ſacrifices is examin'd, and the certanty of the Chriſtian Religion demonſtrated againſt the cavils of the Deiſts, by *John Edwards*, Lond. 1699. 2. Vol. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. p. 246. 289.

1699. An impartial view of the truth of Chriſtianity, with the hiſtory of the life and miracles of Apollonius Tyaneus, containing an account of the teſtimony of Joſephus concerning Chriſt, of the oracles of the Sibylls, and Meſſias ben Joſeph, * ſo much ſpoken of by the later Jews &c. to which are added ſome reflections on a book call'd † oracles of reaſon. by *John Bradley*. Lond. 1699. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. p. 497.

1701.

* De Meſſia ben Ephraim ſive ben Joſeph, Judæis exſpectato, vide Chriſtophori Cellarii diſſertationes Academicas p. 125.

† Auctor illius libri Carolus Blount, idem qui Philoſtrati libros duos primores de vita Apollonii edidit Anglice cum notis Lond. 1680. fol. vide ſupra p. 477. 478.

1701. *Anonymi* Histoire du Christianisme, ou l'on fait voir l'origine & l'antiquité de ses Veritez. Paris 1701. 12. duobus Voluminibus. *Journal des Savans* A. 1702. p. 386.

1703. *Simonis Patrick*, Episcopi Eliensis, the witnesses of Chrystianity or the Certainity of our Faith and Hope. Lond. 1703. 8. 2. Volum.

1705. *Roberti Flemmingii* Christologia. *History of the works of the learned* A. 1705. p. 466. A. 1708. p. 64. 88. 148.

1706. *Rich. Brocklesby* explication of the Gospel Theism and the Divinity of the Christian Religion, containing the true account of the System of the Universe and the Christian Trinity. London, 1706. fol.

1706. *Daniel de Superville*, les veritez & les devoirs de la Religion Chrétienne, Roterd. 1706. 8. *Nouvelles de la Republique des lettres* A. 1706. p. 297. seqq.

1706. *Jordain Olivier*, leçons Chrétiennes. à la Haye 1706. 8. *Nouvell. de la Rep. des lettres* A. 1706. T. 2. p. 688.

1707. *Christiani Wolfii*, Philosophi tunc Hallensis, hodie Marpurgensis, methodus demonstrandæ veritatis Religionis Christianæ. *Acta Erud.* A. 1707. p. 166. seq.

1707. *D. Joannis Fabricii*, Theologi Helmst. de Veritate Religionis Christianæ. Helmst. 1708. 4.

1708. *Gvilelmi Beveregii* cogitata de Religione, Lond. 1708. Anglice, & ex Anglico Germanice, Gedancken von der Religion, Lipf. 1714. 8. una cum Gastrelli libro, de quo supra p. 345.

1708. Sermons sur divers textes de l'Ecriture sainte, par *Mr. P. Butini*, à Geneve 1708. 12. sermon 3. la Verité de l'Evangile.

1709. *Samuelis Werenfelsii* sylloge diss. Theol. Basil. 1709. 8. in qua diss. de Veritate miraculorum in S. Scriptura narratorum. De præstantia Religionis in S. Scriptura revelatæ, hujusque revelationis necessitate. Solutio quæstionis, num miracula certa sint veritatis signa. Meditatio de Zelo in S. Scriptura, ubique perspicuo pro una DEI gloria. De incitamentis validissimis ad Virtutem, in S. Scriptura propositis, & cur non plus efficaciæ inter Christianos habeant. Dissertatio de triplici teste de Verbo DEI testante, Ecclesia, S. Scriptura & S. DEI Spiritu.

1710. *Roberti Green* a demonstration of the truth and Divinity of the Christian Religion, at it is propos'd to us in the Scriptures of the

Digitized by Google

the New Teftament. Cambridge 1710. 8. *Hift. of the works of the learned* A. 1710. p. 692.

1711. *Caroli Leslie* truth of Chriftianity demonftrated. Lond. 1711. 8. *Memoires de Trevoux* A. 1712. p. 183. Vide quæ infra c. 33.

1712. Anonymus auctor libri Parifiis primum, deinde Amft. 1712. 12. editi, qui infcribitur, *les hommes*, Veritatem Religionis Chriftianæ probat folide & eleganter p. 183—206. *Memoires de Trevoux* A. 1712. p. 1508.

1714. In *Joannis Tillotfoni*, Archiepifcopi Cantuarienfis celebratiffimi, fcriptis junctim editis Anglice Lond. 1714. fol. tribus Voluminibus, quorum primum fæpius antea editos, duo pofteriora fermones ejus poftumos continent, varia leguntur ad veritatem Religionis Chriftianæ confirmandam, hominesque ad eam ferio colendam accendendos apprime facientia, quæ hoc loco fub unum confpectum lectori fiftere operæ pretium duxi.

In *tomo primo* quidem habentur fermones LIV. una cum decima editione libri, cui titulus, *the rule of Faith*, five *Regula Fidei*, in quo demonftrat S. Scripturam fufficere ad controverfias definiendas, adverfus objectiones *Joannis Sergeant*, qui pro traditionum oralium neceffitate difputaverat in libro: *Sure footing in Chriftianity*, five *fecurum quo Chriftiani nitantur fundamentum*.

Serm. 1. De fapientia, quæ in pietate & DEI cultu confiftit, ad Job. XXVIII, 28.

2. De ftultitia eorum, qui religionem rident & nafo fufpendunt, ad 2. Petr. III, 3.

3. De fructibus & commodis ex religione in focietates Civiles proficifcentibus, ad Prov. XIV, 34.

4. De emolumentis, quæ ex religione in homines fingulos promanant, ad Pfal. XIX, 11.

5. De excellentia Religionis Chriftianæ, ad Philipp. III, 8.

6. Præcepta Chriftianæ Religionis gravia non effe, ad 1. Joh. V, 3. *Journal des Savans* A. 1714. p. 32. feq.

7. De obligatione, qua Chriftiani ad vitam pie inftituendam obftringuntur, ad 2. Timoth. II, 19.

8. De felicitate cœleftis Vitæ, ad Philipp. III, 20.

12. De tranquillitate & voluptate interiore animi, quæ pios certisfime manet, Pfal. CXIX, 165.

Sermo 21. De discretione Spirituum, ad 1. Joh. IV, 1.

27. 28. Ad objectiones veræ Religioni oppositas responsio, ad Jos. XXIV, 15.

30. De necessitate noscendi sacras litteras, ad Matth. XXIII, 13.

35. De æternitate suppliciorum infernalium, ad Matth. XXV, 46.

36. De Providentia Divina, ad Ecclesiastæ IX, 11.

40. De DEO solo summo Bono hominis, ad Psalm. LXXIII, 25.

49. De constantia in Pietate ac vera Religione, ad Jos. XXIV, 15.

50. De pietate per familiam propaganda, ad Jos. XXIV, 15.

54. Emolumenta eorum, qui à prima ætate pietatem serio colere incipiunt, ad Ecclesiastæ XII, 1.

In *tomo secundo* sermones exstant CIV. ex quibus ad institutum nostrum faciunt

Serm. 16. Præsentia Messiæ, summa templi secundi Gloria, ad Haggai II, 6—9.

20. Promulgatio Evangelii ab Apostolis facta per orbem terrarum, ad Marc. XVI, 19. 20.

21. De honore bonæ famæ piorum post obitum, ad Psalm. CXII, 6.

25. 26. De beatitate piorum post hanc vitam, ad Apocal. XIV, 13.

33. 34. Candor & integritas, optima cautio adversus periculosos in religione errores, ad Joh. VII, 17.

40. 41. Religio prima maximique momenti res quæ hominibus cordi esse debet, ad Matth. VI, 33.

42. De sapientia Religionis, ad Psalm CXIX, 96.

48. De magnis Religionis naturalis officiis, remediisque ea cognoscendi, ad Mich. VI, 6--8.

49. Religionem revelatam neutiquam adversari naturali, ad Matth. IX, 13.

50. 51. Legem Mosaicam non everti à Christiana Religione sed perfici, ad Matth. V, 17.

63. JEsum esse Messiam, ad Matth. XI, 2—6.

64. 65. Præjudicia adversus Christianam Religionem expensa, ad Matth. XI, 6.

71. Difficultatum & molestiarum, quæ Christianæ vitæ adesse videntur, consideratio, ad Luc. XIII, 24.

83. 84. 85. Sapientia DEI in creatione Mundi, ad Psalm. CIV, 24. in Provi-

Providentia, qua Mundum gubernat, ad 1. Petr. V, 7. & in Redemtione humani generis per JEſum CHriſtum, ad 1. Cor. I, 24.

86. Juſtitia DEI in præmiorum pœnarumque diſtributione, ad Geneſ. XVIII, 25.

90. 91. 93. De Bonitate DEI, ad Pſalm. CXLV, 9.

92. Ad ea, quæ adverſus Bonitatem DEI objiciuntur reſponſio, ad eundem Pſalmi locum.

In *Tomo tertio* denique

Sermone 120. 121. 122. 123. Animorum immortalitas quatenus de illa conſtat ex naturali rationis lumine & ex Revelatione Divina, ad 1. Timoth. I, 10.

124. ſeqq. De certiſſime futuro Divino Judicio, ad 2. Corinth. V, 10.

130. De certitudine & beatitate futuræ verorum Chriſtianorum Reſurrectionis, ad 1. Theſſ. IV, 14.

133. Sapientia Religionis defenſa, ad Prov. XIV, 32.

139. Evidens certitudo Reſurrectionis Salvatoris noſtri, ad Actor. I, 3.

140. De poſſibilitate Reſurrectionis mortuorum, ad Actor. XXVI, 8.

165. ſeqq. ad 170. De Fide religioſa ac Divina, ad Hebr. XI, 6.

171. 172. 173. De Fide Chriſtiana & juſtificante, ad Joh. XX, 31.

174. De concordia conditionis fœderis Evangelici & meriti Salvatoris, ad Joh. XX, 31.

175. 176. 177. De veritate miraculorum ad confirmandam Religionem Chriſtianam editorum, ad Hebr. II, 4.

178. 179. De prærogativis Veritatis præ Errore, ad 1. Joh. IV, 4. 5.

180--188. De evidentia Veritatis Religionis Chriſtianæ, & de cauſis ob quas à multis non creditur, ad 2. Corinth. IV, 3. 4.

189. 190. 191. De excellentia Religionis Chriſtianæ & promulgatione ad omnes ſpectante homines, & de periculo eam rejicientium, ad Joh. III, 19.

192. Fundamentum irreligioſitatis & improbitatis, odiſſe veritatem, ad Joh. III, 20.

193. Vera libertas, fructus fidei Chriſtianæ, ad Joh. VIII, 36.

Major pars horum Tillotſoni ſermonum, tomi primi maxime, auctore adhuc vivo ac ſpirante editorum, qui etiam Anglice plus ſimplici vice recuſi ſunt, exſtat & in alias converſa linguas, ut *Germanicam* Joanne Chriſtophoro Frauendorfio interprete, Lipſ.

 1697.

Digitized by Google

1697. 4. & *Belgicam* ex verſione Verrini, * Roterd. 1712. 8. & *Gallicam* Joanne Barbeyraco & Dalbiaco interpretibus. † Amſt. 1705. 1708. 1713. 12.

1714. *D Godfridi Olearii*, τοῦ μακαρίτου, Theologi Lipſienſis, JESUS der wahre Meßias, der köſtliche Eckſtein, nach Anleitung des Heylandes ſelbſt Matth. XI, 2---10. zu gründlicher Bewährung der Chriſtlichen Religion fürgeſtellet, Lipſ. 1714. 8. Merito commendatur hic liber in Actis Erud. Germanicis T. 2. p. 804. in Unſchuldigen Nachrichten A. 1714. pag. 965. & in Venerandi noſtri Erdmanni Neumeiſteri Geiſtlichen Bibliothec p. 119. Hac autem methodo utitur, ut inprimis certo fundamento fidem in CHriſtum niti demonſtret ex miraculis ejus, ſpeciatim reſurrectione, vaticiniisque de eo editis, & teſtimonio Joannis ** Baptiſtæ. Deinde ſcandala removet, ſive quæ Judæis vel Ethnicis, ſive quæ multis etiam inter medios Chriſtianos fuerunt, ſuntque impedimento, quo minus CHriſtum fide amplectantur. Denique docet periculum & damnum graviſſimum, quod incurrunt ii, qui unicum hoc Salutis ſuæ remedium contemnunt ac repudiant, ut Judæorum exemplo omnibus factum eſt manifeſtum: & viciſſim egregie explicat ponitque ob oculos felicitatem, quam ex religione Chriſtiana in vita præſenti etiam tum ſinguli homines tum integræ nationes & Respublicæ capiunt, & quæ poſt hanc vitam certiſſime manet credentes in omnem æternitatem.

Idem Vir egregius in Collegio paſtorali poſtumo, cui titulus: Geiſtliche Seelen-Cur, Lipſ. 1718. 4. accurate diſſerit, quomodo agendum cum Atheis, Indifferentiſtis, Judæis, ut per Divinam gratiam ad CHriſtum adducantur: Et p. 725. ſeqq. cum iis, qui per multitudinem errantium & impiorum, aut alienorum à fide Chriſtiana integrorum populorum offenduntur. Obiit deſideratiſſimus Olearius & in paucis mihi cum viveret amicus Lipſiæ in patria mea 10. Nov. A. †† 1715. natus A. 1672. 3. Jul.

1714.

* Bibl. choiſie T. 26. p. 236.

† Nouvell. de la Rep. des lettr. A. 1705. T. 2. p. 627. A. 1708. T. 1. p. 340. & T. 2. p. 682. Bibl. choiſie T. 26. p. 233.

** Conferendæ ejusdem Olearii Obſervationes in Matthæum XXXIV. XXXV. XXXVI. de dignitate Johannis Baptiſtæ, de Johanne Propheta, & de Johanne Propheta maximo, p. 292. ſeq. Lipſ. 1713. 4. & quæ ſupra p. 40.

†† Iconi ejus, quæ Collegio Paſtorali præfigitur, per errorem adſcriptus A. 1716.

1717. La Verité de la Religion Chrétienne, demontrée par ordre Geometrique, par *Mr. Denyse*, Professeur de Philosophie au College de Montaigu fondé en l'Université de Paris. 1717. 12. De hoc insigni libello *Journal des Savans A. 1717. T. 2*, pag. 542. Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen 1717. p. 898. *Europe Savante 1718. Avril* p. 257. *Hist. Critique de la Republ. des lettres T. 15*. p. 332.

1717. *Jacobus Saurin* T. 3. sermon 7. sur les difficultez de la Religion Chrétienne. Sermon 8. sur la recherche de la verité. Sermon 9. sur le trafic de la Verité, & Sermon 10. sur les avantages de la Religion. à la Haye 1717. 8.

1717. *Armandi Gotthold Fehmel*, Directoris Gymnasii Hildburghusani, de criteriis veræ Religionis communibus, Altdorf. 1717. 4. illa sunt 1) viam optimam ad impetrandam de rebus Divinis certitudinem ostendere, atque ab omni imposturæ suspicione longe abesse. 2) præstantissimam de existentia, essentia & operibus DEI institutionem suppeditare. 3) solidam de origine, natura ac statu hominis dare notitiam. 4) statum post mortem omnium optime describere. 5) convenientissime nos edocere de vera felicitate hominis. 6) certissima ad illam impetrandam suppeditare remedia, speique certæ firma fundamenta ponere. 7) ex omni parte, sanctitate & gravitate ita esse conspicuam, ut ad eam homines directe ducat. 8) passionibus vitiosis hominum non indulgere. 9) cultum internum DEO dignum & sanam externi cum interno conjunctionem svadere ac tradere. 10) omnia, quæ ad superstitionem ducunt, respuere. 11) antiquissimam esse præ omnibus. 12) procul abesse à violentia, coactione & crudelitate.

1717. *Lamperti Gædike*, * Garnisons-Predigers in Berlin, primæ Veritates Religionis Christianæ, oder Grund-Sätze der Christlichen Religion, welche von den Atheisten, Naturalisten, Freygeistern, auch andern Feinden und Spöttern Christlicher Religion angefochten, wider dieselben aber gründlich behauptet und bewiesen werden. Berlin. 1717. 8. Prima capita hujus scripti exstant in tomo primo libri, Freywilliges Hebopffer zum Dienst des Heiligthums.

1718. Sentimens Chrétiens sur les principales veritez de la Religion, exposez en prose, en vers, & en estampes, par le Pere *Buffier*, S. I. Paris 1718. 16. *Memoires de Trevoux* A. 1717. 8. Octobr. p. 622. sq.

Bbbb 3 1719.

* Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen 1717. p. 146.

1719. *Benedicti Picteti* Dissertationum Theologicarum de Religionis Christianæ præstantia ac Divinitate decas, cum oratione de Crucis trophæis ac Christi triumphis, & populorum ad Christianismum conversione. Genev. 1719. 8. De solido hoc scripto ac præclaro, *Nouvelles literaires T. X.* p. 32. *Acta Eruditor. A. 1720.* p. 491.

Idem Pictetus in Theologia sua Christiana, vulgata Gallice 1708. 4. multa passim annotat insigniter facientia ad Religionis veritatem tuendam contra Atheos, Deistas, Judæos.

1720. *D. Christoph. Matth. Pfaffius*, Cancellarius Tubingensis, in limine Institutionum Theologiæ dogmaticæ & moralis, editarum Tubingæ 1720. 8. præmittit argumenta pro Veritate Religionis Christianæ. Idem laudat *Joannis Alphonsi Turretini* dissertationes de eodem argumento, quibus eum Huetio & Grotio palmam dubiam fecisse affirmat.

1721. *Jo. Arnoldi Noltenii* Einleitung der Beweisung der Warheit der Christlichen Religion in IX. Predigten, nebst seiner Franckfurtischen Abschieds- und Berlinischen Anzugs-Predigt. Berlin. 1721. 4.

1721. Maximes de la Religion Chrétienne, ou l'on donne le precis de preuves, qui en montrent la verité, ou l'on repond aux difficultez qu'on lui oppose, & ou l'on refute les principales erreurs qvi vont à la renverser, par *Cesar Pregorier.* à Londres 1721. 8. *Bibl. Angloise T. 9.* p. 473.

1724. *Mr. Loiseleur*, Prétre, Apologie pour la Religion & pour l'Eglise de J. C. Paris. 1724. VI. Volum. 4.

* * *

Melchioris Leydeckeri Veritas Evangelica triumphans de erroribus quorumvis sæculorum, Amst. 1688. 4. duobus Volum.

Nicolai Haring, Ecclesiastæ Ultrajectini θρησκειολογία of te anmerkingen over de Religie tot ontdecking en vaststelling der ware Godsdienst, als oek tot opwecking en bevordering van de kragt der Godsaligheyt. Amst. 1694. 4.

Veritas Religionis Christianæ Reformatæ asserta ex ratione, revelatione & antiquitate amica & inimica, à *Gerhardo van der Meulen.* Lugd. Bat. 1667. 4.

Jacobi Abbadie la Verité de la Religion Chrétienne Reformée. Roterd. 1718. duobus Volumin. *Acta Erud. T. 7. supplement.* p. 228. *Europe Savante* A. 1719. p. 3. seq.

Fr. Leo-

Benedicti Picteti la Religion des Proteftans juftifiée d'herefie & fa verité demontrée. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1717. p. 343. 347.

La verité de la Religion Reformée prouvée par l'Ecriture Sainte & par l'Antiquité, par *Auguste de Gabillon*, à la Haye 1701. 12. *Nouvell. de la Republ. des lettres* A. 1701. p. 570.

Fr. Leonis, Carmelitæ Rhedonenfis, Religio Chriftiana Catholica, Myftice, Phyfice, Ethice & Politice demonftrata. Parif. 1646. 4.

Joannis Bagolii Rhedonenfis, S. I. Apologeticus fidei, five Inftitutio Theologica de vera Religione. Parif. 1645. fol. 2. Volum.

Mr. Andry, Paftoris Ecclefiæ Lugdunenfis, la Verité de l' Eglife Catholique mifes en evidence. 2. Volum. 12. Vide Nouveau recueil des pieces fugitives de Mr. Archimbaud T. 2. p. 122. feq. Parif. 1717. 12.

La foi dés Chrétiens & des Catholiques juftifié contra les Deiftes, les Juifs, les Mahometans, les Sociniens, & les autres heretiques, par *Jean Dez*, Jefuite, Parif. 1714. 12. 4. Volumin. opus poftumum. Unfchuldige Nachrichten A. 1714. pag. 771. *Journal des Savans* A. 1715. p. 645.

La veritable Religion cherchée & trouvée par *Mr. Bordelon*. en IX. difcours, Parif. 1708. 12. *Mem. de Trevoux* A. 1708. p. 1011.

Francisci Dirois preuves & prejugez pour la Religion Chrétienne & Catholiqve contre les fauffes Religions & l'Atheifme. Paris 1683. 4. *Acta Erud.* A. 1683. p. 363.

CAPUT XXXI.

Scriptores adverfus Judaos, quibus Prophetarum vaticinia de CHRISTO, & praedictiones de ceffatione futura cultus Levitici vindicantur.

I.

JUdæorum gentem extorrem terra fua benedicta, difperfam undique, ubique peregrinam & abjectam, fine fceptro, fine templo, non tam odio habendam quam miferandam multa fvadeant. Unum tamen in illis intolerabile & dignum odio, cuique nihil par, nihil fecundum in aliis deprehen-

deprehendas gentibus, quod à tempore CHriſti usque, cujus innocentem in ſe liberosque ſuos & vindicem provocavere ſanguinem, non deſinunt in hunc usque diem * diebus & noctibus Salvatorem blaſphemare, & omnia ſacra noſtra, & quæ non intelligunt impetere maledictis, atque ad hoc faciendum aſſveſacere à teneris liberos ſuos, neque quicquam CHriſti vel Chriſtianarum rerum appellare, ut non ſceleſtiſſimis & blaſphemis annominationibus illa deturpent ac proſcindant fœdiſſime. Sicut autem eo ipſo odium in illorum animis adverſus Chriſtianam Religionem unice propagatur & alitur, ita hac ipſorum culpa magnam ac vix ſuperabilem remoram etiam objici, quo minus Gratiæ Divinæ locum faciant & CHriſto nomen dent, non eſt dubitandum. Illa enim malitia ſi abeſſet, qui poſſet fieri quin jampridem velum remotum eſſet ab eorum oculis, & cum exſpectationem Meſſiæ de qua loquuntur Apoſtoli, ipſimet Judæi etiamnum agnoſcant ac palam profiteantur, viderent aut nullum unquam exſpectandum fuiſſe Shilo, aut JEſum Nazarenum illum eſſe, quem exſpectare juſſerunt Prophetæ, vel poſt tot annorum centurias ſublato ſceptro & exciſæ ædi ſuæ, ac quod futurum prædixit CHriſtus, deſertæ relictæ crederent.

II. Quicquid vero agant Judæi, ut Moſis ac Prophetarum vaticinia obſcurent vel pervertant ſtrenue; ut duplicem Meſſiam comminiſcantur, ut negent proterve quæ apud majores ipſorum fuere teſtatiſſima: inficiari tamen nunquam poſſunt & tempus exſpectationis Meſſiæ jampridem fuiſſe elapſum, & neminem fuiſſe aut oſtendi poſſe alium, in JEſu autem & pulchre quadrare tempus, & teſte orbe terrarum, impleta eſſe ad unguem illa omnia, quæ de Meſſia venturo vel præfigurata typis, vel à Prophetis prædicta ſunt. „Nimirum *a)* oportuit Meſſiam Deum

* Confer quæ infra cap. 37.

a) Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius in confutatione carminis Lipmanniani p. 631. & Esdras Edzardus, ὁ μακαρίτης, apud B. D. Jo. Fridericum Mayerum in muſeo miniſtri Eccleſiæ parte 3. p. 50. ſq. His addes Euſebii demonſtrat. Evangel. Auctorem de promiſſionibus & prædictionibus DEI, inter S. Proſperi opera: Nicetam III. 1. theſauri Orthodoxæ Fidei, & è recentioribus Marſilium Ficinum c. 27. de Veritate Relig. Jac. Capellum ad Luc. XXIV. 27. Philippum à Limborch colloquio cum erudito Judæo p. 228. ſq. Sam. Bocharti Opera T. 1. p. 935. ſeq. Dionyſium Petavium XVI. 10. de incarnatione Verbi. Huetii demonſtrat. Evangel. propoſitione IX. Imbonatum in adventu Meſſiæ à Judæorum objectionibus vindicato pag. 119. ſeq. Nic. Gurtleri ſyſtema Theologiæ Propheticæ p. 374. ſeq. 447. ſq. Jacobum Gouſſetum in confutatione accurata libri R. Iſaaci, Chizzuk Emunah, Amſt. 1712. fol. in quo quemadmodum & in Wagenſeilii libro allegato vindiciæ plurium locorum Propheticorum continentur.

Deum esse Es. 28, 5. 35, 2. 4. Jer. 23, 6. 33, 16. imo simul & Deum & hominem" hoc est Immanuelem, Es. 7, 14. 9, 5. nempe Filium DEI Ps. 2, 7. & ho-" minis Ps. 8, 5. Dan. 7, 12. Quatenus DEI Filius, genitus est ab æterno" Ps. 2, 7. quatenus homo, debuit esse semen Abrahæ, Gen. 22, 18. &" Isaaci, Gen. 26, 4. & Davidis, 2. Sam. 7, 12. Ps. 89, 30. 37. & sine viri" opera, mulieris, Gen. 3, 15. atque adeo Virginis, Es. 7, 14. sed pauperis," velut virgula è trunco succiso Ischai, & radix è terra solitaria, sine forma &" decore efflorescens, Es. 11, 1. 53, 2. tamen Dominus Davidis Ps. 110, 1. & tem-" pli Malach. 3, 1. אל גיבור Deus fortis. Es. 9, 6. Nasci autem debuit in Beth-" lehem Ephratæ, Mich. 5, 2. existente aliquo Rege Israëlis, paulo post ex-" terminando Hos. 10, 15. & eo tempore, quo futura erat luctuosa & mi-" serabilis in Bethlehem ejusque confinio infantum strages, Jerem. 31, 15." inque Ægyptum ideo profugus puer, exinde Divino oraculo erat revo-" candus, Hos. 11, 1. Futurus autem erat Messias, Mosi similis Prophe-" ta, sed multo præstantior, Deut. 18, 15. 16. 17. 18. 18. ac simul vere" Rex & Sacerdos, Zach. 6, 12. 13. Ps. 110, 2. 4. & ideo κατ' ἐξοχὴν Na-" ziræus, tanquam separatus à peccatoribus, & fratribus secundum car-" nem: sicque typi & umbræ ejus fuerunt Josephus, Gen. 49. 26. Deut." 33, 16. itemque Simson, Jud. 13, 5."

Porro, ungi etiam debuit Messias oleo invisibili Spiritus S. ab ipso" DEO, ut fungeretur munere Prophetæ, & evangelizaret mansuetis," obligaret fractos animo, proclamaret captivis libertatem, & vinctis" aperturam ergastuli: ut proclamaret annum acceptum Domini, & diem" ultionis DEI nostri; ut consolaretur omnes lugentes: Es. 61, 1. 2. 3." Debuit autem prædicare Evangelium primo & præcipue in terra Zabu-" lon, & terra Naphthali secundum Jordanem, & in Galilæa gentium, Es." 8, 23. 9, 1. (Præeunte in spiritu Eliæ prodromo quodam Malach. 3, 1." & 4, 5. clamanteque in deserto: Parate viam Domino; & adæquate in" solitudine aggerem, DEO nostro. Es. 40, 3.) nec tantum in Synagogis &" domibus, sed etiam foris in plateis, in capitibus turbarum, in locis ex-" celsis, juxta viam; Prov. 1, 20. 8, 2. sine jurgiis tamen & contentioni-" bus, admodum mansvete, Es. 42, 2. idque spatio quadraginta duorum" mensium, aut circiter, Dan. 9, 27. ante secundi templi destructionem," in quod erat ingressurus, Malach. 3, 1. vectus in urbem Hierosolymam" asino & pullo asinarum, Zach. 9, 9. Prædicationem comitari debe-" bant miracula, qualia neque Moses, neque ulli Prophetarum patrave-" runt. Erant enim aperiendi cæcis oculi, surdis aures, efficiendumque" ut claudi saltarent sicut cervus, & lingua mutorum cantaret, Es. 35, 5. 6."

Digitized by Google

„Nihilo minus rejici oportuit prædicationem ejus, à maxima parte Judæorum, Es. 49, 4. 5. 53, 1. Prov. 1, 24. justo DEI judicio excæcandorum Es. 6, 9. ac propterea futurus erat in lapidem offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israëlis, & in laqueum & in tendiculam incolis Hierosolymorum, Es. 8, 14. 28, 16.

„Erat enim futurus contemtus & abjectissimus virorum, doloribus affectus, & familiaris morbo, Es. 53, 3. opprobrium hominum Ps. 22, 6. abominandus genti Es. 49, 7. exscindendus, Dan. 9, 26. Itaque describuntur ejus passiones multis in locis, præcipue vero toto capite 53. Esaiæ, Psalmo 22. & 69. ac alibi passim. Debebant ejus hostes esse populi Israëlis, & gentes Ps. 2, 1. omnes gentes, Ps. 118, 10. plures quam capilli capitis, Ps. 69, 5. autoritate & viribus pollentes, Ps. 22, 13. utentes fraudibus Ps. 35, 7. & falsis testibus, Ps. 55, 13. Debebat accedere unus è domesticis & familiaribus, Ps. 41, 10. proditor, Ps. 55, 13. cujus proditionis merces triginta argentei, pretium quo æstimatus est DEUS, Zach. 11, 12. 13. quos tamen proditor non diu possedit, sed in templum projecit, & dati sunt figulo, Zach. 11, 13. ejusque proditoris vita brevis esse debuit, & episcopatum illius alius accipere, Ps. 109, 8. Cæterum, hostes Messiam captum indignis modis tractare debebant, percutientes eum, genas vellentes, conspuentes, Es. 50, 6. cum ipse non aperiret os suum, sed sicut ovis ad occisionem duceretur, & sicut agnus coram tondente mutus cætera, Es. 53, 7. nisi quod pro defectoribus intercederet, Es. 53, 12. Postea spoliare eum debebant hostes vestimentis, ea inter se dividere, & super ejus veste sortem projicere, Ps. 22, 19. eum circumdantes, perfodientesque manus & pedes ejus Ps. 22, 18. contemplantes eum, ac deridentes, & moventes caput, Ps. 22, 7. dantes ei pro cibo fel, & cum sitivit, potantes illum aceto, Ps. 69, 26. ipse macer & nudus eo redigendus erat, ut posset ossa sua dinumerare, Ps. 22, 19. ut liquefieret velut cera cor intra viscera ipsius, exaresceret tanquam testa virtus ejus, lingua adhæresceret palato, deduceretur in pulverem mortis, Ps. 22, 15. 16. Nullum tamen os ejus confringi debuit, Ps. 34, 21. etsi perfodi quoque oportuit, Zach. 12, 10. Passione perfunctus, ponendus erat in sepulchrum divitis, nequicquam obnitentibus hostibus, Es. 53, 9. & antequam sentiret corruptionem resurgere, Ps. 16, 10. & ita devictis hostibus ascendere in cœlum, & dona dare hominibus, Ps. 68, 19. sedere ad dextram DEI, Ps. 110, 1. coronari gloria & honore, Ps. 8, 6. videre semen longævum, & prospere agere,

Digitized by Google

agere, multosque cognitione sui justificare, Es. 53, 9. 10. 11. ab ipsisque" Regibus adorari, Es. 49, 7. Dehinc desolanda erat urbs Hierosolymi-" tana, Dan. 9, 26. 27. Judæis procul à sedibus suis in longissimam capti-" vitatem ablegatis, Es. 6, 12. & tum consequi debebat Gentilium con-" versio, Es. 2, 2. 11, 10. Ps. 22, 18. Deut. 32, 21." Hæc igitur omnia & singula in ipsis illis, quas per Judæos accepimus Divinis Scripturis clare de Messia expressa ac prænunciata, cum in solo JESu cognoscamus perfecte adimpleta esse, quidni cum Philippo *b)* læti ingeminemus: *quem scripsit Moses in Lege, & Propheta, εὑρήκαμεν, invenimus JEsum, Filium Joseph à Nazareth.*

III. JESUS quidem noster, cum inter Judæos versaretur, eos partim miraculis non inficiandis, partim potenti doctrina persvasum & convictum ibat, ut crederent ipsum esse missum à DEO DEI Filium, & fide in eum vitam æternam se consequuturos sperarent. Eundem in finem scrutari eos jubebat Scripturas * Mosenque ac Prophetas de ipso locutos demonstrabat: & resuscitatus etiam, Scripturas de se exponebat suis discipulis, tanta efficacia, ut corda ipsorum inflammata Spiritu exarderent. Idem scopus Evangelistarum & Apostolorum, Pauli maxime tum in aliis Epistolis tum in illa ad Hebræos, prophetias & typos ad CHristum fortiter & Judæis familiari colligendi ratione ostendentis unice referendas esse, quod & auctori Epistolæ propositum, quem sub *S. Barnabæ* nomine, & veteres legerunt & nos hodie habemus. Objectiones autem, quas sub persona Judæi Celsus Epicurus Christianis objecit, bene jam olim diluit *Origenes* libris duobus primoribus operis adversus Celsum scripti. Passim etiam Judæorum detorsiones oppugnant idem Origines in suis ad sacros scriptores commentariis & alii interpretes Propheticorum librorum, ut Eusebius in Psalmos & Esaiam, Joannes Chrysostomus, Theodoretus in Danielem, Cyrillus Alex. &c.

IV. Scriptores alii adversus Judæos *veteres* jam supra sparsim à me memorati sunt, *Græci* quidem Justinus Martyr Colloquio cum Tryphone, p. 46. Hippolytus p. 61. Eusebius p. 74. seq. Gregorius Nyssenus *c)* p. 87. Jo. Chrysostomus p. 87. Basilius Seleuciensis & Philippus Sidetes pag. 96. Cyrillus Alex. p. 104. Gregentius Colloquio

 cum

b) Joh. I, 47.
* Joh. V, 39. 46. Luc. XXIV, 44.
c) Ex Nysseni Θεογνωσίᾳ confer, quæ contra Hebræos excerpsit Euthymius tit. IX. panopliæ. Disputat etiam nonnulla de Judæorum erroribus Epiphanius de hæres. Nicetas Choniates tomo I. thesauri Orthodoxæ Fidei.

cum Herbano Judaeo p. 110. Anonymi *d)* p. 115. Leontius Neapolitanus p. 116. Jacobus Neophytus p. 115. Colloquia Christianorum Timothei, Philippi, Silvestri cum Judæis Aquila, Theodosio & Zambri, p. 115. 116. seq. Hieronymus Græcus p. 118. Anastasius Abbas p. 118. Theodorus Abucara p. 120. Nicolaus Hydruntinus p. 124. Christodulus sive Joannes Cantacuzenus p. 123. 124. Andronicus Comnenus p. 125. Theophanes Nicænus Metropolita p. 125—128. Matthæus Hieromonachus p. 128. Thaddæus Pelusiota p. 128. Athanasius Junior p. 129. Gennadius Scholarius p. 130. & recentiores etiam Meletius Piga p. 132. Praeter hos Theodorus Amasenus à Possevino, & *Cyrillus Lucariús* adversus Hebræos citatur à Leone Allatio contra Hottingerum p. 100. & de processione Spiritus S. p. 506.

Ordo recipiendi eos, qui ex Hebrais ad Christianam fidem accedunt, Græce & Latine editus à Jacobo Goaro in Euchologio p. 344. sed plenior à Jo. Baptista Cotelerio ad Patres Apostolicos T. 1. p. 499. seq. De Codice MS. Cæsareo vide, si placet, Lambecium T. V. p. 120.

Ex scriptis adversus Judæos antiquis Græcis interciderunt Colloquium Jasonis & Papisci, de quo supra p. 152. Miltiadis lucubratio p. 161. Ammonii Alex. de Moysis & JESU consonantia p. 152. Scripta Eusebii Cæsariensis p. 165. Eusebii Emeseni pag. 166. Theodoreti p. 169. Cyrilli Alex. p. 170. Leontii Cyprii, Cosmæ Scholastici, Anastasii Sinaitæ, p. 170. & Stephani Bostreni p. 172.

Scriptores veteres *Latini* contra Judæos sunt Tertullianus p. 211. Cyprianus p. 218. Novatianus p. 223. Prudentius p. 252. Augustinus p. 246. Isidorus Hisp. p. 258. Isates sive Isaacus p. 258. Julianus Toletanus p. 260. Anonymi p. 262. 265. Agobardus p. 262. Colloquium Prisci & Gregorii Turonensis p. 259. Gilliebertus, & Gislebertus Crispinus Abbas p. 263. S. Theodadus p. 262. Rabanus Maurus p. 262. Rupertus Tuitiensis p. 264. Petrus Mauricius p. 264. *e)* Petrus

d) Alios Anonymos Græcos, MStos plerosque memorat Venerandus Wolfius T. 2. Bibl. Hebr. p. 994. cui notitiam pleniorem scriptorum anti-Judaicorum in acceptis mecum libenter referes.

e) Ab his quatuor diversus est Petrus Magister clarus circa A. C. 790. cujus disputationem cum Judæo, Julio nomine, in Papia regali civitate habitam & scripto consignatam, memorat Alcuinus Epistola XV. ad Carolum M. p 1511. Operum. *Idem*, inquit, *Petrus fuit, qui in Palatio nostro Grammaticam docens claruit.* De hoc Petro Eginhardus in vita Caroli M. c. 15. *In discenda Grammatica Petrum Pisanum* (al. Pilarum) *Diaconum senem audivit.*

trus Damiani p. 266. ſeq. Petrus Blæſenſis p. 266. ſeq. & Petrus, Archidiaconus Londinenſis, p. 268. ſeq. Odo p. 267. Gvibertus Abbas p. 267. Fulbertus Carnotenſis p. 267. Philippus Gvalterus p. 268. Gvilelmus, Diaconus Bituricenſis, p. 268. Alanus de Inſulis pag. 269. & Eberhardus Bethunienſis p. 269.

A. 1278. ***Raymundus Martini***, Ord. Præd. pugio fidei adverſus Mauros & Judæos, ſcriptus A. C. 1278. & tribus partibus diviſus: recenſitus ex MSS. quatuor & notis illuſtratus à Joſepho de Voiſin editusque à Philippo Jacobo Mauſſaco, Pariſ. 1651. fol. atque inde à B. Doctore Jo. Benedicto Carpzovio, Theologo Lipſienſi, qui præmiſit eruditam introductionem in Theologiam Judaicam, & ***Hermanni*** Colonienſis, (Judæ quondam dicti) opuſculum de ſua converſione (ſcriptum circa A. C. 1140.) ex MS. Bibl. Paulinæ Lipſienſis ſubjunxit. Lipſiæ 1687. fol. Huic opuſculo inſertum legitur colloquium,† quod Hermannus habuit cum Ruperto, Abbate Tuitienſi. De Raymundo præter Carpzovium conſulendus Jacobus Qvetif in tomo priore Bibl. novæ ſcriptorum Dominicanor. p. 396. Ejusdem Raymundi capiſtrum Judæorum MS. Bononiae, laudatur à Jo. Hornbeckio problem. de convincendis Judæis p. 7.

1320. De ***Nicolao de Lira*** Jac. Philippus Bergomenſis in ſupplemento Chronic. ad A. C. 1320. ***Nicolaus de Lyra***, * ***Ordinis Minorum Theologus eminentiſſimus, contra Judæorum impietatem & diſputationibus & ſcriptis mirifice conflixit: ac contra malitiam imo in eorum contumeliam & probrum, Vetus & Novum Teſt. diligentiori examine pluribus voluminibus explanavit.*** Ejus ſcriptum de Meſſia, ejusque adventu præterito, adverſus Judæos, una cum reſponſione ad Judæi argumenta quatuordecim contra veritatem Evangeliorum, ad calcem Hieronymi de ſancta Fide recuſum eſt Francof. 1601. 8. Hoc reſpicitur in Lirani epitaphio ** his verbis:

Exſtat in Hebræos firmiſſima condita turris,
Noſtrum opus, haud ullis comminuenda petris.

† Fr. Hermanni dialogum A. 1481. editum Lignis, memorat Jo. Caillius Hiſtoria typograph. p. 43. & ex eo Mich. Maittaire T. 1. annal. typograph. p. 161.

* Decus illius Ordinis, fürwar eine Krohne des Barfüſſer-Ordens/ judice Joanne Reuchlino im Augen-Spiegel p. 26. Dicitur Lyranus ſive de Lyra, quia natus in Normannia in vico parvo Lyræ in diœceſi Ebroicenſi. Obiit 27. Octobr. 1430.

** Epitaphium Lyrani exhibent Franciſcus Sweertius in epitaphiorum collectione p. 792. Rich. Simon Bibl. Criticæ T. 4. cap. 29. & Joannes Mabillonius de ſtudiis Monaſticis

1405. ***Paulus Venetus***, five ut alii ***Cretensis***, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, contra Judæos tractatum edidit pulchrum, teſte Bergomenſi in ſupplemento Chronicor.

1412. ***Hieronymi de Sancta Fide*** ex Judæi (dicti antea Joſuæ Lurki) libri duo contra Judæos ſcripti ſvaſu Benedicti XIII. & recitati Romæ A. C. 1412. prior de Meſſia, alter de erroribus Talmudis. Sæpiſſime excuſi ſunt tum ſeparatim (ut Francof. 1602. 8. ſub Hebræomaſtigis titulo, ſubjuncta Nicolai de Lyra probatione adventus CHriſti:) & in Bibliothecis Patrum, ſed expunctis primo, ut profitetur Margarinus de la Bigne, Judæorum blasphemiis: in noviſſima Lugdunenſi editione T. XXVI. p. 529. Prior liber prodiit etiam Tiguri 1552. 8. & Hamb. ſine temporis notatione apud Jac. Rebelinum, 8. De hoc Hieronymo vide ſis erudiſſ. Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 463. ſeq. Lud. Granatenſem T. 1. Opp. p. 436. & quæ notavi in Codice pſeudepigrapho V. T. p. 1080. ſeq.

1420. ***Stephani Bodiker***, Epiſcopi Brandenburgenſis, denati A. C. 1459. ætat. 76. Epiſcopatus 38. Opus imperfectum (contra R. Lipmanni A. 1420. Cracoviæ ſcriptum Nizachon) MS. in Bibl. Regia Berolinenſi, de quo laudatus Wolfius in Bibl. Hebr. T. 1. p. 736. & T. 2. p. 1016. ſeq. ubi argumenta capitum XXXIX.

1450. ***Petri de Cavalleria***, Cæſarauguſta Hiſpani clari circa A. C. 1450. Zelus CHriſti contra Judæos, Saracenos & infideles, cum ſcholiis Martini Alphonſi Vivaldi, Toletani. Venet. 1592. 4.

1460. Fortalitium Fidei contra Judæos, Saracenos aliosque Chriſtianæ fidei inimicos ſcriptum A. C. 1458. in villa Valliſoletana à quodam doctore eximio Ordinis Minorum, editumque ſine loci nota A. 1487. & Norimbergæ 1487. 1494. 4. & caſtigatum à Gvil. Totani, Ord. Praed. Lugd. 1511. 1524. 1629. 4. Conſtat libris quinque: Primus de fidei Catholicæ excellentia. Secundus contra hæreticos, Tertius contra Judæos, conſiderationibus XII. abſolvitur, quarum argumenta in laudati Wolfii Bibl. Hebr. T. 2. p. 1116. ſeq. Quartus contra Saracenos, Quintus de bello Diabolorum contra Fidem Chriſtia-

cis p. 673. De Lyrano ejusque ſcriptis plura Lucas Waddingus in ſcriptoribus annalibusque Ord. Minorum. Henr. Warthonus & Rob. Gerus appendice ad Gvil. Cavei Hiſt. literariam ſcriptorum Eccleſ. D. Jo. Benedictus Carpzovius ad librum Ruth p. 15. ſeq. Rich. Simon lib. 3. Hiſt. Crit. N. T. p. 483. Venerandus Wolfius noſter Bibl. Hebr. T. 1. p. 912. ſeq. B. Georgius Serpilius Leben Bibliſcher Scribenten T. VII. parte 2. p. 291. ſeq. Monatliche Unterredungen A. 1695. p. 427. ſeq. Unſchuldige Nachrichten A. 1720. p. 229. ſeqq.

Chriſtianam & de perditione dominii eorum ac miſeria. Citat ex Judæos *Alfonſum* libris de bellis Domini, *a)* & *Joannem Valliſoletanum* libris de Concordia Legum. Auctoris ipſius nomen à plerisque appellari video *Alphonſum de Spina.* Vide Nic. Antonii Bibl. vet. Hiſpanam X. 9. Jacobum Echard T. 2. Bibl. Dominicanæ p. 62. & 128. Rich. Simonis Bibl. Critique T. 3. c. 30. M. V. la Croſe entretiens p. 330. Colomeſiana p. 250. Jac. Frid. Reimmanni Einleitung zur Hiſtorie der Theologie der Juden, p. 496. ſeq.

1472. *Petrus Niger*, ſive Schwartz, Dominicanus, in כוכב משיח *ſtella Meſſiæ* & libro contra perfidos Judæos, de conditione veri Meſſiæ, ad Epiſcopum Ratisbonenſem. Esling. 1475. 4. apud Conradum Fyne, (loca V. T. citantur Hebraice litteris ſcripta Latinis) & Norimbergæ 1477. & Germanice Eslingæ 1477. De utroque uberius differentem vide ubi lubebit laudatum Wolfium T. 2. Bibl. Hebr. p. 1037. & 1110. ſeq.

1474. *Marſilius Ficinus* libro de Veritate Relig. de quo ſupra p. 541.

1475. *Pauli de S. Maria* ex Judæo, Epiſcopi Burgenſis, ſcrutinium Scripturarum, ſive Dialogus Sauli & Pauli contra Judæos compoſitus anno ætatis octogeſimo primo, (quum quadrageſimo jam, CHriſti ſacra amplexus fuiſſet,) editusque Mantuæ 1475. fol. deinde Romæ apud Uldaricum Gallum ſine anni nota, & Burgis A. 1591. quæ editio vitam Pauli habet adjunctam, qui inter Judæos dictus Salomo Levita, teſte Abravanele in Eſaiæ XXIV. Vide Nic. Antonii Bibl.

a) *Alfonſi* Burgenſis ſive Valliſoletani reſponſio ad librum Joſephi Rimchi, bella Domini, MSta exſtat in Bibliothecis Romanis, cui R. Schem Tov ben R. Iſaac Sprot, Tudelenſis oppoſuit Lapidem Lydium. Vide Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 192. & 1126. Alius *Petrus Alfonſus*, cujus Dialogi XII. cum Moyſe Judæo exſtant T. XXI. Bibl. Patrum Lugd. p. 173. & *Alfonſus Bonushomo*, Ord. Præd. Hiſpanus, qui circa A. C. 1339. Latine vertit libellum Arabice ſcriptum circa A. C. 1070. à *Samuele* Marocano ad R. Iſaacum de adventu Meſſiæ, quem Judæi fruſtra exſpectant. Verſio illa Maceratæ ac ſæpius deinde alibi, edita eſt etiam ad calcem Petri de Cavalleria Venet. 1592. 4. & ad calcem partis ſecundæ hiſtoriarum Antonini Florentini, & T. XVIII. Bibl. Patrum Lugd. p. 519. & noviſſime ſeorſim Antwerp. 1711. 8. Unſchuldige Nachrichten A. 1711. p. 959. Mem. de Trevoux A. 1712. p. 2104. Ut Hiſpanicam & Italicam verſionem omittam, prodiit etiam Germanice Valentino Linck interprete, Altenburg. 1524. 4. & in tomis B. Lutheri Witebergenſibus, & Coloniæ ad Spream 1606. Vide Gvilielmi Cavei Hiſt. literar. ad A. 1707. Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 1099. Hottingeri Bibl. quadripartit. pag. 412.

Digitized by Google

Bibl. veterem Hispanam X. 5. T. 2. p. 157. sq. & Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 912. 963. Hornbeckium de convincendis Judæis pag. 8. & Thomam Pinedo ad Stephanum Byz. p. 363. seq. Idem Burgensis absurda Talmudis placita exagitat, Judæosque oppugnat additionibus ad Nicolaî Lyræ glossas sive commentarios, ut in Esaiæ XXXIV. in Zachariæ V. & passim alibi.

1480. *Antonini*, Archi-Episcopi Florentini, Ord. Præd. dialogus discipulorum Emauntinorum cum peregrino, (JESU) Florent. 1480. 4.

Ejusd. argumenti dialogus *Urbani Regii* nostri, qui & inter ejus opera Latine T. 1. p. 167. Norimb. 1562. fol. & separatim etiam Germanice prodiit. Ejusdem Regii Epistola ad Synagogam Judæorum Brunowicensium de vera Messia exstat parte 3. Opp. p. 92.

1488. *Pauli Mauroceni* de æterna temporalique CHristi generatione contra Judæos. Florent. 1488. 8.

1489. *Petri Bruti*, Veneti, Episcopi Catharensis, adversus Judæos pro Christiana fide. Vincentiæ 1489. fol.

1494. *Anonymi* pharetra fidei Catholicæ sive disputatio Judæi & Christiani, Lips. 1494.

1500. Victoria contra impios Hebræos, *Porcheto Salvatico* Genuensi, Monacho Carthusiano auctore, qui ut ipse non diffitetur è Raymundo Martini profecit, ut Galatinus (sed dissimulans) è Porcheto. Prodiit ex recognitione Augustini Justiniani, Ord. Præd. Episcopi Nebiensis, Paris. 1520. forma quarta majore. Vide B. Carpzovium prolegomenis ad Raymundum, & celeb. Wolfii Bibl. Hebræam T. 2. p. 1124. seq. ubi integra præfatio. *Qui Galatinum legerit, Porchetum se evoluisse credat*, inquit idem p. 1128.

Joannes de Podico, Vallisoletanus, inter eos, qui è Judæis Christiani adversus Judæos scripsere laudatur à Joanne Reuchlino im Augen-Spiegel f. 26. & 33. atque is auctor Concordiæ Legum ab auctore fortalitii fidei allegatus. *Potkenium* alii vocant, vide B. D. Jo. Henr. Majum in vita Reuchlini p. 451.

1509. *Victoris à Carben*, ex Judæi, de vita & moribus Judæorum, Colon. 1509. 8. & Paris. 1511. 4. ex officina H. Stephani avi una cum Ricoldo contra sectam Muhamedanorum. Ejusd. Victoris propugnaculum fidei Christianæ. A. 1518. & Juden-Büchlein cum Mich. Kromeri dialogo, de quo infra ad A. 1500.

1511. seq.

Digitized by Google

1511. seq. *Jo. Reuchlinus* sive *Capnio* libris III. de verbo mirifico, & libris totidem de arte Cabbalistica & in Speculo Oculari (Augen-Spiegel) ejusque defensione. Vide B. D. Joannem Henricum Majum in vita Reuchlini, Francof. 1687. 8. edita p. 429. seq. & V. C. Hermanni von der Hardt historiam literariam Reformationis, in qua etiam speculum ejusque defensio recusa exhibentur. Francof. 1717. fol.

Jo. Pfefferkornius ex Judæus in speculo manuali (Hand-Spiegel) contra Judæos & libros Talmudicos, & speculo adhortationis Judaicæ ad CHristum: De Judaica confessione, celevsmate contra Judæos: Contra Judæorum usuras: de Judæorum paschate. Omitto quæ idem in Hoste Judæorum de abolendis Judæorum libris cum *Jacobo Hochstrato* & *Arnoldo de Tungari* & *Ortuino Gratio*, contendit adversus saniorem Reuchlini sententiam. Vide eruditiss. Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 986. & T. 2. p. 1011. ubi ejus objectiones in dicta Talmudis memorat. Hic Pfefferkornius ad Judæos deinde rediit.

1512. *Arnoldi Luydii* Tungrensis alphabetum in Judæos & eorum Talmud, propositionibus XXII. Ejusdem responsiones ad articulos quinquaginta ex oculari speculo Reuchlini pro Talmude excerptos. Colon. 1512. 4.

1512. *Jacobi Perez* de Valentia, Christopolitani Episcopi, Volumen quæstionum quinque adversus Judæos, subjunctum ejus Commentariis in Psalmos Davidis & alia cantica S. Scripturæ atque Ecclesiæ. Lugd. 1512. 1514. apud Stephanum Greynard, forma parvi folii.

1513. *Caroli Bovilli* Dialogi duo de S. Trinitate inter Christianum & Judæum, Paris. 1513. fol. ad Jacobum Fabrum, rectarum litterarum decus.

1515. *Cypriani Beneti*, Ord. Præd. aculeus contra Judæos, cum ejusd. de non mutando Paschate. Rom. 1515. 4.

1515. *Michaëlis Thomæ Taxaquet*, Balearis Majoricensis, brevis Christianæ ac Catholicæ fidei defensio, & Judæorum, Mahumedanorum ac Hæreticorum oppugnatio. Rom. 1515. 1567.

1518. *Petri* Columnæ, à Patria *Galatini*, Ord. Minorum, de arcanis Catholicæ veritatis libri XII. quibus pleraque Religionis Christianæ capita contra Judæos ex Scripturis avthenticis V. T. & ex Talmudicis commentariis confirmantur & illustrantur. Primam editionem operis jussu Leonis X. suscepti, quæ A. 1518. lucem

 vidit,

Digitized by Google

vidit, plures insecutæ sunt ut Basileensis, 1591. Francofurtenses, 1603. 1612. & 1672. fol. cum Jo. Reuchlini libris III. de Kabbala. De hoc Galatino, qui multa Raymundo vel Porcheto suo debet, sed plura etiam adjunxit, vide B. D. Jo. Benedicti Carpzovii prolegomena ad Raymundum, Casaubobiana p. 39. Hottingeri Hist. Eccles. T. 5. p. 98. seq. Imbonatum Bibl. Latino Hebr. p. 193. seq. Leonardi Nicodemi additiones ad Bibl. Neapolitanam Nicolai Toppi, p. 281. seq. laudati Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 971. sq. T. 2. p. 1006. D. Jo. Fabricii Helmst. Bibliothecam T. 2. p. 380. seq. Lucam Waddingum in scriptoribus & Annalibus Ord. Minorum. Præter rem accenseri Galatinum ex Judæis, docet Alexander Thom. Arcudius in Galatina litterata Italice edita p. 56. seq. Giornale de' letterati d'Italia T. 18. pag. 288. seq. Vide & quæ Dominicus de Angelis in vitis eruditorum Salentinorum Italice editis Neapoli 1713. 4.

1526. *Alphonsus de Zamora* cum sua introductione artis Grammaticæ Hebrææ, Compluti 1526. 4. edidit Epistolam ad infideles Hebræos urbis Romæ.

1530. *Antonii Margarita*, ex Judæi, Jüdischer Glaube. Augustæ Vindel. 1530. 4. Lips. 1531. 8. Francof. 1544. 4. 1561. 1689. 8. Lipsiæ 1705. 8. Ejusdem declaratio capitis LIII. Esaiæ. Viennæ itidem Germanice, sine anni nota. Vide Wolfii Bibl. Hebr. Tom. 1. pag. 203.

1535. *Hieron. Savonarola* in libro, cui titulus: Solatium itineris mei, qui Italice Venet. 1535. 8. & deinde sæpius Latine prodiit, ut dixi supra p. 543.

B. *Lutheri* nostri liber de Judæis & eorum mendaciis exstat Germanice T. VIII. Jenens. & T. VIII. Altenburg. p. 208. & in Latinis Witeberg. T. VIII. ex Justæ Jonæ versione. De Schem hamphoras T. VIII. Altenburg. pag. 277. Contra Sabbatarios T. VII. p. 32. De CHristo, Judæo nato T. II. p. 314. &c. Vide infra ad A. 1577.

1537. *Anonymi* altercatio Synagogæ & Ecclesiæ, (longe diversa ab ea, quæ inter Augustini opera legitur,) primum edita ex MS. Codice à Melchiore Novesiano, Colon. 1537. Laudat B. D. Carpzovius prolegom. ad Raymundi Martini pugionem p. 85. & auctorem refert ad sæculum à nato CHristo nonum.

1538.

1538. *Fini Hadriani Fini*, Ferrarienſis flagellum in Judæos libris IX. ex ſacris Scripturis excerptum, edente Daniele Fino, filio. Venet. 1538. per Petrum de Nicolinis de Statio, ſpiſſum volum. in 4. & 1569. 4. Ferrariæ 1573. 4. Vide Rev. Wolfii Bibl. Hebræam T. 2. p. 1025. & 1128. ſeqq. Opus magno ingenio ſed majore cura eleboratum vocat Cœlius Calcagninus Epiſt. ad Danielem Finum.

1539. *Sebaſt. Munſterus* Diſputatione inter Judæum & Chriſtianum de Meſſia, Hebr. & Lat. Baſil. 1539. 8. Idem Judæos oppugnat in notis ad Evangelium Matthæi Hebraicum. Baſil. 1559. 8.

1541. *Antonii Marinarii*, Carmelitæ, Conſonantia JESU & Prophetarum. Pariſ. 1541. 8. & 1561.

1542. *Paulus Fagius* Hebraice cum ſua verſione edidit ſcriptum anonymi ex Judæi, cui titulus, Sepher emuna, hoc eſt, liber fidei ſeu veritatis. Iſnæ 1542. 4. Reſpondet ſubinde ad objectiones libri veteris Nizachon, conſtatque capitibus novem, quorum ultimo cauſæ incredulitatis Judæorum traduntur. Vide laudati Wolfii Bibl. Hebr. T. 2. p. 1024. & 1261.

1543. *Joannes Ludovicus Vives* libro tertio de veritate fidei. Vide ſupra pag. 545.

1547. *Antonii Brucioli* Epiſtola contra pertinaciam Judæorum de vero Meſſia. Venet. 1547. 8.

1548. *Benedicti Poſcantini* dialogus de Meſſia, Italice. Venet. 1548. 8.

1550. *Michaëlis Kromer*, Paſtoris Kunitzienſis, Unterredung vom Glauben zwiſchen ihm und einem Jüdiſchen Rabbi, Jacob von Brucks, qui dialogus prodiit in calce des Juden-Büchleins Victoris von Carbe, A. 1550. 8. ſine loci notatione.

1550. *Hieronymus Meſſius* contra Judæos, Anconæ 1550. 8. Italice.

1552. *Henrici Mauroy* Apologia pro Judæis Chriſtianis & iis, qui ex reliquiis Patriarcharum pie & ſancte de CHriſto JEſu & Fide Catholica ſentiunt, in Archiepiſcopum Toletanum & aſſeclas ejus, iſtos à ſuis Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis excludentes. Pariſiis 1552. 4.

1553. *Theodori Bibliandri* Conſideratio de Judæorum & Chriſtianorum defectione à CHriſto, Eccleſia & Fide Catholica, item de Judæorum & Chriſtianorum converſione ad CHriſtum JEſum. Baſil. 1553. 4.

Digitized by Google

1553. *Lud. Carreti*, Medici Exjudæi, somnio quodam Florentiæ ad amplectendum Christianismum excitati, Epistola seu liber visorum Divinorum ad liberos suos reliquosque Judæos. Paris. apud Christian. Wechelum 1553. 4. Hebraice cum vers. Latina Angeli Caninii, & Epistola ad Julium Innocentium Carretum filium, Romæ tunc degentem. Ex Hermanni Grembergii versione exstat Latine ad calcem Synagogæ Buxtorfianæ Hanov. 1622. 8.

1554. *Petri Costi* typus Messiæ & CHristi Domini, ex veterum Prophetarum præsensionibus contra Judæorum ἀπιστίαν. Lugd. 1554. 4.

1554. *Jacobi Ratz* Propositiones contra Judæos & Judaizantes Christianos. Halæ Svevor. 1554.

1555. *Franc. Turrianus*, S. I. de exponenda Lege per omne Sabbatum & de sola Lectione Legis & Prophetarum Judæis concedenda. Rom. 1555. 4.

1558. *Marquardi de Susannis*, Utinensis de Judæis & aliis Infidelibus. Venetiis 1558. 1564. 4. Francof. 1604. 1613. 8. Altdorf. 1613. & in tractatu tractatuum Tomo XIV. Vide Mich. Neandrum erotem. Hebr. p. 540. ubi opus insigne appellat.

1558. *Martini Gilberti* dialogus, in quo de fide Christiana disputat contra Judæos, Lugd. 1558. ex Italico Gallice.

1559. *Sebastianus Lepusculus* in Decadibus Judaicis, Basil. 1559. 8. ubi etiam de causis, quare Judæi ad CHristum non convertantur.

1559. *Pauli Weidneri* ex Judæo Linguæ S. in archi-Gymnasio Viennensi Professoris, loca præcipua fidei Christianæ collecta & explicata. Viennæ 1559. 1562. 4. Vide Tho. Crenii præf. ad Helvici elenchos Judaicos p. 48.

1563. Inter *Bernardini Ochini*, Senensis, sermones sive homilias Italice editas nonnullæ sunt adversus Judæos. Idem libro 1. dialogorum, qui Latine ex Italico versi à Seb. Castellione, prodierunt Basil. 1563. 8. subtiliter adversus Judæos disputat.

1566. Objecta Hebræorum, (R. Josephi Albo, Kimchii & Anonymi,) Latina facta & confutata à *Gilberto Genebrardo*, Paris. 1566. 8. Ab eodem lib. 1. de Trinitate, & Commentariis in Psalmos Judæi refelluntur. Conferenda etiam sunt, quæ ex commentariis Judæorum & Chaldæo Paraphraste annotat ad calcem Chronici, editi Paris. 1600. fol.

1567. *Michaëlis Neandri*, Soraviensis, viri meritissimi testimonia veterum Hebræorum, Rabbinorum, Talmudistarum ac Cabbalistarum, de CHristo,

CHristo, Mundi Jeſua ſive Salvatore, ad calcem erotematum linguæ Hebrææ, Baſil. 1567. 8. Fides Judæorum p. 525. ſeq.

1567. *Franciſci Securis*, Monachi Ciſtercienſis, Repertorium veritatis in Hebræos, quos vulgo novos Chriſtianos appellant. Conimbricæ 1567. 4.

1569. *Thomæ Elyſii* de articulis fidei contra Hebræos: in ejus arcanis Religionis Chriſtianæ, Venet. 1569. 4.

1570. *Georgii Nigrini* Juden-Feind. Gieſſ. 1570. 8. Francoſ. 1605. 8.

1571. *Raphaëlis Aquilini* trattato pio, nel quale ſi contengono cinque articoli contra l'Hebraica oſtinazione, Peſaro 1571. 4. pagg. 106. ad Pium V. & cum ille interim eſſet defunctus, ad Gregorium XIII. Artic. 1. de SS. Trinitate. 2. de Cruce. 3. de libro repudii. 4. & 5. de tribus primis ſignis à Moſe ante liberationem Iſraëlis ex Ægypto factis.

1577. D. *Nic. Selnecceri* Colloquium cum Judæo, in præf. ad B. Lutheri ſcripta anti-Judaica recuſa junctim Lipſ. 1577. 8. Eadem præfatio, & quæ de blaſphemiis Judæorum B. Selneccerus annotavit, extant etiam in libro B. Hosmanni, de quo infra ad A. 1700.

1580. *Elchanon Pauli*, ex Judæi, Myſterium novum, Beweiß aus der Cabbala, daß JESUS sey der Meſſias. Helmſt. 1580. 4. Vide Rev. Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. p. 143.

1581. *Jacobi Brocardi* libri duo, prior ad Chriſtianos de Prophetia, poſterior ad Hebræos de primo & ſecundo adventu Meſſiæ. Lugd. Bat. 1581.

1582. *Fabiano Fioghi* dal monte S. Savino, lettore di lengua Hebræa nel Collegio di Neofiti di Roma, dialogo fra il catechumeno & il padre catechizante, contro multi dubii degli Hebrei. Rom. 1582. 4. 1611. 4.

1682. *Ludovicus Granatenſis* in Catechiſmo ſive introductione ad ſymbolum fidei. Salmanticæ 1582. fol. Hiſpanice atque inde Gallice, Italice: & Latine Jo. Paulo Gallutio interprete, inter opera Ludovici, junctim edita Colon. 1628. fol. T. 1. ubi parte quarta contra Judæos p. 609. ſeq. & de mendaciis atque ineptiis Talmudis p. 435. ſeq.

1583. *Antonii Stabili* ex S. Angeli Caſtro ad Fazanellam in regno Neapol. Ord. Præd. il faſcicolo delle vanita Judaiche, diviſo in giornate ſedeci. Anconæ 1583. 8.

1585. *Fauſtini Taſſi*, Ord. Minor. de adventu Meſſiæ. Venet. 1585. 4.

1586. *Stanislai Socolovii* Justus Joseph, sive in JEsu CHristi, Domini nostri, mortem & passionem meditationes contra Judæos & Arianos, Cracov. 1586.

1587. *Pauli Riccii*, ex Judæi, Opuscula varia & libri IV. de cœlesti agricultura, ex antiquioribus editionibus recusi in Joannis Pistorii collectione scriptorum Cabbalisticorum, Basil. 1587. fol. Confer Bælii Lexicon & Rich. Simonis Bibliothecam selectam Gallice editam T. 1. c. 42. & Venerandi Wolfii Bibl. Hebr. T. 1. pag. 966. Per errorem hic Maximiliani I. Medicus, pro Paulo Samuel Riccius vocatur in Naudæi Bibliographia Politica.

1589. *Ernesti Ferdinandi* Hessi, ex Judæi, flagellum Judaicum, Juden-Geissel, Frislaviae in Hassia 1589. Argentorat. 1601. 1606. Erfurt. 1605. 4. & cum animadversionibus M. P. M. A. V. M. N. Lips. 1703. 8. Ejusdem Juden-Spiegel, Erfurt. 1602. 8.

1590. *Josephi de Acosta*, Medinensis Hispani, libri IX. de CHristo revelato contra Judaos. Rom. 1590. 4. Lugd. 1592. 8. Salmanticæ item & Venetiis una cum libris VI. de temporibus novissimis.

1592. *Petri de Cavalleria* Caesaraugustani Zelus CHristi contra Judaeos, Saracenos & infideles scriptus A. C. 1450. sed editus & illustratus à Martino Alphonso Vivaldo Venet. 1592. 4.

1592. *Eliæ Sebadei*, Ecclesiastae & Professoris Argentoratensis, admonitio ad Judaeos in mysterio S. Pauli de conversione Judaeorum ad Rom. XI. Hebraice & Germanice, Argentorat. anno ante obitum 1592. 8. Mysterium von Bekehrung der Juden: Beweiß mit zehen Gründen, daß CHristus der rechte Messias, und Bericht von der Juden Deutsch-Hebraeischen Schrifft. Idem Schadaeus simul eodem tempore Germanice litteris Hebraicis vulgavit Evangelium Lucae & Joannis, Acta, Epistolam ad Romanos & ad Hebraeos, una cum vaticiniis quibusdam Davidis & aliorum Prophetarum ex B. Lutheri versione. Ex eadem totum deinde Novum Test. literis Hebraicis in Judaeorum gratiam vulgavit Francofurti ad Viadrum 1700. 4. M. Christianus Mollerus, Pastor Sandoviensis.

1593. *Antonius Possevinus*, S. I. Bibliothecae selectae libro decimo, qui est de juvandis Judaeis. Vide & ejusdem apparatum sacrum in voce, Judaei.

1596. *Danielis Tossani* Theses contra Judaeos.

1599.

Digitized by Google

1599. ***Sebastianus Barradius*** in Concordiam & Historiam Evangelicam Tom. I. lib. 1. 2. 3.

1600. ***Johannis Moltheri***, Doctoris & Pastoris Ecclesiæ Fridbergensis, malleus obstinationis Judaicæ. Francof. 1600. 8. Ejusdem Gründliche Erzehlung der Juden Fabeln, und der irrgläubigen Juden Wegweiser. ibid. 1601. 4.

1601. ***Petri Ebelini***, Ecclesiastæ Luneburgensis, Gründliche Beweisung (aus Prophetischen und Rabbinischen Schrifften) daß der gecreutzigte und auferstandene JEsus von Nazareth der wahre Messias sey. Ulsenæ 1601. 8.

1602. ***Anonymi***, Juden-Bekehrung, darinn aus der Heiligen Göttlichen Schrifft und der Juden eignen Büchern erwiesen wird, die wahre Dreyeinigkeit GOttes, und daß JEsus der wahre Messias sey. Cassel. 1602. 8.

1603. ***Johannis Calvini*** Responsa ad XXIII. objectiones Judæi cujusdam Latine exstant in ejus Epistolis, Epist. 358. & Germanice subjecta leguntur Synagogæ Judaicæ Joannis Buxtorfii, vernacula lingva primum vulgatæ Basil. 1603. 8. & distinctæ capitibus XXXVI. Latine hæc deinde sæpius lucem vidit, curante filio, aucta ad capita quinquaginta, Basileæ, Hanoviæ &c. habetque subjuncta etiam responsa eadem, sed additis ab editore novis quatuordecim.

1604. ***Leonhardi Rubenii*** gloriosus triumphus CHristi de Judæis, Paderborn. 1604. 4.

1605. ***Julii Conradi Ottonis***, ex Judæo Prof. Altdorfini, sed postea ad Judæos reversi, Gali Razia sive detectio occultorum, Norimb. 1605. 4. Stetin. 1613. 4. Latine & Germanice. Vide de hoc Ottonis scripto Wagenseilii tela ignea Satanæ p. 119. & in Sota p. 705. Thomam Bangium in Cœlo Orientis p. 53. Jo. Wulferi theriacam Judaicam p. 382. 389. & celeb. Wolfii Bibl. Hebr. Tom. 1. p. 481. Bene B. D. Carpzovius prolegomenis in Raymundum Martini p. 87. notat proselytorum conatus è Judæis, quando documentum aliquod daturi conversionis suæ, calamum in populares, quos deseruere stringunt, raro quidpiam excludere solidi. Aut enim non serio rem agunt, ut Jo. Pfefferkornius, Julius Conradus Otto & Ferdinandus Franciscus Engelsbergerus, (de quo Wagenseilius in telis igneis, p. 188. aut sine ordine, sine judicio, sine omni

omni eruditione paratragœdiant, & mendaciis atque calumniis in desertos populares effusis gratiam ambiunt Christianorum, quod unum egit Sam. Fridericus Brentius in leberide, de qua mox ad A. 1614.

1606. ***Hugonis Broughtoni*** Responsio ad Epistolam Judæi Byzantini, qua ab ipso de Religione Christiana institui rogaverat. Amst. 1606. 4. Hebraice & Latine. Vide Unschuldige Nachrichten A. 1713. p. 79. Rev. Wolfii Bibl. Hebræam T. 1. p. 348.

1606. ***Dominici Garziæ***, Professoris lingvæ Hebr. Complutensis, propugnaculum Christianæ Religionis contra obstinatam perfidiam Judæorum adhuc exspectantium primum adventum Messiæ. Cæsaraugustæ 1606. 4.

1606. La venue de Messie, pour rappeller les Juifs, par ***Mr. Polier.*** à Lausanne 1606. 8.

1607. ***Philippus Mornaus*** non modo contra Judæos solide disputat in libro de Veritate Religionis, de quo supra pag. 547. capite VI. XXVII. XXXI. quæ separatim prodierunt versa Germanice Cassellis 1602. sub tit. Juden-Bekehrung: sed etiam Salmurii Anno 1607. 4. edidit parænesin ad Judæos, Advertissement aux Juifs sur la venue de Messie. Belgice vertit Jacobus Viverius, Medicus, Amst. 1611. 8. een seer grondigh bewiis, dat JESUS is de ware Messias, tot waerschouwinge der Joden. Exstat & Germanica versio eodem anno vulgata Hanoviæ, 4. Vide Colomesii Galliam Oriental. p. 249. & V. C. Magni Crusii singularia Plessiaca p. 288.

1608. ***Thomasio Bell'hauere***, Crucifero e deputato del sacro Officio alla revisione de' libri Hebraici, dottrina facile e breve per ridurre l'Hebreo al conoscimiento del vero Messia & Salvator del Mondo, divisa in otto trattati. Venet. 1608. 4. 1613. 4. Tractatio I. de SS. Trinitate. II. de Divinitate Messiæ, III. de Nativitate Ejus ex Virgine. IV. de adventu Messiæ jam facto. V. de CHristo vero Messia. VI. de dubiis Judæorum, opponi solitis. VII. de nova Lege Messiæ. VIII. de S. Cœna & imaginibus.

1610. ***Johannis Forsteri*** medulla capitis LIII. Esaiæ, quinque disputationibus expressa. Witeb. 1610. 4. Idem caput Esaiæ (cujus comparatione cum historia passionis CHristi, & Judæos non paucos Christianismo

nismo favere cœpisse accepimus, * & convictum à Rob. Parsonio Johannem Comitem Rocestriæ, testatur Gilbertus Burnetus in narratione de illius Comitis conversione p. 153. p. 237.) singularibus lucubrationibus vindicarunt Jo. Tarnovius ad calcem commentarii in Psalmos passionales: D. Joannes Michaëlis, tribus diss. Gryphiswald. 1661. Jo. Wellerus, Jo. Hulsemannus, Martinus Geierus, ** Paulus Slevogtus † & Jo. Andreas Danzius, contra Abarbanelem & in diss. Judæus †† in explicatione cap. 53. Es. proprio gladio jugulatus Witeb. 1679. D. Johanni Fechtii & Henrici Opitii dissertationes, & homiliæ Salomonis Hausdorfii. *** Alexander Morus in notis ad hoc caput ac diatribis de perpessionibus & gloria Messiæ, Amst. 1658. 4. Jo. Marckius Analysi exegetica Lugd. Bat. 1700. 8. Ludovicus Capellus in Operibus postumis sub init. Jo. Hornbeckius T. 2. Misc. sacr. p. 282. seq. Clemens Streso meditationibus in Epistolas Petri p. 115. seq. Jo. Pearsonius in Symbolum Apostol. p. 325. Constantius l'Empereur contra Abarbanelem & Mosen Alschech in cap. LIII. Esaiæ, Lugd. Bat. 1631. Franeqv. 1685. 8.

1610. ***Christoph. Laurentii*** hazohar sive illustratio Prophetiarum de plenitudine temporis Messiæ. Paris. 1610. 8.

1610. ***Georgii Stampelii*** Schilo, ††† sive vaticinii Jacobi de Messiæ adventu, regno, regioque equitatu & ornatu explicatio. Francof. 1610. 8. Ad idem de Messia oraculum CHristo vindicandum præter interpretes ad Genes. XLIX, 10. consuli poterunt:

Jac. Altingius libris quinque de Schilo adversus Judæos, Franeqv. 1660. 4. & Tom. V. Opp.

Ruardus Andala. Vide Acta Erud. A. 1722. p. 301. seq.

Jac. Basnage Hist. Judæorum Gallica editæ lib. IV. c. 21.

Antonii Bynai Schilo, Daventriæ 1698. 8. Belgice. Boeksaal van Europe A. 1695. p. 55. ***Jo. Vorstius*** T. 4. fascic. Crenii p. 221.

Jac. Capellus p. 607. Opp. postum.

* Christoph. Helvicus T. IV. diss. Giessens XIV. §. 39. Jo. Rainoldus prælect. in libros Apocryphos T. 2. p. 430.

** Lips. 1645. 1679. & in fasciculo diss. collectarum à Tho. Crenio, Roterd. 1691. 8.

† Thesaurus Philologico-Theol. V. T. p. 774. †† id. p. 779. Nouvell. Rep. letr. A. 1702. p. 330. *** Unschuldige Nachrichten A. 1716. p. 370.

††† LXX. ᾧ ἀπόκειται, scil. ἡ βασιλεία. Origenes p. 2. Philocaliæ. Adde Cotelerii Patres Apostolicos T. 1. p. 348. Gablium ad Apologiam 1. Justini p. 64.

Isaacus Casaubonus Exerc. 1. Montacutius, Samuel Basnage & alii ad Baron. apparat. n. 3.

Petrus Cunaus de Rep. Hebr. lib. 1. c. 9. seqq.

Salomonis Deylingii Obs. sacrar. II. 8.

Georgius Eliezer Edzardi ad tractatum Talmudicum Avoda Sara c. 1. p. 34. sq.

Sebastianus Edzardi, frater, diss. de Schilo adversus Jo. Clericum, Hamb. 1697. 4. ubi plura reperies subjecta Judæorum testimonia locum hunc de Messia explicantium. Confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum in voce שילה & נין.

Joannes Fesselius in Adversariis sacris lib. 2. cap. 6.

Rob. Flemingii Christology T. 2. p. 351. seq.

D. Wolfgangus Franzius diss. XI. Scholæ sacrificiorum.

Jacobus Goussetus in ternione controversiarum adversus Judæos (Acta Erud. 1688. p. 528. seq.) & in confutatione libri, Chizzuc Emuna R. Isaaci (cujus ille ternio specimen fuerat,) Amst. 1712. fol. & in considerationibus Theologicis & Criticis in Caroli le Cene specimen versionis novæ Gallicæ Bibliorum. Amst. 1698. 12. Hist. des Ouvrages des Savans A. 1698. p. 344.

Theodori Hacspani sylloge diss. p. 73. 87. 357.

Christoph. Helvici explicatio & vindicatio vaticinii Jacobæi, T. VIII. Critic. sacror. Angl. & in elenchis Judaicis curante Tho. Crenio recusis p. 238. seqq. & T. IV. disp. Giessensium pag. 298. seqq. Vide & T. IX. p. 1059. seq.

Matthæus Hillerus Syntagmate hermenevtico p. 223. seqq. cui *Schilo* est *expetitus ejus*. Gousseto, *qui sufficiet*. Saltim illa voce Messiæ tempora respici, nec Judæi vocarunt in dubium ante Aben Esram, qui sæculo XII. scripsit.

Petri Dan. Huetii demonstrat. Evangel. p. 637. seqq. edit. Lipsiens.

P. Ioncourtii diss. Act. Erud. A. 1716. p. 445.

Bernb. Lamy apparatu Chronolog. ad Harmoniam Evangel. p. 133. seq.

Philippus à Limborch Colloquio cum erudito Judæo p. 223.

Jobus Ludolfus in diss. ad h. l. Jen. 1674. Acta Erud. A. 1691. p. 365.

Henricus Morus VII. 2. mysterii pietatis.

Dionysius Petavius XVI. 6. seq. dogm. Theol. de incarnatione Verbi & parte 2. rationarii temporum III. 16.

D. *Augusti Pfeiferi* diss. Witeb. 1669. & in dubiis vexatis S. Scripturæ Centur. 1. loco LXXX. T. 1. Opp. Philolog. p. 106. & p. 575. seq.

Georgii

Digitized by Google

Georgii Erici Phaletrani exercitatio de ſceptri Judaici ablatione, Vinar. 1644. & in ſyntagmate Græviano Variar. diſſ. p. 381.

Erdwini Hermanni Polemanni diſſ. in Miſcellaneis Lipſienſ. T. IX. p. 1. ſqq. Lipſ. 1720. 8.

Jo. Pontaſius in ſacra Scriptura ubique ſibi conſtante. Nouvell. Rep. lettr. A. 1699. p. 131. ſeq.

Laurentius Ramireſius de Prado c. 47. Pentecontarchi.

Jo. Stephanus Rittangelius in Epiſtolis ad Judæum apud Wagenſeilium in telis igneis p. 335. ſeqq.

Jac. Saurini diſcours Hiſtoriques, Critiques, Theologiques & Moraux ſur les evenemens du V. & N. T. diſcours 41. *Acta Eruditorum* A. 1721. p. 27.

Jo. Henrici van Seelen inquiſitio in Sam. Baſnagii ſententiam Annal. ad ann. 40. ante CHriſt. n. 24. Lubec. 1718. 4.

Jo. Tarnovii Exerc. Bibl. p. 545.

Campegius Vitringa lib. quarto obſervatt. ſacrar. c. 5. ſeq.

Gisb. Voëtius T. 2. ſelect. p. 51. ſq.

Iſaacus Voſſius de Sibyllinis c. 2.

Enconis Lucii de Vriemoet, de Schilo, Judæ illuſtri germine. Ultraject. 1722. 8. Acta Erud. A. 1723. p. 129.

Wagenſeilius in telis igneis p. 264. ſeqq. 295. & in diſſ. edita Altdorf. 1676. præclari Ludolfi & aliorum expendens ſententias.

Jo. Wandalini diatriba, Hafniæ 1689. 8.

Diſſertationes b) ad hoc Jacobeum vaticinium: *D. Dannhaueri*, Argentorat. 1663. *Jo. Deutſchmanni*, Witeb. 1676. *Jo. Dieckmanni*, Stadæ 1689. *Jo. Fauſti*, Argentorat. 1672. *Brandani Henrici Gebhardi*, Gryphiſw. 1690. *Petri Haberkornii*, 1667. *Nicolai Kæppenii*, Gryphiſw. 1705. *Caſparus à Lilien* in diſſ. ſacris, Baruthi 1684. editis. *Wilhelmi Lyſeri*, Witeb. 1646. *Jacobi Martini*, Witeberg. 1615. *Joannis Michaëlis*, Gryphiſw. 1643. *Jo. Georgii Neumanni*, Witeb. 1704. *Nic. Panecii*, Witeb. 1694. *Henrici Reinbothii*, Jen. 1667. *Jo. Rodolphi Rodolphi*, Bernæ 1702. *Jo. Frid. Scharfii*, Witeb. 1673. *Seb. Schmidii* in Collegio Bibl. p. 171. & Myſterio Gratiæ Divinæ p. 5. ſeq. *Andreæ Sennerti* in heptade altera p. 225. ſeq. Witeb. 1678. *Haquini Stritzberg*, Londini Scanor.

b) M. Jacobi Frid. Wildeshauſen Bibl. diſputationum exegeticar. Hamb. 1710. 4. p. 34 ſeq.

Digitized by Google

nor. 1697. *Gotfridi Valandi*, Francof. ad Viadrum 1686. & in thesauro Theologico-Philol. V.T. p.261. *Aug. Varenii*, Rostoch. 1648. *Ananiæ Weberi*, Lipſ. 1642. *Gustavi Georgii Zeltneri*, Altdorf. 1710.

1611. De *Christophori Helvici* elenchis & aliis præclaris ſcriptis anti-Judaicis Latine & Germanice editis vide Rev. Wolfii noſtri Bibl. Hebræam T.2. p.[illegible]28. ſq. & Bibliothecam D. Jo. Fabricii, Theologi Helmſt. T. 6. p. 500. Acta Erud. A. 1703. p. 330. ſeq.

1611. *Joannes Rainoldus*, Theologus Anglus, in prælectionibus ad libros Apocryphos, tomo præſertim ſecundo multa erudite adverſus Judæos diſputat. Prodiit opus præclarum Oppenheimii 1611. 4.

1613. *Thomæ à Jesu*, Carmelitæ, theſaurus ſapientiæ Divinæ in Gentium omnium ſalute procuranda, ſchiſmaticorum, hæreticorum, Judæorum, Saracenorum ceterorumque infidelium libri XII. Antwerpiæ 1613. 4. & inter ejus opera Colon. 1684. fol. tomo priore. Vide Rich. Simonis Bibliothecam ſelectam Gallice editam T. 1. p. 297. ſeq. & Martini Diefenbachii, τοῦ μακαρίτου, Judæum convertendum p. 83.

1614. Friedrich Samuel Brentzenii (ex Judæi) leberis ſive pellis ſerpentina Judaica detracta, Jüdiſcher abgeſtreiffter Schlangen-Balg. Oettingæ 1614. 8. Contra hunc minus accuratum parumque candidum ſcriptorem Judæus *Salomò Zevi* edidit Hanov. 1615. 4. librum, quem inſcripſit Jüdiſcher Theriac. Brentzenii ſcriptum nunquam viſum ſibi teſtatus eſt Wagenſeilius in confutatione carminis Lipmañi, quæ A. 1681. prodiit, p. 217. Sed eodem anno Rev. *Jo. Wulferus* Norimbergæ in 4. & Brentzenii leberidem Germanicis, & theriacam litteris Rabinicis recuſam cum Latina verſione & eruditis notis ac confutatione edidit, in quibus p. 82. negat ſe usquam nanciſci potuiſſe librum alterum, quem Salomo Zevi non uno in loco teſtatur in Chriſtianorum ſe gratiam ſcripſiſſe. Sicut autem Brentii fidei non multum tribuit p. 36. & 72. & è Pfefferkornio pleraque ſuffuratum notat p. 113. 150. ita Salomoni Zevi etiam p. 133. ait nihil eſſe paſſim antiquius, quam ut palam nota fortiter neget. De Benzenio vide etiam laudati Wolfii Bibl. Hebræam T. 1. p. 1116. ſeq. & Wagenſeilii Widerlegung der Unwarheit vom Chriſten-Blut p. 139. Theriacæ Judaicæ Wulferus addidit etiam Iſaaci Vivæ Judæi, vindicem ſangvinis Latine ex editione Amſtelodamenſi,

Digitized by Google

mensi, contra Jacobum Geusium, qui in dialogo, Annas & Caiphas fugitivi ex orco, & opere de victimis humanis, Groning. 1675. 12. edito, Judæos sanguinem infantum Christianorum sitire scripserat, quod confirmare etiam instituit Jo. Eckius in Verlegung eines Juden-Büchleins, darinne ein Christ gantzer Christenheit zu Schmach will, als geschähe den Juden-unrecht in Bezüchtigung der Christen-Kinder-Mordt. Ingolst. 1542. 4.

1615. *Henrici Rumpii* vaticinia aliquot de Messia, Hamb. 1615. 4. 1618. 8.

1616. *Christoph. Dauderstadii* apodixis Messiæ, qua probatur JEsum Nazarenum esse verum Messiam, & frustra alium à Judæis exspectari. Lips. 1616. 8.

1616. *Jacobi Martini* decas disputationum de Messia, contra blasphemias Judæorum, Witeb. 1616. 4. & lib. III. de tribus Elohim. ibid. 1614. 1619. 8.

1617. *Abdiæ Widmari* disputationes adversus Judæos de vero Messia. Marpurg. 1617.

ptum, variis editum lingvis, de pœnis, quas Judæi per tribus singulas pro injuriis CHristo illatis sentiant. *Friderici VVilhelmi Christlieb* Greuel der Verwüstung des heiligen Jerusalems durch den Jüdischen Talmud. Cassel. 1671. 8. . Ejusd. Lästerung der Juden gegen Christum. Rintheln 1682. 8. *Ioannis Christlieb Heilbronneri*, Cracoviensis, wider die Einwürffe des Buchs Chissuk Emuna von dem Geschlecht-Register JEsu Christi. Hamb. 1708. 4. von JEsu dem wahren Messia, Dresd. 1715. und über das 53ste cap. Esaiæ, Tubing. 1710. *Aaronis Margalitæ* ad idem cap. Esaiæ, Latine. Francofurti ad Viadrum 1706. 4. Ejusd. Göttliche Persönlichkeit und Menschwerdung des Engels des Bundes. Luneb. 1716. 4. Sverin. 1717. 4. *Iecbie'is* Pisaurensis Conciones ad Judæos, Florent. 1582. habitæ editæque 1585. 4. Italice. *Ioannis Isaaci*, Levitæ, Epistola ad Judæos Wetzlarienses. *Christiani Meieri* Licht zu erleuchten die Juden. Lipsf. 1711. 4. Vergleichung Mose und Christi. Hamburg. 1715. 4. & Abscheulicher Mord Christi als die Haupt-Ursache des fortwährenden Elendes der Juden, ibid. 1719. 4. una cum XIII. articulis fidei Judaicæ. Ejusd. vera Immanuelis generatio secundum Es. VII, 14. Hebraice & Latine. Vide Bibl. Bremens. T. IV. p. 1086. & Rev. Wolfii Bibl. Hebr. T. 2. p. 1009. ubi & alia ejus scripta memorat *Frid. Christiani Meieri* & *Christoph. Pauli Meieri*, & p. 1010. *Andreæ à Monte* sive R. Josephi Zapati (ex quo plurimum profecit Fabianus Fiocchi) confusionem Judæorum MS. & Epistolam pacis ad Judæos. *Pauli Iosephi* Prophetischer Spiegel, Norimb. 1615. 8. *Christophori VVallich* monita moralia Talmudica LXXIV. cum doctrina Christiana conspirantia, ad calcem descriptionis Synagogæ Judaicæ, Brunsvic. 1715. 8. *Philippi VVolfii* Spiegel der Juden. Gedan. 1655. 4.

Christiani Altona Wahre Seelen-Ruhe in der Christlichen Religion, Hamb. 1717. 8. *Rudolph Bernhard* Send-Schreiben an die so genandten Juden, zu Uberzeugung ihres blinden Glaubens. Bern. 1705. 8. *Philipp. Io. Bleibtreu*, antea Meyer, Francof. 1687. 12. cum praef. B. D. Jo. Dan. Arcularii. *Christiani Laurentii Bubr*, Hamb. 1691. 4. *Ioachim Buechel* & *Abraham Blin*, * Bamberg. 1577. 8. *Christophori Gustavi Christiani*, Berlin. 1719. 4. *Pauli Christiani*, Brunsvic. 1721. 4.

* D. Fabricii Helmst. Bibl. T. 6. p. 385.

Digitized by Google

1721. 4. *Augusti Conrad*, Hamb. 1721. 4. *Caroli Christiani Edzard*,* Helmst. 1679. 12. *Ferdinandi Francisci Engelsbergeri*, 1640. *Guilelmi Fortunati*, 1639. *Christiani Jo. Friderici* MS. de quo Rev. Wolfii Bibl. Hebr. T. 2. p. 1005. *Christian Georgii Gotfried*, Palatini, Hamb. 1693. 4. *Joannis Christophori Gotfrid*, Hafniæ 1717. 4. *Jo. Christiani Harpstedii*, 1701. 8. *Davidis Hieronymi*, Hamb. 1676. 1677. 4. & in B. D. Mayeri museo ministri Ecclesiæ parte 3. p. 56. An account of the conversion of *Theodore John*, a late teacher of the Jews. Lond. 1693. *Christiani Friderici Kaatz* Catechismus Judaicus 1720. 8. *Beati Christiani Mackschan.* Riga 1690. 8. *Christophori Mendel, von Ofen*, 1534. *Ioannis Reinhold*, Hamb. 1720. 8. *Frid. VVilhelmi Christophori Taufenburg*, (antea Abrahami Oppenheimeri dicti,) Brem. 1720. 8. *Georgii Conradi Victoris*, Nordling. 1681. 12. *Pauli VVeidneri*, Vindobon. 1562. *Friderici Ragstadt de VVeile*, Amst. 1671. 12. *Francisci Xaverii*, Hamb. 1719. 8.

Ioannis Isaaci, ex Judæo Christiani, & Professoris Hebrææ linguæ apud Colonienses, defensio Veritatis, non est apologia pro Christiana Religione, sed pro Judæis, contra Gvil. Lindanum, qui eis sacrorum Codicum corruptionem impegerat. Vide Godfridi Weberi, Rectoris Gymnasii Berolinensis, catalogum Judæorum, qui ad Christianam Religionem se contulere, p. 10.

Hæc de scriptoribus adversus Judæos dicta sufficiant, quos ante me majorem partem notarunt *Petrus Stevartius* in auctario ad Lectiones antiquas Petri Canisii p. 399. seq. post Anonymi collectanea adversus Judæos, quæ exstant etiam Tom. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 619. seqq. *Carolus Iosephus Imbonatus*, † minus accuratus interdum scriptor, in Bibliotheca Latino-Hebraica, Rom. 1694. fol. & præ cæteris laudatus mihi sæpe hoc capite Venerandus *VVolfius* noster T. 2. Bibl. Hebrææ, p. 994. ad 1048. ubi inter alios, qui in hoc genere elaborarunt, etiam non dedignatur memorare, quæ tomo septimo Bibl. meæ Græcæ p. 96. sq. annotavi.

* Francisci Henrici Hoyers Bekehrter Jude/ oder Carl Christ. Edzards Confession und Tauff-Actus, Helmst. 1679. 12.

† Acta Eruditorum T. 2. supplem. p. 303.

CAPUT XXXII.

Ethnicorum testimonia, veritatis Religionis Naturalis, Iudaicae & Christianae suffragantia.

QUamplurima & non inficianda testimonia perhiberi Christianae historiae & doctrinae à Judaeis, scriptores superiore capite laudati ostendunt: sic etiam circa facta & in multis dogmatibus non deesse nobis suffragia & consensum Ethnicorum, erudite & luculenter docuere *Mutius Pansa*, *Livius Galantes*, *a)* *Theophilus Galeus* & *Tobias Pfannerus*, *b)* *Huetius* in Alnetanis quaestionibus *c)* & in demonstratione Evangelica, *d)* *Vossius* in Theologia Gentili, *e)* *Radulphus Cudworth*, *Richardus Brocklesby*, *Michaël Mourgves*, *f)* *Mornaeus*, *g)* *Grotius*, *h)* *Stillingfleetus* *i)* multique alii, quos capite praesertim octavo & undevigesimo atque trigesimo nominare me memini. His merito jam à me junguntur;

Augustini Steuchi, Eugubini,* Episcopi Kisami, (Cissami in Creta insula) Bibliothecarii Vaticani, qui Concilio Tridentino interfuit, diemque obiit A. 1550. Opus eruditum *de perenni Philosophia*: id libris decem distingvitur, quorum *primo* & *secundo* Philosophorum Ethnicorum Hermetis Trismegisti, Chaldaeorum oraculorum, Orphei & Platonicorum testimonia de Mente & Trina Deitate nec non suffragia Philonis Judaei de λόγῳ considerantur. Libro *tertio* de unitate & caeteris tractat DEI attributis. Libro *quarto* exponitur Theologia Aristotelis, *quinto* Platonis, *sexto* Philosophorum, qui post hos floruerunt Theophrasti, Ciceronis, Senecae, Plutarchi, Alexandri Aphrodisei, Epicteti, Simplicii, Procli. Liber *septimus* testimonia colligit de creatione universi, Moysi suffragantia: *octavus* de Angelis & Daemonibus, *nonus* de creatione hominis & immortalitate animorum. *Decimus* de vera sapientia, pietate, praemiisque piorum & sceleratorum poenis. Subjungitur liber *de Mundi exitio*, agnito à gentium Philosophis, Heraclito, Empedocle, Stoicis, Epicureis. Lucem vidit hocce Steuchi opus Paulo III. Pontifici Max. dedicatum Lugd. 1540. fol. Basil. 1542. 4. & inter Opera junctim edita

a) supra p. 305. *b)* p. 303. *c)* p. 499. *d)* p. 516. *e)* p. 294. *f)* p. 302. *g)* p. 547. *h)* p. 550. *i)* p. 553.

* De Steucho hoc Erasmus XXVI. Epist. 34. Jac. Gaddius T. 2. de scriptoribus non Ecclesiast. p. 325. Du Pin T. 14. Bibl. Ecclesiast. p. 183.

edita Parif. 1577. & Venet. 1591. fol. tomo tertio. Cafpari Barthio lib. VII. c. 2. Adverfariorum vocatur opus admirabile, ajuntque ejus lectione aliquos ab irreligiofitate ad faniorem mentem revocatos effe: non tamen omnia in eo paris ponderis aut aeque folida habenda funt, nam alicubi dubia & fuppofititia à genuinis haud fatis diftingvit, alibi ut eum arguit Dionyfius Petavius dogm. Theol. de Angelis p. 94. plus aequo gentilibus Philofophis indulget, praefertim Platonicis, quorum capitales & impias quandoque fententias quodam fuco Chriftianae pietatis illitas contra auctorum fenfum & intentionem trahit. Eodem nomine Steuchum reprehendit Gerh. Jo. Voffius Epift. 78. *Nec ignoro,* inquit, *quae ab* Hieronymo Floravantio *lib. III. de beatiffima Trinitate cap. 1. adferantur, ut doceat Trinitatis myfterium aliquomodo gentibus fuiffe cognitum. Sed ille eadem ac Eugubinus chorda oberrat. Hoc eft, vel genuinis Gentilium fcriptis falfam affingit fententiam, vel fcripta ὑποβολιμαῖα ac fuppofititia habet pro genuinis.*

Pauli Pezron, Theologi Sorbonici, hiftoire Evangeliqve confirmée par la Judaique & par la Romaine. Parif. 1696. 8. *Hiftoire des Ouvrages des Savans* A. 1696. Mars p. 332.

Dominici de Colonia, * S. I. la Religion Chrétienne autorifée par le temoignage des anciens auteurs payens. 2. Vol. Lugd. 1718. in 12. Scriptores, quorum loca expendit, & quorum teftimoniis elegans hic ac difertus fcriptor utitur, volumine primo funt *Phlegon & Thallus: Ammianus Marcellinus, M. Aurelius Imp. Dio, Capitolinus, Claudianus, Themiftius: Plutarchus, Strabo, Lucanus, Iuvenalis: Claudianus* iterum: *Chalcidius, Amelius, Macrobius: Cornelius Tacitus: Celfus* Epicureus, & *Porphyrius* Philofophus. Volumine fecundo: *Lampridius,* † *Plinius* junior, *Libanius* Sophifta, *Iulianus* Apoftata Imperator, *Lucianus* Samofatenfis, *Rutilius Claudius Numatianus, Antoninus* Pius Imp. & *M. Aurelius* Imp. iterum. Denique fubjiciuntur differtationes de teftimoniis *Muhamedis, Iofephi* hiftorici Judaei & *Actorum Pilati.*

Honorati de S. Maria, Carmelitae, tomi tertii diff. feptima operis, quod itidem

* Memoires de Trevoux A. 1718. Novembr. pag. 719. Journal des Savans A. 1718. pag. 412.

† De Lampridii teftimonio Mem. de Trevoux A. 1714. p. 1373. fed & Journal des Savans A. 1719. p. 176.

Digitized by Google

itidem Gallice vulgavit hoc titulo: Reflexions sur les regles & sur l'usage de la Critique; non contemnendis observationibus illustrat Plutarchi narrationem de morte magni Panis, & Actorum Pilati, ejusque ad Tiberium Imp. Epistolae & testimonii Fl. Josephi de CHristo fidem ac γνησιότητα asserere conatur, Paris. 1720. 4.

Lud. Thomassini, Presb. Oratorii, la Methode d'étudier & enseigner Chrétiennement & solidement les lettres humaines par rapport aux lettres Divines & aux Ecritures. Paris 1682. 8. 2. Volum. *Journal des Savans* A. 1682. p. 269.

Ejusdem: La methode d'étudier, & d'enseigner Chrétiennement & solidement la Philosophie par rapport à la Religion Chrétienne & aux Ecritures. Paris 1685. 8. *Nouvelles de la Republ. des lettres A. 1686. p. 552. seqq.* In utroque hoc opere Thomasinus in priore Poëtarum, in altero Philosophorum de rebus Divinis testimonia selecta exhibet.

Ioannis Nicolai, Ilmenovia Schwartzburgici demonstratio, qua probatur Gentilium Theologiam ceu tenebras, ex fonte Scripturae ceu luce originem traxisse, divisa in tres partes, Helmstad. 8.

Friderici Andreae Hallbaueri, sacra in profanis, sive res Scripturae sacrae in scriptoribus Gentilibus obviae illustratae, confirmatae, vindicatae. Jen. 1722. 4.

Antonii Gviberti, JCti Tolosatis, apologeticon, sive testimonia auctorum Ethnicorum de CHristo, & iis, quae illius adventu & crucis tempore in cœlo & terra mirabiliter facta sunt. Hanov. 1598. 8. ad calcem ejus Polyhistoris & quaestionum Juris.

Tobiae Eckhardi, Rectoris hodie Gymnasii Quedlinburg. Selecta non Christianorum (Judæorum, Ethnicorumque) de CHristo testimonia, ex antiquis monumentis proposita & dijudicata. Stadae & Quedlinb. 1725. 4. quae altera longe plenior editio.

Ioannis Henrici von Seelen, Rectoris Lycei Lubecensis, testes non Christiani passionis CHristi. Lubec. 1720. 4.

Ejusdem de Veritate Religionis Christianae ex profanis scriptoribus caute confirmanda. Lubec. 1722. 4.

Ejusdem de scriptoribus gentilibus, falso in Christianorum relatis ordinem, & de frustra in Virgilio quaesitis à Faydito rebus divinioribus. Flensburg. 1714. Confer *Ioannis Gottlieb Heineccii* diss. de Philo-

Philosophis semichristianis, Halae 1714. 4. & *Iac. Hieronymi Lochneri* schediasma de scriptoribus, qui aliis Pagani aliis Christiani audiunt, Brem. 1716. 4.

Ioh. Englerti, Swinfurtensis, Gentilis testis veritatis, duabus diss. expositus, Lips. 1710. 4.

Petri Zornii, Hamburgensis, Erstes Christenthum, sowohl in reiner Lehr als heiligem Leben, aus den Feinden Christlichen Namens, den Heyden, entworffen, Kiel, 1711. 4. Sciagraphia majoris Operis promissi, necdum editi.

Lettre du *P. de Grainville*, S. J. sur l'usage qv'on peut faire des Medailles par rapport à la Religion Chrétienne. *Memoires de Trevoux 1715. Août p. 1411. Iournal des Savans A. 1716. p. 563.*

Val. Ernesti Laescheri, tunc admodum juvenis, schediasma de numorum veterum in Theologia, explicatione S. Scripturae, & Ecclesiasticae antiquitatis usu. Jenae, 1694. 4.

Theodori Hasai diss. de Imp. Tiberii decreto, quo CHristum voluit referre in numerum Deorum. Hanov. 1708. Erfurt. 1713. Vide *Bibl. Theologico-Philologicam Bremensem* T. 3. p. 325. seq.

Iacobi Hasai, fratris, animadversiones ad testimonia de Mose ab Huetio adducta, exstant in eadem Bibl. Theologico-Philologica Bremensi T. VI. fasciculo 5. p. 769. seq.

M. Godfridi Vockerodt Exercitatio Academica de notitia Divinarum Scripturarum apud Gentiles. Jen. 1689. 4. *Bibliotheque Universelle* T. 17. p. 438.

Christiani Hofmanni, Uratislaviensis, Umbra in Luce, Jen. 1667. 1680. 4. Vide supra p. 474.

Philippi Picinelli, Mediolanensis, lumina reflexa, sive scriptorum Ethnicorum consensus cum singulis paene versiculis S. Scripturae. Francof. 1702. fol. ex Italico Latine, D. Augustino Erath interprete.

Ioannis Bompartii * parallela sacra & profana in Genesin, Amst. 1689. 4. *Bibl. Universelle* T. XIV. p. 470.

Similiter sacros scriptores ex profanis illustrare docuit *Ioachimus* Camerarius & *Victorinus Strigelius* in Novum Test. *Grotius* praef. in Stobaeum, & in notis suis ad libros Biblicos, & de Religionis Christianae Veritate. *Io. Pricaus* ad Psalmos & libros quosdam Novi Test. *Io. Doughtejus* in analectis sacris. *Sebastianus Pfochenius* de styli N. T. puritate. *Thomas Gatakerus* diss. de stylo Novi Test. contra

* Bibliotheque Universelle T. 14. p. 470.

contra Pſochenium & in Cinno atque adverſariis poſtumis, quae junctim excuſa cum ejus commentariis in M. Antoninum, Traject. 1698. fol. *Balduinus VValeus* commentario in libros hiſtoricos N. T. Lugd. Bat. 1653. 4. *Eraſmus Schmidius* noſter notis in N. T. *Dan. Heinſius*, *Iſ. Caſaubonus*, *Theodorus Beza*, *Alexander Morus*, &c. *Paulus Colomeſius* in Obſervationibus ſacris, *Iacobus Duportus* in Gnomologia Homeri ſive ſententiis illius cum ſacris aliisque ſcriptoribus collatis, Cantabrig. 1660. 4. *Zach. Boganus* in Homero hebraizonte ſive comparatione Homeri cum ſcriptoribus ſacris quoad normam loquendi, cui Heſiodus ὁμηρίζων ſubjicitur. Oxon. 1658. 8. *Petrus Keuchenius* annotatis in Evangelia & Acta, Amſt. 1689. 4. *Cornelius Adami* in exercitationibus exegeticis, Groning. 1712. 4. & Obſervationibus Theologico-Philologicis 1710. 4. *Gerardus Outhovius* & alii, quorum inſignia ſpecimina in Bibliotheca Philologico-Theologica Bremenſi, plurium & majorum ſpem faciunt. Rev. *Georg. Raphelius*, ſacrorum ſcriptorum ſtylum cum Xenophonte, Hamb. 1700. 8. Polybioque & Arriano, 1715. 8. erudite conferens, atque ſimilem laborem in Herodoto & aliis fortaſſe Graecis ſcriptoribus continuaturus, Viri Clariſſ. *Ioannes Henricus von Seelen* in ſpecimine obſervationum ad loca N. T. ex Plutarchi libro de inſtitutione puerorum. Lubec. 1719. 4. quales utinam ex toto dare pergeret Plutarcho: *Io. Friderich Humborgk* zu Bach in parergis ſacris, Trajecti 1712. 4. *Lamb. Bos* exercitationibus Philologicis ad loca Novi Teſt. quae poſt primam edit. A. 1700. auctiores prodiere Franeqv. 1713. 8. & in Obſervationibus Miſcellaneis ad loca quaedam Novi Fœderis tum exterorum Graecorum ſcriptorum. Franeqv. 1707. 8. *Iacobus Elsnerus* in Obſervationibus ſacris ad Novum Teſt. Trajecti 1720. 8. quorum alteram partem cupide exſpectamus: Noviſſime *Ioannes Alberti* Obſervationibus Philologicis in ſacros Novi Fœderis libros. Lugd. Bat. 1725. 8.

Exceſſus quorundam Criticorum vel nimium tribuentium Ethnicorum auctoritati, vel ſine neceſſitate illorum teſtimonia accumulantium perſtrinxit Rev. Jo. Laurentius Mosheim in cogitationibus Philoſophicis de eo, quod juſtum eſt circa litterarum ſacrarum ex priſcis ſcriptoribus interpretationem & emendationem. Kil. 1720. 4. Cum his conferenda Jo. Andreae Cleſſelii τοῦ μακαρίτου diſſ. Critica de interpretatione N. Teſt. ex ſcriptoribus profanis. Witeb. 1722. 4.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

Facta & eventus, Veritati Christianae Religionis fidem facientes.

DUo inprimis facta non inficianda Evangelio & miraculorum veritati suffragari observat *Stephanus New* in libro Anglice edito *a discourse concerning Natural and revealed Religion*, Lond. 1696. 8. p. 155. seq. quod Historiae Evangelii nullum ex primis illis temporibus, quod ad nos pervenit scriptum, nullus eventus, nulla contraria narratio adversetur: deinde quod tam prompta tam frequens & constans propagatio Christianismi nullo modo potuerit sine miraculo fieri per homines omni externa potentia, auctoritate, opibus & eruditione destitutos, svadentesque communibus opinionibus contraria, cupiditatibus adversa & ingrata. Sed de testimoniis illorum temporum & Judaeorum Ethnicorumque, capitibus superioribus jam dictum: de factis duobus maximi momenti, Resurrectione CHristi & propagatione Christianismi c. XLIV. & XLIX. sum dicturus, igitur in praesenti suffecerit universe referre scriptores, qui argumentum hoc quod ab factis & eventibus pro religionis causa ducitur, uberius exposuerunt. Sunt autem hi:

A short and easie method with the Deists, wherein the certainty of the Christian Religion is demonstrated by infallible proof from four rules, * *which are incompatible to any imposture that ever yet has been, or that can possibly be.* quarta editio, Lond. 1709. 8. praemissa praefatione adversus impietatem Caroli Blount, Apollonium Philostrati & CHristum juxta habentis. *Quatuor regulae* sive characteres, ex quibus auctor acutus hujus scripti *Carolus Lesley* veritatem religionis Christianae probatam dat, hae sunt: 1) Facta sive eventus digni fide appellantur, qui hominum oculis auribusque palam se offerunt & ab iis judicari possunt. 2) Quae gesta sunt publice in conspectu totius orbis terrarum. 3) Quibus apud posteros non modo publica monu-

* Auctor scripti, qui Leslio invidiam facere, quatuorque ejus regulas ad Papismum commendandum unice facere contendit, *detection of the true meaning and wicked design of a book entitul'd*, a plain and easie method with the Deists, *wherein is prov'd, that the Autors four marks are the marks of the beast, and are calculated only for the Cause and service of Popery.* exploditur in diario Londinensi, *Censura Temporum* Volum. III. p. 12. seq. Certe nemo sanus poterit quatuor illos characteres bona fide Papismi erroribus & abusibus probandis adhibere.

Digitized by Google

monumenta, ſed etiam actiones & geſta teſtimonium perhibeant. 4) Ita ut monumenta illa illæque actiones & obſervantiæ inſtitutæ fuerint & obtinere cœperint ab ipſis illis temporibus, quibus facta iſta & eventus contigerunt. *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* A. 1702. p. 418. Idem liber Germanice, interprete *Chriſtophoro Matth. Seidelio*, Paſtore & Inſpectore Tangermundano. Lipſiæ, 1710. 12. Belgice cum Jo. Tillotſoni ſermone contra Atheos. Ultraject. 1695. 8.

A short and eaſie method with de Jews, wherein the certainty of the Chriſtian Religion is demonſtrated by infallible proof from the four rules made uſe of againſt the Deiſts, ſhewing that theſe four rules do oblige the Jews as much, or more than the Deiſts, to the acknowledgment of Chriſt: with an anſwer to the moſt material of their objections and prejudices againſt Chriſtianity. Lond. 1709. 8. ſecunda editio. Prima A. 1698. & Germanice laudato *Seidelio* interprete A. 1718. 12.

Hiſtoire du Chriſtianiſme, ou l'on fait voir l'origine & l'antiquité de ſes Veritez en IV. lettres. Paris 1701. 12. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1702. T. 2. p. 318.

Ioannes Clericus in prolegomenis ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam duorum primorum ſæculorum, Gallice editam Amſt. 1716. 4. *Acta Erud. T. 6. Supplem.* p. 482. ſeq.

Franciſci Atterbury miraculous propagation of the Goſpel ad Eſ. LX, 22. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1707. p. 684. ſeqq.

Veritas Evangelii demonſtrata ex ſucceſſu, ab *Henrico Moro* in myſterii magni explanatione lib. VII. cap. 16. p. 292. ſeq. Operum Theologicorum. Lond. 1675. fol.

Triumphus Religionis de Atheiſmo, Gentiliſmo, Judaiſmo & Hæreſi, ſive de Religionis ſucceſſu & antiquitate ex libro *Iacobi Benigni Boſſueti*, Meldenſis Epiſcopi, qui Gallice ſæpius Pariſiis & in Belgio ſæpius excuſus eſt ſub titulo, *Diſcours ſur l'hiſtoire univerſelle.* Latine cum notis Petri Montmedy. Ratisbonæ 1715. 8. Vide etiam *Acta Erud.* A. 1682. p. 216.

Io. Adolphi Turretini Oratio de variis Chriſtianæ doctrinæ fatis. Genev. 1708. 4. *Nouvell. de la Rep. des lettres* A. 1709. p. 80.

Non dubito, inquit *Hermannus Conringius* in Epiſtola ad illuſtrem Wagenſeilium ſcriptioni adverſus Judæos intentum, *opera Te facturum pretium,*

Digitized by Google

pretium, si cum primis Judaos paulatim adduxeris ad seriam considerationem non operum duntaxat, sed totius omnino historia CHristi atque Apostolorum, quia me saltim judice nulla ἀπόδειξις magis est robusta quàm hac: Vera est historia Evangelica de CHristo & Apostolis, ergo vera est Doctrina CHristi & Apostolorum qualis in Novi Testamenti libris traditur. In eandem sententiam plura Conringius in præfatione ad B. Viotti libros de demonstratione, editos Helmst. 1661. curante Andrea Frœlingio, & in Conringii Epistolis sive præfationibus junctim ibid. 1666. 4. editis p. 393. sq. Idem in Epistola ad Capellanum data A. 1673. 24. April. *Ego Religionem Christianam, quatenus illa sacris litteris continetur, non minus firma arbitror Demonstratione ostendi posse, quàm est ulla Mathematicarum - - Quin & singulari libello pugnare ejusmodi demonstrationibus pro Veritate Religionis Christiana adversus omnes segreges, adeoque & Judaos, pridem paratus fui, jamque fecissem, nisi negotia impedivissent.* Observationes Conringii MSS. ad Grotium de Veritate Relig. Christianæ audio servari Noribergæ à celeberr. D. Godfrido Thomasio.

Jo. Marckii diss. de veritate historiarum Novi Test. Lugd. Bat. 1720. 4.

Narrationibus de miraculis, apparitionibus & vaticiniis tunc non posse derogari fidem, docet *H. Morus* in antidoto adversus Atheismum T. 2. Opp. Philosph. p. 94. & in enchiridio Metaphysico c. 26. T. 1. Opp. Philosoph. p. 302. si hæ tres regulæ observentur: 1) si hujusmodi rerum narratores viri sint prudentes, nec sibi quidquam lucri commodive ex istis narratiunculis captantes. 2) si multi fuerint ejusdem rei spectatores testesve oculati. & 3) denique, si sit sensibile aliquod harum rerum mirabilium effectum permanensque vestigium.

La Religion Chrétienne prouvée par les faits, par Mr. l'Abbé *Houtteville.* Paris. 1722. 4. Scriptor insignis ac disertus, quem ab eo tempore in Academiam Regiam 25. Febr. A. 1723. receptum clarissimo Massieo * constat successisse, hac methodo utitur, ut post præmissam dissertationem, in qua præcipuos de hoc argumento scriptores † censuræ suæ subjicit, Libro *primo* exponat characteres, quibus veritas eventuum demonstratur, easque Religioni Christianæ convenire doceat. Sunt autem illi, 1) ut quod traditur nihil absurdi vel contradictorii in se contineat. 2) pluribus testibus oculatis & eorundem, quibus res contigerunt, temporum. 3) ut testes illi sint idonei, ingenui, periti, dignique fide, & morali certitu-

Mmmm

* Journal des Savans A. 1723. p. 622. † Supra, p. 31. seq.

Digitized by Google

certitudine de illis constare possit, nec falsos ipsos esse nec falli potuisse, qui sola quæ ipsi viderint, testentur sermone simplici & constanti concordique. 4) quarto ut res narrata sit publica & cujus plurium maxime intersit. 5) ut rei illius veritas nexu & consecutione aliorum eventuum non inficiandorum comprobetur. 6) ut testes ipsi conspirent inter se, neque ab adversariis ipsis illorum temporum res gesta in dubium vocetur. denique 7) ut ad nostram usque ætatem testimonia illa pervenerint integra sine imminutione, additione & immutatione. Hos singulos characteres deinde particulatim in miracula CHristi & Apostolorum, in universam historiam Evangelicam & scripta Evangelica atque Apostolica accurate quadrare docet & evincit.

Liber *secundus* totus est in Prophetiis Veteris Test. de CHristo vindicandis, speciatim in locis Genes. XLIX, 8. seq. p. 155. seq. Danielis IX. p. 170. seq. & demonstrando speciatim JESUM, ita ut de Messia fuerat prædictum, fecisse miracula, gentes adduxisse, Legem abrogata veteri instaurasse, mortuumque esse & ex mortuis resurrexisse secundum Prophetas.

Liber *tertius* fortiter proponit & non minus solide dissolvit objectiones quasdam à Deistis & Judæis opponi solitas, quarum prima est longinquitas temporis, quo sumus nos ab CHristi incarnati ætate remoti. 2) Judæorum Gentiumque illa ipsa CHristi ætate incredulitas & repugnantia. 3) Tenuis ac vilis externa JESU conditio. 4) Oracula Ethnicorum. 5. 6. 7) Falsa miracula inter varias gentes ab omni ætate jactata, & quod Moses Devt. XIII. & CHristus Marc. XIII, 22. prodigiis ac miraculis commoveri prohibuit. 8) Martyres falsarum religionum, & amplitudo, Idololatriæ præsertim, & Muhamedanismi. 9) Librorum, qui Christianismum pridem oppugnavere suppressio & interitus. 10) Locorum Vet. Test. in Novo non ad ungvem semper facta allegatio. 11) Mysteriorum nostrorum evidens incredibilitas cum minus evidenti factorum certitudine comparata. 12) Apollonii Tyanei cum CHRISTO comparatio. Merito hocce Houttevillii opus tanquam eximium laudatur à Mongino, (Journal des Sav. A. 1723. p. 627.) neque apud æquos lectores ejus pretio multum detrahent censuræ, quas hactenus quaternas legi, unam insertam Memoriis Trevoltinis A. 1722. Jun. p. 1329. atque inde editioni Amstelodamensi Ephemeridum

meridum literariarum Parif. 1723. p.632. alteram in Epiftolis Abbatis de Fontaines, Parif. 1722. 8. (Bibl. Françoife Tom. 3. p. 285. Journal des Sav. A. 1723. p. 506. & Jul. p. 9.) tertium fub Judæi converfi R. Ifraël ben Abraham nomine, (Journal des Sav. 1723. p. 14. & Memoires hiftoriques & Critiques A. 1722. Dec. p. 80.) quartam denique auctore Abbate Grecurtio, voces quasdam & phrafes carpente, (Bibl. Françoife T. 2. p. 164.)

Anonymi Reflexions fur l'hiftoire des Juifs, pour fervir de preuve à la verité de la Religion Chrétienne. Amft. 1721. 12. duobus Voluminibus, fupra p. 627.

Conradi Iken Oratio inauguralis de Veritate Religionis Chriftianæ ex Judæorum poft CHriftum natum factis demonftrata A. 1723. 13. Maj. laudatur T. 7. Bibl. Bremenf. p. 178.

CAPUT XXXIV.

De felicitate, quam præftat Religio, fpeciatim Chriftiana, generi humano, Rebus publicis & fingulis hominibus.

VEriffime pronunciatum ab Apoftolo eft, 1. Timoth. IV, 7. Pietatem ad omnia utilem effe, cui & præfentis vitæ & futuræ promiffa ampliffima funt Divinitus propofita. Nam de futura quidem fempiterna beatitate, CHrifti parta merito, ac fideles Chriftianos certiffime manentibus Domini fui gaudiis, quam fancta, quam magnifica funt, quam expetenda, quæ à Chriftiana Religione nobis promittuntur. Non minus vere licet affirmare præfentis quoque vitæ, & fingulorum hominum & privatarum familiarum, communem & integrarum Rerump. * falutem & felicitatem, arcto nexu conjunctam effe cum pio cultu Numinis. A nulla autem Religione vel folidioris inculcatur pietatis ftudium, vel felicitas fingulorum hominum aut regnorum ac Rerump. impenfius curatur, quam à Religione Chriftiana, cui & humaniorem vitam & longe plura virtutis exempla debemus. Nam quid innocentius Chriftiano homine ex CHrifti præceptis & regula vivente? quid beatius eo, cui forte contento fua, vita CHriftus, mors lucrum, in quo nihil condemnabile, quem à DEI & Salvatoris fui amore neque præfentia nec futura dimovere pof-

Mmmm 2 funt,

* Confer, quæ fupra Cap. IX.

Digitized by Google

ſunt, quique perſvaſus vivit DEUM amanti omnia in bonum cedere oportere? Quid illo amabilius, qui etiam hoſtes edoctus amare, in communi charitate amorem fraternum libenter exhibet ac præſtat. Quid vero magis conferre poteſt ad communem felicitatem civitatum vel generis humani, quam ſi quam plurimi ſint non nomine ſed re Chriſtiani, qui pati malint quàm inferre injurias, qui ſervandæ fidei, juſtitiæ, veritati & paci ſtudeant unice, qui ſuum quisque demandatum munus, ita ut DEO inſpectanti approbandum gerant: qui ſi ſubjecti ſint, Magiſtratibus bona fide pareant non pœnæ metu, ſed propter conſcientiam: qui ita præſint aliis, ut DEO rationem geſtorum reddituri: nec quicquam tamen propterea vel ab induſtria remittant ac virtute vel à coſtantia recedant, ſed læti & alacres cum ſimplicitate columbina ſerpentum miſceant prudentiam, nihiloque adeo inferiores ſint aliis, ſed per DEI, cui unice confidunt, gratiam etiam ſuperiores, & ad rem ſuam remque publicam gerendam magis idonei. Etiam in illa corruptione Chriſtianorum ſpeciem pietatis habentium, virtutem autem eheu abnegantium, verbis exprimi non poteſt, quantum beneficiorum acceſſerit culturæ ac felicitati vitæ humanæ per Religionem Chriſtianam, quam multa immania, fœda, ſtulta & impia tamen ſublata, quæ ante lucem illius Divinitus oblatam palam obtinebant, ita ut etiam homo Judæus Thom. de Pinedo in notis ad Stephanum Byz. p. 37. & 59. diſerte profiteatur, ſatis æſtimari non poſſe, quantum Chriſtianæ Religioni debeatur, quæ tot religionum monſtra ſuſtulerit. Sed age ſcriptores, qui cuncta hæc uberius expoſuerunt, ſubjungamus:

Hilarii Theomili ſtete Freude des Geiſtes, eigenes Kleinod derer die den Vater anbeten im Geiſt und in der Warheit. Francofurti, 1719. 8. tertia editio.

Joſephi Halls Himmels-Luſt auf Erden, oder die wahre Seelen-Ruhe. Helmſtadii, 1677. 12. ex Anglico.

D. Simonis Patrick, Epiſcopi Elienſis, the witneſſes of Chriſtianity, or the certainty of our faith and hope, Lond. 1703. 8. ſecunda editio, 2. Vol. Inſcribitur etiam hic liber, JEſus Filius DEI, & Reſurrectio ſive Vita æterna in JEſu ſperanda teſtibus cœleſtibus probata & terreſtribus ad 1. Joh. V, 7. 8. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1708. T. 2. p. 243.

Edmundi Eliſei, Presbyteri Eccleſiæ Anglicanæ, ſummum bonum, ſeu vera & unica beatitudo hominibus per CHriſtum communicanda. Lond. 1681. 8.

Robertus

Robertus Sharrock libro Anglice edito Lond. 1673. 4. de finibus Virtutis Chriſtianæ.

Joannis Turner a ſincere and Zealous practice of Religion recommended, in conſideration of the certainty of its principles, the reaſonableneſs of his duties, and the great wiſdom of mankind in ſerving God, with reſpect both to the advantages of this life, and the recompenſes of the next: to which is added a brief account, how thoſe who incline to Religion, may beſt bring their good deſires to good effect. Lond. 1701. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1700. p. 634.

Jo. Raji perſvaſive to a holy life, from the happineſs that attends it both in this world and in the world to come. Lond. 1700. & 1719. 8. Commendatio pietatis petita à felicitate quam in hac & in altera vita certiſſime præſtat. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1700. p. 629. *Acta Erud. T. 7. ſupplementi* p. 442.

Contra Bælium, qui in altero tomo cogitatorum de Cometis negare viſus eſt Rempublicam genuinorum Chriſtianorum ſecundum præcepta CHriſti viventium tueri ſe poſſe, vide Novellas Reip. litterariæ A. 1700. p. 289. A. 1705. p. 317. ſeqq. & A. 1707. menſe Auguſto p. 168. ſqq. & Septembri p. 286. ſeq.

Iacobi Bernardi, diſſertatio inſerta iisdem Novellis Reip. litterariæ A. 1707. menſe Julio p. 69. ſeqq. *Diſſertation ou l'on fait voir par l'idée que l'on donne d'une Societé toute compoſée de vrais Chrétiens, qu'elle ſeroit tres propre à ſe maintenir, quoi qu'entourée de peuples ou infideles, ou Chrétiens à la mondaine.*

Lud. Vives lib. V. de veritate fidei T. 1. Opp. p. 492. ſeq. ubi exponit felicitatem, quam ad Rempubl. bene gerendam confert Religio Chriſtiana.

Rob. Bellarmini, Cardinalis, Princeps Chriſtianus.

Petri Ribadeneira, S. I. Princeps Chriſtianus contra Nic. Machiavellum. Mogunt. 1603. 8. ex Hiſpan. Latine per Jo. Oranum.

Caroli Scribanii, S. I. Politicus Chriſtianus. Antwerp. 1626. 8. duobus Voluminibus.

Ludovici de Malvenda Spiegel eines Chriſtlichen Fürſten. Verdeutſcht durch Ægidium Albertinum. Monachii 1604. 4. & ex Latino Germanice, Franciſco Brandenbergio interprete. Conſtantiæ 1650. 4.

Nicolai Cauſſini, S. I. aula ſancta (Theodoſii M.)

Martini Raderi, S.I. aula ſancta (Theodoſii jun.) Auguſtæ Vindel. 1608. 8.
Flechierii, Epiſcopi Nemauſenſis, Hiſtoire de Theodoſe le Grand. Paris 1681. 8.
Viti Lud. à Seckendorf, Chriſten-Staat. Lipſ. 1658. 8. *Acta Eruditor.* A. 1685. p. 343.
Sam. Pufendorfi diſſertatio de Concordia veræ Politicæ cum Religione Chriſtiana, nona in ejus Analectis Politicis ſive diſſertationibus Academicis p. 543. ſeq. Ejusdem liber ſæpius editus Latine, & ex Latino Germanice, Gallice, Belgice, de habitu Religionis Chriſtianæ ad vitam civilem, & in eum *Jo. Pauli Kreſſii* commentarius. Jen. 1712. 8. Ejusdem Pufendorfii Introductio in hiſtoriam Regnorum & Rerumpubl. itidem ſæpius vulgata Germanice, & ex Germanico Latine, Gallice, Svecice, Anglice. parte 1. cap. ult.
Jo. Franciſci Buddei de Concordia Religionis Chriſtianæ ſtatusque Civilis. Halæ Sax. 1712. 8. *Acta Erud.* A. 1712. p. 39.
Joannis Upmarkii diſſ. de habitudine Religionis ad Societates. Upſal. 1708. 8.
Lamberti Danai Politica Chriſtiana.
Alberti zum Felde, Theologi Kilonienſis, Politica ſacra, ſive de Imperio DEI ejusque juribus. Lubec. 1720. 8.
Laur. Magalotti Concordia della Religione e del Principato. Giornale de' letterati d'Italia T. 13. p. 140.
De *Thomæ Bozii* & aliorum ſcriptis huc ſpectantibus dictum ſupra p. 320. ſeq.
Joannis Tillotſon T. 1. ſermonum Gallice verſorum ex Anglico à Petro Coſte ſermon. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Amſt. 1706. 8. Vide ſupra p. 561.
Richardi Steele auctoris ingenioſarum & utilium diſſertationum moralium, *Spectatoris* nomine editarum clariſſimi, Chriſtian hero, an argument proving that no principles but thoſe of Religion are ſufficient to meake a great man. Libellus A. 1701. primum & 1711. quarta vice Anglice editus Lond. 12. quo probatur Principem Chriſtianæ Religionis obſervantem digniſſimum eſſe Herois nomine. Ad idem argumentum ſpectat Oratio *Hurtadi de la Motte*, Poëtæ celebratiſſimi Galli, qua oſtenditur, neminem vere mereri nominem Magni, niſi pium cultorem Numinis.
Guilelmi Nichols Religion of a Prince. Lond. 1704. 4.

Ad

Digitized by Google

Ad Proverb. XIV, 34. la justice eleve une nation. *Jac. Saurin* Tom. 3. sermon. 3. sur l' accord de la Religion avec la politique. *Europe Savante* A. 1718. *Juillet* p. 58. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1717. p. 710. *Bibl. ancienne & moderne* T. 8. p. 425. seq. Vide & T. 2. p. 59. seq.

Robert South Tomo primo sermonum Anglice tertia vice quatuor Voluminibus editorum Lond. 1715. 8. probat Religionem esse optimam & præstantissimam rationem status Regni vel Reip.

Idem argumentum illustratum à *Sharpio.*

Anonymi lucrum hominis præcipuum, sive de Religione tractatus dilucide demonstrans præceptorum Evangelicorum æquitatem, & quod egregie conducat debita eorum observatio ad salutem & felicitatem tam societatum publicarum quam privatorum hominum. Oxon. 1705. 12.

Idem probatum luculenter in B. D. *Godfridi Olearii* libro Germanice edito, JESUS der wahre Meßias, parte IV. p. 787. seqq.

Anonymi, Christianity the great ornement of humane life, Lond. 1701. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres* 1701. Septembr. p. 349. *History of the works of the learned* A. 1701. p. 308.

Mr. Jefferie's, Religion the perfection of man. 8.

Anonymi Reflexions sur la felicité dans cette vie mortelle. Paris 1717. 12. *Iournal des Savans* A. 1717. p. 123. *Memoires de Trevoux* A. 1718. pag. 23.

D. Balthasaris Meisneri Vortrefflichkeit und Würde eines Christen, è Latino Germanice, interprete Hermanno Gerhardo Weland. Hamb. 1710. 8.

The pleasantiness of a religious life opened and proved and recommended to the consideration of all, particularly young people, by *Matthew Henry*, Minister of the Gospel. Lond. 1714.

D. Philippi Iacobi Speneri Christenthum die gröste Glückseligkeit, ad Philipp. IV, 4. seq. inter ejus quatuor homilias Germanice vulgatas Coloniæ ad Spream 12. p. 187. seq.

The art of Contentement, by the author of the whole duty of Man. Oxon. 1676. 8. & Germanice Hamb. 1678. 12. Die Kunst der Vergnüglichkeit. Et Gallice, L'art de vivre content par l'auteur de la pratique des vertus Chrétiennes. Amst. 1706. 12. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1706. T. 2. p. 99.

Io.

Io. Adolphi Hofmanni zwey Bücher von der Zufriedenheit, nach Anleitung der Vernunft und der Glaubens-Gründe verfasset. Hamb. 1722. 8. & secunda præclari libri editio auctior duobus capitibus. 1723. 8. Tertia jam sub prælo sudat A. 1725.

Ejusd. Politische Anmerkungen über die wahre und falsche Staats-Kunst, libro præsertim primo, ubi etiam cap. 8. disputat contra Machiavellum. Hamb. 1725. 8.

Io. Alphonsus Turretinus in Oratione de pietatis & eruditionis nexu. Genev. 1706. 4. probat eruditionem scientiamque omnem vanam esse & inutilem sine religione, imo noxiam: vicissim eruditionem & scientias conjunctas cum pietate liberare hominem variis superstitionibus & erroribus, magisque reddere idoneum ad veritatem Divinam scrutandam amplectendamque. *Nouvelles de la Rep des lettres* A. 1707. T. 2. p. 671. seqq.

Ejusdem dissertatio, qua suadet incitamenta ducta à commodis temporalibus, ex serio Religionis Christianæ cultu promittendis, frequentius evidentiusque populis Christianis proponenda. Genev. 1720. 4.

Ægidii Gabrieli specimina moralis Christianæ & moralis diabolicæ in praxi. Bruxell. 1675. 12. *Giornale de' letterati di Roma* A. 1676. p. 208.

Daniel Ernesti Jablonsky in Homiliarum Germanice editarum decade secunda, Berolin. 1715. 4. p. 145. sq. tres homiliæ in locum 1. Timoth. VI, 6. *est autem quæstus magnus pietas cum animo sorte sua contento.* Ejusdem decade quarta, Berolin. 1718. 4. p. 142. seq. homilia de vero gaudio in DEO, ad Ps. LXXIII, 28. & p. 174. seq. de misera & inquiete conditione impiorum, ad Esaiæ LVIII, 21.

Sylvestri Tappens Haupt-Gründe der wahren Weisheit und Glückseligkeit. Hildesheim. 1720. 4. Unschuldige Nachrichten A. 1720. p. 296.

Antonii Legeri sermo nonus inter Gallice editos Genev. 1720. 8. Tomo primo, de gaudio piorum, ad Proverb. XXI, 15.

Jac. Saurini Tom. 3. sermon 10. sur les advantages de la Religion Chrétienne, sur 1. Corinth. I, 21. *Europe Servante* A. 1718. *Iuillet*, pag. 73.

Hectoris Godfrid Masii Interesse Principum circa Religionem Evangelicam ad Christianum V. Daniæ Regem. Hafniæ 1688. 4. *Bibl. Universelle* T. XI. p. 47. p. 251. 368.

CAPUT

CAPUT XXXV.

De Christianæ Religionis excellentia præ cæteris religionibus omnibus.

I.

QUemadmodum Religionis Christianæ Veritas, si cum aliis eam compares, melioribus argumentis nititur, & Divinam originem suam propagatione admirabili, evidentibus factis, fructibus & fide dignissimis testibus tueri potest: sic etiam ipsa ejus natura ac conditio habet in se multas & maximi momenti prærogativas, quibus omnes alios cultus ac religiones longe vincit. Earum præcipuas quasdam paucis tantummodo indicabo, deinde scriptores, qui de excellentia ejus ac præstantia nobili diligentius tractarunt, nominatim referam.

II. Inprimis nihil est in religione naturali sana ac rationabili, nullum officium, quod Religio Christiana non vehementer probet, firmet ac perficiat: nihil est in veteri Judaica, (quam & ipsam Divinam agnoscit,) quod non & ipsum vel servandum commendet, vel impletum dulciter exponat. Cæterum libera est ac immunis non modo ab Idololatricorum & commentitiorum cultuum fœditate, nugis, & erroribus: sed etiam hoc habet præ Judaismo, ut non ad unum populum, sed ad totum genus humanum Divino consilio referatur, quod ipsum prædictum dudum ante divinitus à Prophetis, ipsi Judæi negare non possunt. Non igitur ad unum alligata templum, non circumcisionis & Leviticarum cerimoniarum aut alio duro constricta jugo est, sed omnibus usquequaque gentibus quam late patet orbis terrarum, à DEO hominum amatore sub facillimis & utilissimis præceptis commendata. Præterea nihil usquam reperias in scriptis Philosophorum cujuscunque gentis vel ætatis de DEO & rebus Divinis, vel de conditione hominis præsenti & post hanc vitam quod Religio Christiana non tradat longe solidius, * plenius & *σωματι-κώτερον*,

Nnnn

* Bene Vir egregius Jo. Adolphus Hofmannus in libro dignissimo lectu, qui hoc ipso tempore, quo ista scribo, in lucem prodiit in hac urbe Hamb. 1725. 8. Politische Anmerckungen über die wahre und falsche Staats-Kunst p. 29. Wir Christen wissen noch mehr von GOtt als alle Heyden. Das geoffenbahrte Wort GOttes erläutert den Zweifel und die Dunckelheiten der Natur. Es befestiget die natürliche Pflicht/ es zeiget uns den Weg durch eine ewige Versöhnung zu GOtt. Es rüstet uns aus

mit

Digitized by Google

χώπρων, charitatem humilitatemque ingeneret & fiduciam procul illis aberrationibus & dubitationibus, in quas illos caligo mentis vel parum ſana curioſitas conjecit: miſeriæ vero humanæ cauſas, & rationes veras illis medendi nulla alia religio pandit quam Chriſtiana, omnia concludens ſub peccato, & ad emendationem cordis ſeriamque pœnitentiam omnes vocans & invitans ſeria voce ac blanda: DEI ſimul in nos peccatores magno celebrato amore, quo CHriſtum Filium unicum ſuum nobis dedit, non modo ut eum audiremus præceptis ſanctiſſimis, perfectiſſimis, & exemplo nos edocentem, ſed ut morte Ejus, quam pro nobis ſubiit, viveremus, & quotquot in eum credimus, neutiquam periremus, ſed vitam æternam conſequeremur. Ita perfectioni Doctrinæ & ſanctitati præceptorum digne reſpondet, cum vitæ præſentis læta ſanctaque fiducia etiam in futurum ſpei maximæ firmitas & per æternam expiationem Divina præmiorum magnitudo, qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, neque ulli hominum cogitare venit in mentem, quæ DEUS ſeſe amantibus in omnem æternitatem comparavit.

Jacobus Bernbardus, * Profeſſor Matheſ. & Paſtor Eccleſiæ Gallicæ Leidenſis clariſſimus, præter Novellas Reip. litterariæ, in quarum locis variis Religionem Chriſtianam adverſus Bælii objectiones defendit ſtrenue, edidit etiam libros quinque, dignos ejus ingenio & acumine, de excellentia & amabilitate Religionis Chriſtianæ, de l'excellence de la Religion Chrétienne. † Lugd. Bat. 1714. 12. Prodierunt quoque Germanice neſcio quo interprete Rudolſtadii 1720. 8. Von der Vortrefflichkeit der Chriſtlichen Religion. Libro primo oſtendit Religionem univerſe ad hominum felicitatem comparatam Divinitusque conceſſam hominibus eſſe. Libro ſecundo dogmata illius conſiderat, quatenus ſive ex Naturæ Lumine, ſive ex Divina Revelatione cognoſcuntur. Libro tertio præcepta & officia, quæ à Religione injungi conſtat: Libro quarto promiſſiones & pœnas expendit. Quinto denique reſpondet ad objectiones, cauſasque removet, quibus multi ab illa amanda & amplectanda dimoveri

mit Demuth und Vertrauen; es lehret uns die allervollkommenſten Pflichten der Menſchlichkeit: es unterrichtet uns von dem Zuſtand in jener Welt/ und macht uns in dieſer zu frieden und gelaſſen.

* Obiit 4.K. Maj. A. 1718. æt. 60. Vide Novell. de la Rep. des lettr. 1718. p. 205. Hiſt. Critique de la Rep. des lettr. T. 15. p. 386. Europe Savante A. 1718. Jul. p. 151.

† Acta Erud. A. 1716. p. 20. Journal literaire T. V. p. 175. 233. Memoires de Trevoux A. 1716. p. 1828. Unſchuldige Nachrichten A. 1714. p. 1079.

moveri ſe patiuntur. Subjectæ ſunt diſſertationes quatuor, 1) de veris falsisque amoris in DEUM notis & characteribus, 2) quomodo erga inimicos gerere Chriſtianus ſe debeat, 3) de martyrio, & 4) de mendacio.

Io. Laurence, Chriſtian morals and Chriſtian prudence. Lond. 1717. 8. *Acta Erud.* 1719. p. 83.

Demonſtration de la Verité & de la Sainteté de la Morale Chrétienne, par *Bernard Lamy*, Presb. Oratorii. Paris 1688. 12. & 1706. 12. Bibl. Univerſelle de Mr. le Clerc. T. 7. p. 183. & T. 12. p. 554. Bibl. choiſie T. XI. p. 394. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1688. Jul. p. 792. & A. 1706. p. 526.

Hero Siberſma, Roem der Chriſtenen in CHriſto JEſu, den heere hare gerechtigheyd &c. Leoward. 1687. 8. *Bibl. Univerſelle* T. 5. p. 461.

Parallele de la morale Chrétienne avec celle des anciens Philoſophes, pour faire voir la ſuperiorité de nos ſaintes maximes ſur celles de la ſageſſe humaine, par le P. *Michaël Mourgves*, S. I. Profeſſeur dans l'Univerſité de Toulouſe. Paris 1702. 12. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1703. pag. 391. Unſchuldige Nachrichten A. 1703. p. 27c.

Iſaaci Barrow, Angli, ſermones quinque primores Tomi I. Operum Anglice editorum Lond. 1683. fol. egregie demonſtrant præſtantiam Religionis Chriſtianæ, & cauſas exponunt eam amandi & ſerie amplectendi fructusque, qui ad veros ejus cultores certiſſime redundant. Idem Tomo ſecundo Lond. 1686. fol. ſermonibus à ſexto ad nonum fortiter depugnat adverſus Atheos, & à tertio decimo usque ad vigeſimum, non minus ſolide veritatem Religionis Chriſtianæ tuetur adverſus Idololatras, Judæos & Muhamedanos.

La Nature & l'Excellence de la Religion Chrétienne, avec une preface dé *Mr. Burnet*, Eveque de Saliſbury, une lettre de de *Mr. Tilloſon*, & des penſées Chrétiennes pour tous les jours du mois par le *D. Lucas*, Auteur de la morale d'Evangile. à Delf 1722. 8. *Memoir. hiſt. & critiques* A. 1722. Jün. p. 45.

Chriſtian bleſſedneſs, or diſcourſes upon the beatitudes of our Lord & Saviour JEſus CHriſt, (Matth. V.) written by *Iohn Norris*, M. A. Rector of Newton St. Loe in Sommerſet-ſhire. Lond. 1691. 8. *Bibl. Univerſelle* T. 20. p. 60.

Digitized by Google

Edward Fowler, Epiſcopi deinde Glоceſtrienſis, deſign of Chriſtianity, or a plain demonſtration and improvement, that the enduing men with inward real righteousneſs, or true holineſs, was the ultimate end of our Saviours coming into the world, and is the great intendment of his bleſſed Goſpel. Lond. 1699. 8. tertia editio.

Ejusdem libertas Evangelica, or a diſcourſe of Chriſtian liberty, being a farther purſuance of the argument of the deſign of Chriſtianity. ibid. 1680. 8.

Io. Petrus de Crouſaz in editione auctiore libri lectu digni de pulchro, *traité du beau*, Amſt. 1623. 12. addidit caput duodecimum *de la beauté de la Religion*, ſupra p. 321. ſeq. *Bibl. ancienne & moderne* T. 20. p. 317. ſeq.

Nicolai Malebranche converſations Chrétiennes touchant la Verité de la Religion & de la Morale de JEſus CHriſt. à Mons 1677. & Roterdam 1685. 12.

Io. Friderici Oſterwaldi ſermo 2. ad Hebr. I, 1. 2. inter duodecim Gallice editos.

Iac Saurin Tom. 3. ſermon 10.

Benedicti Picteti Examen des Religions, huit ſermons ſur 1. Theſſal. V, 21. Genev. 1698. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1702. *Novembr.* p. 508. Prodiit etiam hoc ſcrutinium Religionum Germanice 1718. *Bibl. Theologico-Philolog. Bremenſ.* T. 3. p. 174. Gelehrte Zeitungen A. 1718. p. 632.

Sam. Werenfelſii Sermo 2. inter decem Gallice editos, eſt du changement que le Chriſtianiſme produit en ceux qui le reçoivent du fonds du cœur. *nova creatura.* 2. Corinth. V, 17. Nouvelles de la Rep. des lettr. A. 1716. p. 395. Confer *Gvil. Beveregii* T. 2. ſerm. 7. & *Tho. Watſons* Ubung der Gottſeligkeit p. 1193. ſeq.

Mr. Halliwell's Excellency of Chriſtianity. 8.

David. Martin, l'excellence de la Foi & de ſes effets, ad Hebr. XI. Amſt. 1710. 8. *Nouvell. de la Rep. des lettr.* 1710. p. 429.

Gratiani Pantophili (Mr. Brendels) Warheits-Gründe von der einigen wahren Religion.

Chriſtoph. Wittichius in exercitatione quarta, cui titulus fucata gentium virtus. Lugd. Bat. 1682. 4. *Acta Erud.* A. 1682. p. 248.

Roberti Fleming Chriſtology. Lond. 1705. 8. Bibl. choiſie T. XI. p. 417.

Io. Alphonſi Turretini diſſertationes de Veritate Religionis Chriſtianæ, 1) de

Digitized by Google

1) de præstantia Doctrinæ, 2) de Charactere CHRISTI Magistri & primorum præconum, 3) de miraculis. Genev. 1721. 4.

Bernhardi Kenckelii, Tundera Holsati, de veritate unicæ Religionis Christianæ, & aliarum (ethnicæ p. 40. Judaicæ hodiernæ p. 58. & Mohammedanæ p. 88.) falsitate, & religionis naturalis insufficientia p. 113. Helmstad. 1681. 4.

Christian August Hansen, Ecclesiastæ meritissimi Dresdensis, Religions-Prüfung, leitend von der Natürlichen zur Christlichen, wider die Irreligiosität der Atheisterey, Naturalisterey, Indifferentisterey, Epicuristerey, Aberglauben und Profan-Religionen. Dreßden 1724. 4.

CAPUT XXXVI.

De caussis incredulitatis & impietatis, speciatim inter Christianos.

PRæcipua caussa irreligiositatis est corruptio mentis nostræ, quæ Religionem tanquam jugum libenter cupit excutere, sicuti in vetitum nititur etiam is, cujus maxime intererat ab prohibito sibi quam diligentissime cavere. Communes præterea errorum frequentium fontes videmus esse sensus nostros, imaginationem & perversa præcipue cordis desideria, quæ multa hominum millia corrumpunt, ut in Religionis caussa etiam, vera habeant pro falsis, pro veris falsa amplectantur. Ita plerique mortalium prævalere in se patiuntur impetum libidinis, alii plura habendi cupiditatem, quam appetendo quosdam aberrasse à fide & inseruisse se doloribus multis, testatur Apostolus 1. Timoth. VI. 10. honoris alios exercet improbum studium: hæc animos ipsorum agitant & movent, ut regnum in eis ambitio vel avaritiæ aut fœdæ voluptatis labes facile obtineat, unde vel in foveam atheismi theoretici incidunt, vel in atheismi practici barathrum, vel in acediam, stuporem atque ἀναισθησίαν circa res spiritales prolabuntur, aut hærent in cœcæ superstitionis luto, in quo itidem DEO probari minime possunt. Paucissimi id agunt, ut interiorem vim ac vividam Verbi Divini efficaciam in animis suis persentiscant, dentque operam sedulo, ut fundamenta Religionis recte perspecta habeant: itaque multis nulla alia reliqua manet de rebus sacris notio,

quam hæc, Scripturam ideo aſſenſum noſtrum atque ut ore eam profiteamur promereri, quia hæc eorum, inter quos vivimus, ſententia eſt, & majores noſtri idem faciendum eſſe, à longo tempore crediderunt. Tanta judicii & rationis egeſtas eſt in multis, tanta præjudiciorum vis, tanta præcipue ex perditis moribus corruptio, ut εἰς κακότεχνον ψυχὴν * in malitioſam animam non intrare Sapientiam non ſit mirandum. Quin ſeria quidam omnia & ſancta naſo etiam ſuſpendunt & rident, atque ut videantur ſapere cœlum vituperant. Multorum quoque non adeo perditorum hominum mentes tacitis de Religionis veritate dubitationibus ſollicitantur, quibus ipſimet ſatisfacere proprio ingenio nequeunt, eas autem aperire animarum ſuarum curatoribus aut aliis piis atque peritis amicis verentur. Accidit etiam quandoque ut ii, qui ſapere ſe videri præ cæteris, interque fortia ſeſe venditare volunt ingenia, ipſi miſeri vere ac miſerandi veneno impietatis, quod animos eorum corrupit, alios ſermonibus ſuis improbe inficiant, atque in cœtibus, in conviviis, in familiari conſvetudine ſcrupulos injiciant, qui dum neminem, ut illos eximant, audent conſulere, vel ineptos conſulunt, nunquam donec vivunt, illis liberantur. Aliis curioſitas lectitandorum ſceleratorum librorum tanti ſtetit, ut animo pietatem omnem eliminaverint. Quanta in multis & quam craſſa ignoratio rerum Divinarum eſt per ſocordiam, qua nunquam ipſis operæ pretium viſum eſt, pretium animæ ſuæ, Religionem ejusque rationes & argumenta quibus nititur ingenue & ſerio conſiderare, & ad DEUM omnis boni doni largitorem accedere, & ab eo ſeriis & aſſiduis expetere precibus, ut daret ipſis Sapientiam gratiamque in Lumine ſuo Lucem videndi ad ſalutem. Alii ſtupent ad diſcordias Chriſtianorum & ſectarum mutuo ſeſe condemnantium infelices concertationes: alios perdit ſuperſtitionis & errorum ſplendida ſpecies & vis; novitatis ſtudium alios, alios magna & frequentia mala exempla trahunt in transverſum.

Mr. Jaques Baſnage, ſermon 1. ſur l'aneantiſſement de la Religion, Roterdam 1709. 8.

Johannis Eduardi ſome thoughts concerning the ſeveral cauſes and occaſions of Atheiſm, eſpecially in the preſent age. Lond. 1695. 8.

N. Jackſon, origin of unbelief.

Benedictus Pictetus præfat. ad Theologiam Chriſtianam Gallice editam. Ejusd. Doctrina Moralis Chriſtiana, ibid. vulgata Gallice, atque inde Germanice, libro primo.

C. L. Bellerbeck præf. ad Abbadium de Veritate Relig. *Jo.*

* Sapient. c. I. verſ. 4.

Digitized by Google

Jo. Alphonsi Turretini disp. Apologetica pro Veritate Religionis Christianæ adversus incredulorum difficultates. Genev. 1724. 4.

Jacobi Saurini Tom. 3. sermon 7. sur les difficultez de la Religion Chrétienne, ad 1. Corinth. XIII, 9. *ex parte cognoscimus*. (Europe Savante A. 1718. Juillet p. 66.)

Mr. de Villiers pensées & reflexions sur les hommes qui sont le voyage de Salut. Sæpius editus liber Parisiis, Lugduni, Bruxellis, Hagæ, & ex Gallico Anglice ex Petri Costei versione Joanni Archi-Episcopo Eboracensi dicatus, Lond. 1709. 8. Reflexions on Men's prejudices against Religion and their mistakes in their practice of it. Partis *prima* hæc sunt capita: 1) De generali Christianorum defectione ab observandis officiis, ad quæ per Religionem suam obligantur. 2) De difficultatibus, quibus Christiani patiuntur se ab illa observatione deterreri. 3) De infirmis quibus moventur præjudiciis. 4) De falsis quas plerique fovent de officio suo ac religione notionibus. 5) De exigua cura & studio, quod in Religionem impendunt plerique. 6) De periculo, quod incurrunt Christiani ignorantia hac officii sui & negligentia. 7) De falsa verecundia & respectibus humanis, quibus nonnulli à vita Christiana ducenda revocantur. 8) De erroribus, qui in obeundis Religionis officiis committuntur. 9) De errore ac deceptione eorum, qui amorem Mundi hujus & vitam Christianam bene convenire inter se & in una sede morari posse existimant. 10) De vitiis Christianorum & aberrationibus, in quas incidunt ex imbecillitate & inconstantia propositi de colenda serio pietate. Pars libri *altera* remedia prioribus malis opponenda commendat 1) Pœnitentiam. 2) Confessionem. 3) Fervidum emendandi se & in pietate proficiendi constansque studium. 4) Devotas ad DEUM preces. 5) Exactam etiam in rebus, quæ leves possint videri & in externo Religionis cultu observantiam. 6) Castitatem & abstinentiam ab omni impuritate ac libidine. 7) Modestiam & humilitatem. 8) Injuriarum per alios illatarum nobis condonationem, & post offensas reconciliationem sinceram.

Jo. Friderici Osterwald traité des sources de la corruption, qui regne aujourd'huy parmi les Chrétiens. Amst. 1700. 8. & Germanice M. Adamo Bernd interprete, Budissinæ 1713. 8. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1699. T. 2. p. 577. *History of the works of the learned* A. 1699.

Digitized by Google

A. 1699. p. 612. Liber ut cætera Osterwaldi scripta insignis & utilis in duas partes dividitur, quarum *priore* hi fontes corruptionis morum ac sententiarum inter Christianos aperiuntur, 1) Ignoratio rerum Divinarum, in qua per negligentiam suam identidem hærent multi libenter. 2) Præjudicia & falsæ de rebus Religionis conceptiones. 3) Axiomata falsa & opiniones, quibus ad vitia sua coloranda vel excusanda quidam utuntur. 4) Abusus dictorum S. Scripturæ in perversam sententiam acceptorum. 5) Pudor irreligiosus & inepta verecundia ne ab parcis Numinis cultoribus ridearis vel hypocritis adscribaris, aut habearis odio. 6) Conversionis & pœnitentiæ procrastinatio. 7) Acedia & ignavia in rebus ad Religionem pertinentibus. 8) Animorum occupationibus hujus vitæ nimium intentorum distractio. 9) Genus vitæ pietati quandoque nimium quantum repugnans & adversum. Parte *altera* considerantur tanquam fontes tot malorum: 1) Præsens Ecclesiæ & Religionis status in genere, propter charitatis defectum longe minus studio pietatis alendo congruens quam primorum Christianorum. 2) Defectus disciplinæ & relaxatio. 3) Negligentia & mala exempla Pastorum. 4) Vitia & negligentia Principum ac Magistratuum. 5) Vitia & sinisteritas patrum, matrumque familias, & vitia educationis. 6) Exemplorum malorum vis pravæque consvetudinis. 7) Libri nequam atque impii.

D. Philippi Jacobi Speneri Sprüche heiliger Schrifft,* welche von Welt-Leuten mehrmahl zu Hegung der Sicherheit, und wider die so Nothwendigkeit als Möglichkeit des wahren innerlichen und thätigen Christenthums mißbraucht zu werden pflegen, kürtzlich aber gründlich gerettet. Francof. 1693. 12.

Balthasaris Kapke Praxis Catechetica, oder etliche Ausflüchte der gemeinen Leute auf dem Lande, womit sie ihre Sünden pflegen zu entschuldigen. A. 1691.

Cyriaci Spangenbergs Formular-Buch der alten Adams-Sprache. Eisleben 1562. 8, Decades VI. vanarum impietatis causationum.

Jo. Mar-

* Bene S. Augustinus sermone CXX. de diversis: *Nemo quærat de Medicina vulnus, & de Scripturis conetur torquere vinculum, unde laqueum mortis injiciat animæ suæ.*

Digitized by Google

Jo. Martini Schamelii Formular-Büchlein verschiedener unter Christen übel verstandenen oder abzuschaffenden Redens-Arten. Leipzig 1717. 8.

D. Joh. Fechtii diss. respondente Johanne Henrico Elmenhorst, de sensu S. Scripturæ carnali. Rostoch. 1707. 4.

Romani Tellers Mißbrauch des Göttlichen Worts. Lipſ. 1710. 12. Unschuldige Nachrichten A. 1710. p. 440.

Adami Berends, Ecclesiastæ Lipsiensis, Qvellen des gottlosen sündigen Lebens. Lipſ. 1721. 4. Unschuldige Nachrichten A. 1720. p. 477.

Gottfried Balthasar Scharfii, Senioris Swidnicensis, Verkehrte Bibel der Welt-Kinder, darinne Biblische Sprüche wider den Mißbrauch gerettet werden. Jauer 1717. 4. Gelehrte *Fama* XLIX. p. 78.

Anonymi Beantwortung der vornehmsten Einwürffe, welche der falsche Christe wider das wahre Christenthum zu machen pflegt. Halle, 1719. ex Anglico.

Balthasaris Thurmanni Tractatus Theoretico-Practicus de remoris & impedimentis sinceræ pietatis. Witeb. 1628. 4.

Benjamin Hoadly, Episcopi Bangorensis, terms of acceptance with God. Lond. 1718. 8. secunda editio. *Bibl. ancienne & moderne* T. IX. p. 419.

Francisci Ridders Geprüfter Tisch-Genoß am Hochwürdigen Abendmahl. Francof. 1673. 8. ex Belgico. Hoc in libro Martha exponit effugia & causationes hominum peccatorum, Maria refellit.

Jeremiæ Dyke nosce te ipsum, oder Selbst-Betrug. Francof. 1663. 8. ex Anglico. Exstat & Belgice & Gallice.

Mr. Giroust faux pretextes du pecheur.

M. Carl Gottfried Engelschalls, Ecclesiastæ in aula Regia & Electorali Dresdensi, Præjudicia de capitibus fidei, Nichtige Vorurtheile der heutigen Welt in Glaubens-Lehren. Lipſ. 1716. 8. Ejusdem Fortgesetzte nichtige Vourtheile der heutigen Welt in Glaubens-Sachen, welche nach der Wage des Heiligthums sind abgemessen und zu leicht erfunden worden. Lipſ. 1719. 8. Ejusdem Præjudicia Vitæ, Nichtige Lebens-Vorurtheile der Welt-Kinder, oder dünne Feigenblätter, womit die meisten Menschen ihre Sünden-Blösse zu bedecken pflegen, aufgedecket und widerleget. Lipſ. 1718. 8.

Jacobi Bernardi de pœnitentia non differenda, *de la repentance tardive*, * Amst.

* Acta Erud. A. 1713. p. 201. Journal des Savans A. 1713. Tom. 2. p. 61. Gelehrte Fama XXV. p. 36. Journal literaire T. 3. p. 413.

Digitized by Google

Amst. 1712. 8. & Germanice Gvelferbyti 1713. 8. quo in libro p. 308. seqq. respondet ad exemplum latronis in limine mortis ad CHristum conversi, Luc. XXIII, 41. seq. de quo præter *Jo. Brentium* aliosque interpretes adde sis B. D. *Dorthei* latronem Theologum, *D. Speneri*, τ̃ μακαρίτε, Rettung derer gemißbrauchten Sprüche p. 168. seq. Rev. *Caroli Gottfridi Engelschalls* præjudicia vitæ cap. 1. D. *Adamum Rechenbergium* diss. de termino gratiæ §. 48. D. *Christiani Thomasii* Ausübung der Sitten-Lehre p. 541. seq. *Philippum à Limborch* Theologiæ Christianæ lib. V. c. 65. §. 5. *Theophili Raynaudi* metamorphosin latronis in Apostolum, Lugdun. 1643. 8. *Bernardini Ochini*, Senensis, homilias editas Italice parte 3. predicha 24. *Benjamin Haodly* le moyen de plaire à Dieu sur l'Evangile pag. 385. seq. *Tillemontium* memoires sur l' Hist. Ecclesiastique Tom. 1. p. 72. seq. *Joncurtium*, (Journal des Savans 1716. pag. 267. Acta Eruditorum A. 1716. pag. 436.) *Jac. Saurinum*, sermons T. 1. p. 136. seq. *Gvil. Sherlock* Betrachtung des Todes p. 436. seq.

Eruditus & præclare meritus Theologus Norimbergensis, *Joachimus Negelinus*, in homiliis CXXV. quibus nuper doctrinam de Fide insigniter illustravit, decem integras à quinquagesima prima & deinceps in sexagesimam usque impendit ad impedimenta fidei ostendenda, eorumque vim declarandam, ut ab iis tanto diligentius sibi Christiani homines caveant. Sunt autem 1) Contemptus Verbi Divini prædicati, Hebr. II, 1. seq. 2) Negligens ejusdem & parum attenta auditio, Luc. VIII, 12. 3) Lectio ejus incuriosa ac de sensu genuino & vivida applicatione parum sollicita, Actor. VIII, 30. seq. 4) Contemtus sacramenti Baptismi, Luc. VII, 39. 5) Indignus usus S. Cœnæ ab impœnitentibus, 2. Cor. XI, 20. seq. 6) Seriarum precum omissio ac negligentia, Daniel. IX, 13. 7) Abusus rationis in rebus fidei, 2. Cor. X, 4. 5. 8) Prava colloquia ac sodalitia, 1. Corinth. XV, 33. 9) Exitiosorum librorum lectio, Actor. XIX, 19. 20. & 10) Amor hujus Mundi, 1. Joh. II, 15.

Joannes Clericus, Vir celeberrimus Amstelodami, apud Henr. Wetstenium 1696. 8. vulgavit librum, qui inscribitur: *De l'incredulité*, ou l'on examine les motifs & les raisons generales, qui portent les incredules

Digitized by Google

dules à rejetter la Religion Chrétienne: avec deux lettres, ou l'on en prouve directement la Verité. Hic liber passim locupletior recusus est Amst. 1714. 8. & Anglice etiam versus prodierat Lond. 1697. 8. De illo Clericus ipse in Bibliotheca veteri & nova T. 2. p. 194. Libro *priore* considerat tanquam causas irreligiositatis vitia irreligiosorum, ut sunt amor Mundi, superbia, præjudiciorum iniquitas, egestas judicii, negligentia & ignavia. In libro *secundo* vitia Christianorum ob quæ injustum est Religionem ipsam aspernari, ut sunt simplex multorum credulitas, mali mores etiam Zelo maxime ardentium, privati studium emolumenti, discordia & hæreses, & quod à plurimis adhuc vel ignoratur Religio Christiana vel vita male exprimitur, vel non docetur sincera vel non digne defenditur.

Mr. de la Touche Bœsnier, perservatif contre l'irreligion, ou demonstration des veritez fondamentales de la Religion Chrétienne, avec une preface, ou l'on fait voir 1. les principaux motifs de l'incredulité, 2. ses pernicieux effets, & 3. les moyens d'en empecher le progres. (ex Anglico Lond. 1706.) *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1707. Jul. p. 96.

Jo. Tillotsoni sermon. 2. Tom. IV. eorum, quos Gallice ex Anglico vertit Joannes Barbeyracus, *des prejugez des hommes contre la vraye religion.* Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1710. T. 2. p. 580. seq.

Parson's Christian directory, *History of the works of the learned* A. 1699. p. 700. seqq.

De causis Atheismi, B. *Iac. Thomasius* præfatione LXV. Idem præfatione XIX. de fabulis pietati in DEUM periculosis.

Sam. Werenfelsius, Basileensis Theologus, in parte prima sylloges dissertationum Theologicarum, diss. sexta de argumentis, quibus sacra Scriptura utitur ad pietatem hominibus persvadendam, & quare non plures aut majores fructus inde inter Christianos appareant. Basil. 1709. 8.

Christiani Eberhardi Weismanni de præjudicio, quod accrescit Veritatibus primariis per imprudentem & vitiosum earum nexum cum doctrinis accessoriis, minus necessariis, incertis atque etiam falsis, Diss. Historico-Theologica. Tubing. 1721. 4.

Traité de l'abus de la Critique en matiere de Religion, par le P. *Laubrussel*,

bruſſel, S. I. Paris 1710. 12. duobus Volum. Hiſtory of the works of the learned A. 1711. p. 156.

Honorati de S. Maria, Carmelitæ, reflexions ſur les regles & ſur l'uſage de de la Critique. Paris 1713. 1717. 1723. 4. tribus Voluminibus. Abuſum Critices circa res ſacras & religionem ſpectantes variis exemplis (dubiis quandoque) notare inſtituit. Memoires de Trevoux A. 1713. pag. 1305. A. 1718. p. 83. Memoirs of literature T. 2. p. 405. Journal des Savans A. 1713. p. 509. A. 1717. T. 2. p. 551. A. 1718. p. 9. Acta Erud. Tom. 1. ſupplem. p. 49. & A. 1724. p. 180. Europe Savante A. 1718. Jun. p. 215. 243.

CAPUT XXXVII.

Calumniæ adverſus Chriſtianos & Chriſtianam Religionem retuſæ.

Singulare hoc in argumento ſtudium fuit Theologi Primarii Kilonienſis B. D. *Chriſtiani Kortholti*, pietate, zelo & doctrina laudatiſſimi, cujus liber de calumniis paganorum in veteres Chriſtianos ſparſis, factus ab eo juris publici eſt Kiloniæ 1668. 8. inde auctior editio * inſcribitur de vita & moribus, Chriſtianis primævis per Gentilium malitiam afflictis, ibid. 1683. 4. Cum deinde varia ad idem genus facientia notaſſet in commentario ad Plinii Epiſtolam de Chriſtianis, vulgato Kilon. 1674. 4. & in notis ad Juſtinum Martyrem, Athenagoram & Theophilum Antiochenum, ibid. 1675. fol. denique quarto poſt ejus obitum ** anno vulgatus eſt à filio clariſſimo Sebaſtiano Kortholto, patris *paganus obtrectatòr*, ſive de calumniis Gentilium in Veteres Chriſtianos opus libris tribus diſtributum & ſingulis criminationibus & calumniis reſponſiones idoneas ex ipſis plerumque veterum Patrum verbis ſubjungens, Kilon. 1698. 4.

Liber primus Cap. 1) Novitatem † Chriſtianis objectam conſiderat, 2) Dogmata velut Gentilibus Poëtis ac Philoſophis ſurrepta p. 13. 3) Aut

* Acta Eruditor. A. 1684. p. 342.

** Obiit B. Kortholtus A. 1694. 1. April. de cujus vita & ſcriptis D. Henrici Pippingii memoriæ Theol. p. 571. Bælii Lexicon, & Diarium Londinenſe, Hiſtory of the works of the learned A. 1710. p. 200.

† Cum his primis capitibus conſpirat B. Kortholti de origine & natura Chriſtianiſmi ex mente Gentilium, Kil. 1672. 4.

Digitized by Google

3) Aut hausta ex Judaismo, p. 55. 4) Religionem ex Judaica & Gentili conflatam, p. 64. 5) De odiosis apud Ethnicos novis peregrinisque sacris, p. 67. 6) Hæreticorum portentosas opiniones & impiorum pseudo-Christianorum facinora Christianis imputata, p. 92. 7) Sectarum numerum ac varietatem, p. 105. 8) Doctrinam Christianam Reipublicæ gerendæ non convenientem, p. 111. 9) Fidem Christianorum incertam vanamque, p. 122. 10) & credulitatem exceptam risu ac ludibrio. p. 131. 11) Stoliditatem inde, stupiditatem & *ἀπαιδευσίαν* atque rudem inscitiam impactam, p. 157. 12) Barbarum incultumque stylum datum vitio, p. 194. 13) Sibyllistarum * convicium ob laudata Sibyllarum carmina impositum Christianis, p. 233. 14) Fictum ab Ethnicis oraculum de Christianismo ** post CCCLXV. annos interituro, ubi etiam de Cardano & aliis, qui thema genethliacum CHristi & Religionis Christianæ in astris videre sibi sunt visi satis stolide, atque ex illo ausi sunt de ejus duratione divinare, p. 237.

Libri secundi Cap. 1) Expendit onolatriam † affictam veteribus Christianis, p. 255. 2) Uranolatriam sive Cœli cultum & adorationem, p. 273. 3) Heliolatriam sive cultum Solis, p. 287. 4) Ædœolatriam sive calumniam, quam refert Minucius Felix de Christianis genitalia Antistitum suorum colentibus, p. 319. 5) Serapidolatriam Ægyptiis Christianis ab Hadriano Imp. objectam p. 323. 6) Stavrolatriam sive cultum Crucis, p. 329. 7) Christolatriam, sive cultum CHristi hominis, p. 341. 8) Martyrolatriam, p. 366. 9) Sacra clandestina & arcani disciplinam, p. 378.

* Adde, si placet, quæ notata lib. 1. Bibliothecæ Græcæ c. 33. §. 15.

** Plura B. D. *Jo. Frid. Mayerus* in dissertationibus tribus Hamb. 1700. 4. editis, utrum fata Religionum, Mundi & Regnorum dependeant ab astris: & Rev. D. Jo. Andreas Schmidius de themate Christi natalitio. Jen. 1683. 4. Etiam hos jam confutavit eventus, qui Christianismum non ultra annos 1480. duraturum divinarunt apud Cotelerium ad Patres Apostolicos T. 1. p. 45.

† Confer Codicem Apocryphum Novi Test. Tom. 1. p. 3. seq. & T. 2 p. 399. Novellas Reip. literar. A. 1684. p. 5. 8. & A 1685. p. 832. (ubi diss. illustris Gisb. Cuperi adversus Is. Vossii sententiam ad Catull.) Matthiam Zimmermannum libro, fiunt non nascuntur Christiani p. 86. Is. Vossium ad Melam pag. 48. & ad Catullum pag. 179. Tan. Fabrum lib. 1. Epist. 6. (ubi refellit Fulleri III. 8. Miscell.) Bochartum lib. 2. hieroz. c 18. Jacobum Hasæum in tomo 3. Bibl. Theologico-Philologico Bremens. p. 1036. sq. D. Zachariæ Grapii, Theologi postea Rostochiensis, τῦ μακαρίτυ, diss. de calumnia ono & chœrolatriæ Judæis & Christianis olim adspersa, Lipsiæ, 1696. 4.

p. 378. 10) Atheiſmum, * quod Deos ſcilicet paganorum colere recuſarent, p. 405.

Liber tertius tractat Cap. 1) De vocatione improborum ad Chriſtianiſmum quam Celſus & Julianus Chriſtianis objiciunt, p. 443. 2) De quorundam Chriſtianorum vitiis toti Eccleſiæ ipſique Religioni imputatis, p. 457. 3) De impoſtura, p. 463. 4) De Magia CHriſto & Chriſtianis per calumniam impacta, p. 475. 5) De conventibus clancularìis & nocturnis, p. 487. 6) De factionibus & conſpirationibus, p. 518. 7) De læſæ Majeſtatis crimine Chriſtianis objecto, p. 525. 8) De odio generis humani exprobrato Chriſtianis, p. 531. 9) De epulis ** Thyeſteis & Oedipodeo concubitu, cujus reos facere Chriſtianos voluere pagani, p. 545. 10) De obſtinationis inſanæ ac pervicaciæ crimine, p. 606. 11) De inanis gloriæ affectatione afficta Chriſtianis, p. 627. 12) De inertia, & deſidia velut infructuoſorum in negotiis, ἀχρήστων atque inutilium Chriſtianorum, p. 639. 13) De artibus, quibus victum quærerent ſordidis exprobratis, p. 649. 14) De miſera Chriſtianorum à paganis exagitata ſorte & externa conditione, p. 654. 15) De malis & calamitatibus publicis *** Chriſtianiſmo imputatis, p. 664. 16) De notis & inſignibus ſymboliſque occultis Chriſtianorum, p. 693. 17) De Biothanatorum, Semaxiorum, Sarmentitiorum & ſimilibus per odium ac ludibrium impoſitis appellationibus, p. 701. 18) De inviſo ipſo nomine † CHriſti & CHriſtianorum, p. 711.

D. Jo. Francisci Buddei Veritas Chriſtianæ Religionis, Philoſophorum Gentilium obtrectationibus confirmata, Jen. 1711. 4. Chriſtiani quidem ipſi ſecuri maledicta illa contemſerunt, atque ut illa redarguerent ſcriptis illa ſuis ipſimet non dubitarunt inſerere. Confer *Petri Pithæi* opera p. 174. ſeq. Pariſ. 1609. 4. *Chri-*

* B. Kortholti diſſ. de Atheiſmo veteribus Chriſtianis ob templorum imprimis averſationem objecto, inque eosdem à noſtris retorto, prodiit Kil. 1689. 4 B. D. *Adams Rechenbergius* de Atheiſmo Chriſtianis olim objecto. Lipſ. 1681. 4. & in diſſertationibus ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantibus, Lipſ. 1707. 8. p. 287. ſeq. Cultum Cereris & Bacchi objectum Chriſtianis memorat S. Auguſtinus XX. 13. contra Fauſtum Manichæum.

** Adde *Jacobi Genſii* victimas humanas T. 1. p. 365. ſeq. Groning. 1675. 12. *Joannem Bonam* lib. 1. rerum liturgicarum cap. 4. p. 204. *Chriſtiani Wormii* de veris cauſis, cur delectatos humanis carnibus & promiſcuo concubitu primos Chriſtianos calumniati ſint Ethnici. Haſniæ 1695. 4. (*Boekzaal van Europe* A. 1695. Tom. 2. p. 516. *Hiſtoire de*[illegible]*vrages des Savans* A. 1696. p. 376.) *Wagenſeilii* Widerlegung der Unwarheit des den Jüden ſchuld gegebenen Chriſten-Bluts p. 199. ſeq.

*** Supra, p. 249.

† De exoſo Chriſtianorum nomine, D. *Salomonis Deylingii* Obſ. ſacrar. lib. 2. c. 29.

Digitized by Google

Christophori Cellarii, ὁ μακαρίτου, programma X. de Religione Christiana ab hostibus irrisa, à nobis sanctissima habenda.

De calumniis Ethnicorum in Christianos succincte etiam tractat, easque refellit *Gvilelmus Caveus* parte 1. primitivi Christianismi, capitibus quatuor primoribus.

B. D. *Balthasar Bebelius* T. 2. antiquitatt. Eccles. Seculi IV. pag. 667. seq. Argentorat. 1680. 4. D. *Matthias Zimmermannus* libro ad dictum Tertulliani, c. 18. Apologet. *fiunt non nascuntur Christiani*, p. 71—104. Lipsiæ 1664. 4.

Jo. Jacobus Schudt in historia Judaica lib. 1. c. 17. seq. prolixe tractat de convitiis Gentilium in Judæos p. 193. seq. & c. 24. in Christianos p. 278. seq.

Jo. Christophorus Becmannus in Analectis historicis p. 175. seq.

Jo. Frid. Hebenstreitii Christianus polyonymus, sive de Christianorum nominibus in laudem & in opprobrium datis schediasma. Jenæ, 1713. 8.

N. Munichii diss. de nominibus contumeliosis, Christianis à Gentilibus impositis.

Everhardus Elmenhorstius ad Arnobium p. 12. seq.

Adami Qvasii diss. de causis calumniarum, quas Pagani in Christianos conjecerunt. Witeb. 1703. 4.

Dominici Mellini, Gvidonis F. in veteres quosdam scriptores, malevolos Christiani nominis obtrectatores, libri IV. Florentiæ 1577. fol. Scriptores, quorum loca ad examen à Mellino revocantur, vel caussa redditur, quare Christianorum & Judæorum res silentio involverint, hi sunt quinquaginta: 1) Valerius Max. 2) Vellejus. 3) Seneca Philosophus. 4) Plinius Major. 5) Solinus. 6) Tacitus. 7) Svetonius. 8) Plinius Junior. 9) Plutarchus. 10) Lucianus. 11) Florus. 12) Appianus. 13) Pausanias. 14) Ælianus. 15) Celsus Epicureus. 16) Epictetus. 17) Arrianus. 18) Justinus. 19) Athenæus. 20) Julius Pollux. 21) Gellius. 22) Maximus Tyrius. 23) Galenus. 24) Alexander Aphrodiseus. 25) Herodianus. 26) Dio Cassius. 27) Apulejus. 28) Philostratus. 29 Hierocles. 30) Plotinus. 31) Porphyrius. 32) Jamblichus. 33) Proclus. 34. 35. 36. 37) Spartianus, Capitolinus, Trebellius Pollio & Vopiscus. 38) Julianus Imp. 39) Libanius. 40) Eutropius. 41) Sextus Rufus. 42) Sextus Aurelius Victor. 43) Eunapius. 44) Themistius.

Digitized by Google

mistius. 45) Macrobius. 46) Ammonius. 47) Simplicius. 48) Ælius Lampridius. 49) Chalcidius. 50) Ammianus Marcellinus.

II. Blasphemias & maledicta & execrationes in CHristum & Christianorum sacra, & preces adversus Christianos sollicite à Judæis amolitur *Leo Karmi* in libro lectu haud indigno alioqui, *de charitate & benevolentia à Christianis erga Judæos habenda, ab Evangelica Lege extracto* editoque Amst. 1643. 8. cujus summa capita exponit Rev. Wolfius noster Tom. 2. Bibl. Hebrææ p. 1132. seq. Atque agnosco esse Christianum orare pro Judæis ut ad meliorem frugem redeant, ipsis bene velle ac pro virili benefacere, non autem meledicta maledictis, nedum malefactis rependere, (salvo interim Magistratuum jure pœnas debitas sumendi de Legum transgressoribus ac blasphemis:) dederim etiam Leoni & ipsummet & alios quosdam ex Judæis ab hac maledictorum & execrationum injuria sibi temperasse, atque etiam qui non temperant sibi in illa cœcitate, minus mereri odium, quoniam, ut qui CHristum in crucem figebant, quid faciant nesciunt, ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, 2. Petr. II, 12. ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι βλασφημοῦσι. Judæ 10. Rem ipsam tamen de majore parte Judæorum non posse negari, & præsentis memoriæ experientia & scripta Judæorum, quæ in nostris sunt manibus, blasphema palam, aut præ metu omissas in libris excusis blasphemias vel vacuo spatio relicto * vel sub velamentis tegentia,† & familiaria Judæis scribendi sacros etiam

* Conferenda Ed. Pocokii Miscellanea ad partem Mosis capite VIII.

† Jo. Buxtorfius Epistola ad Matthiam Martinium data Basileæ A. 1606. & edita in Bibl. Theologico-Philol. Bremensi T. 4. p. 601. *Alium librum eadem opera ante sex annos conceptum ac prope absolutum, adhuc supprimo. Is continebit Causas odii Judæorum in omnes gentes ac mundi populos, omnium autem maxime in Christianos: initium, progressum, continuationem, blasphemias duras, convitia in CHristum, Christianorum Magistratum, Christianos omnes, imprecationes & illis similia, non quidem illa ex scriptis baptizatorum Judæorum (quibus non semper fides habenda,) sed ex ipsissimis libris circumcisorum Judæorum, quantum quidem mihi videre contigit. Spem hujus facio in aliquo loco Scholæ Judaicæ. Placet habere exemplum? Dabo, sed secretum esse cupio. Vidisti aut videre potes Psal. 80. in* חזיר מיער *literam* ע *suspensam supra vocem. Quæritur quare? Quidam Judæorum mysterium explicant, ut possunt. Ego legi in libro Cad hakkamach, cujus R. Bechai author, rationem diram.* Litera Ajin, suspensa est: ut sint sic omnes credentes in Suspensum illum, s. CHristum: *Vis plura? Quis porcus ille de sylva? Respondent Christum esse, qui vineam Israelis suffodit. Quorsum ergo* typo-

etiam libros ænigmata & myſteria, & omnis ætatis teſtimonia non inficianda evincunt. Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone Judæo p. 234. & apud Euſeb. IV. 18. Hiſt. *οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς, ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς* &c. *tantum abeſt, ut vos eorum quæ impie geſſeratis, pœnituerit, quinimo quosdam ad id lectos homines in omnes orbis partes emiſiſtis, qui dicerent αἵρεσιν ἄθεον ſectam impiam Chriſtianorum exortam eſſe, eaque adverſus nos divulgarent, quæ effutire ſolent ii, qui res noſtras penitus ignorant. Adeo non ſolum vobis ipſis; ſed cunctis ut ita dicam hominibus erroris atque injuſtitiæ cauſam præbetis.* Euſebius ad Eſaiæ XVIII. p. 424. *ὡς καὶ πέρας τῆς Αἰθιόπων χώρας ἢ τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς ὁ τῆς πονηρίας ἦχος τῶν τὴν Ἰουδαίαν γῆν οἰκούντων διά τινων ὥσπερ ἱπταμένων πλοίων προῆλθεν, ὅτε ἀπόστολοι αὐτῶν ἐπιστολὰς βιβλίνας κομιζόμενοι ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλόμενοι καὶ τὴν θάλασσαν ἐμπλέοντες, ἁπανταχοῦ γῆς διέτρεχον τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνδιαβάλλοντες λόγον. Significat etiam ultra Æthiopum regionem ſive ultra extrema terræ, malitiæ incolarum Judææ ſonitum, ceu quibusdam volantibus navibus delatum perveniſſe, apoſtolosque eorum* (Judæorum) *Epiſtolas biblinas deferentes, ac ſupra dorſum aquarum in marique navigantes; ubique terrarum diſcurriſſe, ſermonem de Servatore noſtro calumniis vellicantes.* His conſentanea ſunt, quæ tanquam Euſebii ex Catena Græca in Eſaiæ XVIII, 1. affert Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 6. *Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβύτεροι γράμματα διαχαράξαντες, εἰς πάντα διεπέμψαντο ἔθνη, διαβάλλοντες τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν ὡς αἵρεσιν ξένην, καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ Θεοῦ, παρηγγέλλοντό τε δι' ἐπιστολῶν μὴ παραδέξασθαι αὐτήν. In Veterum ſcriptis invenimus eos, qui Hieroſolymæ tum habitarent, Judæos, imprimis ſacerdotes, ſcribas, ſeniores, Epiſtolas a ſe ſcriptas in omnes miſiſſe Gentes, quibus Chriſti doctrinam ut alienam à Deo & peregrinam traducerent, iisdemque, eam ne admitterent, perſuadere conarentur.* Idem Euſebius in Catena Græcorum Patrum in Pſalm. CVIII, 27. T. 3. p. 233. *γνώτωσαν τοίνυν, φησὶν, ὅτι ἡ χείρ σου αὕτη, ἣν ὀνειδίζουσι καὶ χλευάζουσι, καὶ σὺ Κύριε ἐποίησας αὐτήν. Sciant igitur, inquit,* Judæi in JEſu ex mortuis reſuſcitato, *quod manus Tua hæc, quam contumeliis & opprobriis afficiunt, & Tu Domine feciſti eam.* Hieronymus ad Eſaiæ V, 18.

typographi noſtri hanc ſcribendi rationem imitantur. פרש על פניהם, *ſi ſtudio facerent. Hoc unum ex ſecretis, quod paucis notum eſſe puto. Sed alias de his plura.* Confer Buxtorfii faſciculum, diſſertatione 2.

Ter per ſingulos dies in omnibus ſynagogis ſub nomine Nazaraeorum anathematizant nomen Chriſtianum. Idem ad caput XLIX. *CHriſtus bonus Paſtor poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis, & contempſit eam, qui abominationi eſt genti Judaeorum, cui ter per ſingulos dies ſub nomine Nazareni maledicunt in Synagogis ſuis.* Idem ad Eſaiæ LII. *Judaei in Synagogis diebus ac noctibus blaſphemant Salvatorem.* Epiphanius hæreſi XXIX. 9. T. 1. p. 124. οὐ μόνον οἱ Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀνιστάμενοι ἕωθεν καὶ μέσης ἡμέρας καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν τρὶς τῆς ἡμέρας ὅτε εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν τοῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς, καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες, ὅτι ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. *Neque ſolum capitali odio Judaei Nazaraeos proſequuntur, ſed & mane ac meridie & ad veſperum, ter de die, cum in ſynagogis ſuis ad orandum conveniunt, diris illos devovent, ac ſolenni imprecatione proſcribunt, Ac Nazoraeos, inquiunt, DEus execretur.* Eodem puto reſpicere Hieronymum Epiſtola 89. ad Auguſtinum, ubi loquitur de damnata à Judæis hæreſi Mineorum, ſolideque refellit ſententiam in Tolandi Nazareno recoctam nuper, quæ Judæis ad CHriſtum venientibus concedendum ſvadet circumciſionem ac Judaicos ritus retinere, *ut liceat eis obſervare in Eccleſiis CHRISTI, quod exercuerunt in Synagogis Satanæ.* His congruunt, quæ ex Talmude adducit Sixtus Senenſis libro ſecundo Bibl. ſanctæ p. 152. ſeq. ubi inter alia ex Gemara ad Mishnam quartam in Cod. Berachot, *ut quilibet Judaeus ter in die blaſphemet omnem Chriſtianorum gentem, ac DEum precetur, ut confundat extermineque ipſam cum regibus & principibus ſuis, atque hoc maxime faciant Sacerdotes Judaeorum in Synagoga ter quotidie orantes in odium Jeſu Nazareni.* Plura ex Talmudicis & aliis Judæorum ſcriptis congeſſit celeberrimus Collega meus Georg. Elieſer Edzardus in præfat. ad caput primum Gemaræ Avoda Sara p. 30. ſeq. & in notis paſſim, & ad cap. 2. pag. 312. Jo. Wulferus, ὁ μακαρίτης, * in Theriaca Judaica p. 30. 37. 39. 41. 111. 118. 122. 128. 140. 141. ſeq. atque ne B. D. Auguſtum Pfeiferum in obtrectatore Apella, Joannem Huldricum ad librum Toledoth Jeſchu, ac præcipue Joannem Andream Eiſenmengerum alioſque ſupra Cap. 31. laudatos memorem, clariſſimus Wagenſeilius in telis igneis Satanæ, & in denunciatione A. 1703. primum Altdorfii vulgata in fol. deinde etiam cum aliis quibusdam ejus lucubrationibus

* Obiit eruditiſſ. Wulferus Norimbergæ A. 1724. 3. Sept. æt. 74. Quod autem in theriaca Judaica p. 113. Calendaria Judæorum blaſphemiis in CHriſtum & Chriſtianos carere ait, ſaltem de Calendariis eorum MSS. dici non poſſe probat Clariſſ. Jo. Henricus Majus, filius, in Catalogo MSS. Codicum Uffenbachianorum p. 114. 150. ſeq.

bus recuso in 8. Christliche Ankündigung an alle hohe Regenten und Obrigkeiten, welche Juden unter ihrer Botmäßigkeit haben, wegen der Lästerungen, womit die Juden unsern Heyland JEsum CHristum sonder Aufhören freventlich schmähen, mit demüthiger flehentlicher Bitte, solchem himmelschreyenden Ubel dermahleins, weil es hohe Zeit ist, und dazu gar leichte seyn kan, um GOttes willen zu wehren, und den Mäulern der Juden Zäume und Gebiß einzulegen. Inde promulgatum eodem Anno 1703. adversus Judæorum blasphemias edictum Gloriosissimi Borussiæ Regis, Friderici Tertii, de quo vide Diaria Germanica illius temporis, Hamburgische Historische Remarques A. 1703. p. 354. Aufgefangene Briefe, T. 3. p. 1097. seq. & Nova literaria maris Baltici A. 1704. p. 330. Nova literaria Hamburgensia Germaniæ A. 1703. p. 314.

III. Non igitur fit injuria Judæis, saltim plerisque illorum, quando frequentare maledicta & blasphemias in CHristum & sacra nostra à Christianis nobis arguuntur, quanquam in laudem ipsorum cedit majoribus, quod ad blasphemandum Legislatorem suum nullis tormentis adigi se passos tradit Porphyrius apud Eusebium de præparat. Evangelica IX. 3. p. 407. tamen Lege sua etiam monentur Exod. XXII, 28. (ut ille locus quidem à Josepho & aliis intellectus fuit Judæis) Diis alienis non maledicere. Confer Eduardum Bernhardum ad Josephum p. 288. & quæ notavi nuper ad Philastrium cap. 143. *D. Pauli Antonii*, Theologi Hallensis, diss. de Veritate Christianæ Religionis, Judæorum obtrectationibus confirmata prodiit Halæ Sax. 1718. 3.

IV. Non desunt alii scriptores Judæi, qui laterem lavare, hoc est rem testatissimam, de qua hactenus dixi à fratribus suis removere omni studio conati sunt, sed quid verbis pluribus opus est, ubi tot rerum præsto sunt testimonia: Duos tamen Judæorum promachos celebres * referre placet, ut etiam alia, quibus vel commendari illi, vel quæ opprobria à se declinare cupiant, cognoscamus. Unus est *Menasse ben Israel*, cujus Vindiciæ Judæorum post editionem primam Lond. 1656. recusæ Anglice prodierunt Lond. 1708. 8. in tomo secundo collectionis, cui titulus Phenix, or a revival of scarce and valvable pieces p. 391. seq. Capita, de quibus purgat Judæos, sunt sex: 1) Sangvinis Christianorum aviditas & usus. 2) Adoratio libri Legis. 3) Maledicta in Christianos. 4) Blasphemiæ. 5) Ad Judaismum allectio. 6) Damnum commerciis illatum.

 Alter

* De aliis pro Judæorum gente apologiis confer eruditissimi Wolfii Bibl. Hebræam T. 2. p. 1053. seq.

Alter *Isaacus Cardoso* Medicus, Apologiam Judæorum singulari studio composuit in libro vulgato Hispanice Amst. 1679. 4. qui inscribitur: Las excellencias de los Hebreos. Dedicatum opus Jacobo de Pinto, duabus partibus distinguitur, quarum *priore* decem exponuntur populi Judaici prærogativæ, quibus præ aliis excelluerint gentibus. Hæc sunt 1) Quod est gens electa à DEO, p. 1. 2) Gens una neque aliis permixta nationibus, p. 23. 3) Separata ab aliis nationibus terrarum, p. 35. 4) Tribus à natura dotibus conspicua ac præstans, p. 51. misericordia, p. 53. charitate, p. 57. & honestate atque verecundia, p. 56. 5) Circumcisio, p. 87. 6) Sabbatum, p. 101. 7) Lex data à DEO, p. 123. ejusdem decem classes: *prima* præceptorum de DEO. p. 155. *secunda* de Sanctuario, Templo & Sacerdotio. p. 167. *tertia* de immunditie cavenda vel expianda. p. 181. *quarta* de ciborum discrimine. p. 185. *quinta* de conjugibus & matrimonio. pag. 189. *sexta* de festis. p. 199. *septima* de misericordia & eleemosynis. p. 213. *octava* de justitia & regimine. p. 225. *nona* de jure civili. p. 247. & *decima* de criminali. p. 253. Præcepta affirmativa CCXLVIII. ossibus humani corporis respondentia, p. 259. & negativa CCCLXV. quot sunt dies anni. p. 263. 8) Prophetiæ. 9) Terra Sancta, & 10) Quod Judæi sunt testes unitatis DEI.

Altera libri parte removere studet Cardosus criminationes sive opprobria decem, objici Judæis solita, quæ sunt 1) Falsæ adorationes. p. 133. 2) Fœtor. p. 339. 3) Quod sint veluti cauda gentium, & sangvinis profluvium patiantur. p. 345. 4) Ter quotidie imprecentur gentibus. p. 349. 5) Quod gentes velint ad Judaismum amplectendum allicere. p. 357. 6) Quod infideles ac perfidi sint erga suos Principes ac Magistratus. pag. 367. 7) Quod immisericordes ac crudeles. p. 377. 8) Quod corruptores sint librorum sacrorum. p. 390. 9) Quod imagines evertant & sacrilegia committant libenter. p. 399. & 10) Quod occidant infantes Christianorum, & sangvine illorum in ritibus suis utantur. p. 408—431.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXVIII.

Vitam impiam multorum Christianorum & dissidia non posse Veritati sanctissimæ Religionis officere, licet Iudæis Ethnicisque sint scandalo, & Muhamedismo portam aperuerint, & jamdiu fuerint in mora, quo minus totus qua patet orbis terrarum Christianus factus sit.

I.

Quanquam ab initio usque statim prædicationem de gratia DEI, quæ per CHRISTUM humano generi illuxit, gentibus stultitiam & Judæis scandalum atque offensionem visam esse constat: credentibus tamen tantæ semper est fuitque virtutis ac Sapientiæ Divinæ, ut propius fidem sit universum orbem terrarum jampridem CHRISTO accessurum fuisse, si vel illi, qui à tam sancto Nomine nuncupantur, digne eo viverent recederentque ab injustitia, vel tot dissidiis & hæresibus corpus Ecclesiæ non distraheretur. Nunc duplex hæc offensio immensum quantum hactenus moratur progressus Evangelii CHRISTI inter Judæos pariter ac Gentes, & Muhamedi ante mille amplius annos ansam dedit perfidia sua magnam Asiæ & Africæ partem involvendi. Pachomius * sermone contra eos, qui Divinam accusabant Providentiam, Christianos Saracenorum cladibus exponentem: ὁρῶντα γὰρ τὰ ἔθνη τὴν κακὴν ἡμῶν ἀναστροφὴν, χλευάζουσι τὴν ἡμῶν πίστιν οὐδενὸς ἀξίαν. *Gentes enim cum vident malam conversationem nostram, fidem nostram rident tanquam nullius pretii.* Johannes quidem Boccacius † fingit Hebræum quendam Romam venisse aliquando, suscepturum baptismum, cumque vitam lascivam & nequam Clericorum videret, neutiquam deterritum sed magis etiam in proposito confirmatum fuisse cogitantem, *quod non possit non divina esse illa religio, quæ tam prave & impie tractata nihilominus constaret per se solida semper, atque incrementa capiens.* At enim vehementer vereor ne plurimi contra, ut in Bernardini Ochini dialogis Latine editis prolixe expositum legitur, gravius longe offendantur, & offensi semper fuerint scelerata vita Christianorum, factumque sit longo tempore, & hodie etiam accidat, ut propter hanc nomen ipsum sanctissimum CHRISTI apud non Christianos magis magisque blasphemetur,

* In Rev. D. Val. Ernesti Lœscheri appendice ad stromatea diss. p. 152.
† Decameri fabula II. Confer Bellarmini appendicem ad libros de summo Pontifice c. 22.

metur, Chriſtiani vero dum veritate Evangelii non recte utuntur, neque per illam patiuntur ſe ab improbitate ſua, injuſtitia, & libidinibus abduci, ſubinde etiam juſto DEI judicio permittantur prolabi in graviſſimos & efficaciſſimos errores, & in altercationes, quibus ipſimet ſæpe veritatis miſeram jacturam faciant.

II. Johannes Andreas Eiſenmengerus, ὁ μακαρίτης, libro ſecundo Judaiſmi detecti capite ultimo poſtquam cauſas, quæ converſionem populi Judaici ad fidem CHRISTI à partibus Judæorum ipſorummet ſufflaminant atque impediunt, retuliſſet haſce quatuor, 1) Odium incredibile adverſus CHRISTUM, Apoſtolos, libros Novi fœderis & omnia ſacra noſtra, quod diligentiſſime animis ipſorum à prima ſtatim ætate inſtillatur: 2) Pertinaciam inflexibilem, & mentem ad ſpiritalia occœcatam obduratamque. 3) Contemtum & maledicta, quibus converſi ad CHriſtum à Judæis perpetuo excipiuntur, & 4) Vexationes omnis generis, quibus exagitantur, ita ut vix ſecuri interdum vitæ eſſe poſſint: hinc ex parte Chriſtianorum notat eorundem reductioni ad ovile unici animarum Paſtoris Divini non minus vehementer obſtare cauſas ſex, in quibus primo loco ponit 1) Chriſtianorum in religione controverſias ac graviſſima perpetuaque diſſidia. & 2) Perditam ac corruptam vitæ plerorumque ex iis rationem, tum 3) Negligentiam Chriſtianorum ac ſocordiam in Judæis inſtituendis & ad Servatorem adducendis. 4) Nimiam quæ Judæis paſſim conceditur libertatem. 5) Indignam illorum ad honorata officia evectionem, & 6) Converſorum etiam pauciſſimorum illorum, qui ad nos veniunt, deſertionem qua tantum non perire in ſumma egeſtate & otio miſere ſinuntur, cum eſſent labore colendi agri vel alia manuum opera impoſita nutriendi. Novi ſane viros præſtantiſſimos, qui ſi Judæorum, Servatori lucrandorum occaſio ſeſe offerat, antequam dogma ipſum de JESU Meſſia eisdem amplectendum proponatur, ante omnia illis demonſtrandum eſſe ducunt, ***longe aliam IESU noſtri doctrinam eſſe, quam cujus inter noſtros homines videant praxin, atque adeo non multos Chriſtianorum illo nomine eſſe dignos, ut ita deſinant ex plerorumque vita ipſi fidei facere convicium, & ſanctitatem DOMINI noſtri ex aſſectatorum profana vita in dubium revocare. Ita illis repræſentarem*** (B. D. Speneri verba ſunt parte 3. Conſilior. Theol. p. 601.) ***ſanctitatem præſcriptæ nobis à Servatore pietatis, ut plane convincerentur, qui hunc in modum vitam agant, ſanctos eſſe, & non niſi cœlitus talem doctrinam originem capere potuiſſe. Hoc remoto ſcandalo, inde demum paulatim ad demonſtrationem Meſſiæ noſtri accede-***

accederem forte felicius, postquam praeparati animi de doctore tam salutarium praeceptorum haud pessime sentire coepissent. Quod autem impia Christianorum multorum vita in Religionis ipsius calumniam verti nec debeat jure nec possit, satis probat, quod hypocrisis & scelus omne ab illa constanter improbatur & rejicitur, remediaque suppeditantur, & auxilia, quibus possit effugi & exui improbitas: præceptaque pietatis & exempla incomparabilia, monita ac cautiones, promissa item urgentur ac minæ: deinde omni semper ætate fuere, qui ex Christianæ Religionis præscripto fideles CHristo ad mortem usque, læti & alacres ad vitæ æternæ coronam contenderunt: Porro nec obstante corruptione Christianorum multa tamen ita etiam ad morum emendationem & cultum humanitatis per Christianam Religionem profectum est, * si universe facies rerum sub Christianis spectetur: denique diserte à CHristo & Apostolis prænunciatum scandala ventura Matth. XVIII, 7. & zizania cum bono progerminatura semine, Matth. XIII, 26. multos vocatos, paucos electos esse, Matth. XX, 16. non multos potentes, non multos sapientes secundum carnem, non multos nobiles, 1. Cor. I, 26. & fidem raro inveniendam postremis temporibus, Luc. XVIII, 18. sed futuros homines seipsos amantes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, parentibus non obedientes, ingratos, scelestos, sine charitate, sine pace: calumniatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervos, tumidos, & voluptatum magis amatores quam DEI, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, 2. Tim. III, 1.

III. Quanto à primis jam temporibus Christianismi offendiculo fuerint Gentibus & Judæis sectarum in diversa abeuntium dissidia & pugnæ, docet nos Clemens Alexandrinus, cujus hæc sunt verba libro VII. Stromatum p. 753. ΠΡΩΤΟΝ μὲν αὐτὸ τοῦτο προσάγουσιν ἡμῖν, λέγοντες μὴ δεῖν πιστεύειν, διὰ τὴν διαφωνίαν τῶν αἱρέσεων· παρατείνει γὰρ καὶ ἡ ἀλήθεια, ἄλλων ἄλλα δογματιζόντων. *Primum ergo hoc adversus nos adducunt, dicentes non oportere credere, propter dissensionem haresium; retardatur enim ac differtur veritas, dum alii alia constituunt dogmata.* Omitto gemina loca Origenis aliorumque, quæ adduxit supra laudatus mihi Theologus, B. D. Christianus Kortholtus, in obtrectatore pagano, lib. 1. capite VII. Tantum observo non minori offensione fuisse & esse innumeris intra ipsius Ecclesiæ pomœria hominibus hancce hæresium diversitatem, quo minus vel

* Mr. le Clerc T. 21. Bibl. select. p. 431. *on ne peut pas douter, que generalement parlant les Chrétiens ne vivent infiniment mieux, que ne faisoient les payens.*

vel in agnita ſemel veritate firmi ac ſine dubitatione ſubſiſtant, vel eidem nondum ad plenum agnitæ dent manus, quam deterrere ac deterruiſſe jampridem infideles ab amplectenda doctrina ſalutari CHRISTI. Ita multos puto, ſi animi exponere deberent ſententiam ſui, cum Neſtoriano illo apud Johannem Moſchum in prato ſpiritali (T. 2. monumentor. Eccleſiæ Græcæ à Clariſſ. Cotelerio editorum p. 349.) rogaturos: *ὅλαι αἱ αἱρέσεις οὕτως λέγουσιν, ὅτι εἰ μὴ μεθ' ἡμῶν κοινωνήσεις, οὐ σώζει. Τί οὖν ποιήσω, οὐκ οἶδα ἐγὼ ὁ ταπεινός. Universa hæreſes eo modo loquuntur: niſi nobiscum communices, ſalvus non eris. Quid ergo faciam, miſer neſcio.* Quid quod & illi, qui eandem doctrinæ formulam profitentur, non adeo gravibus de cauſis ſæpenumero, tam longis tamque atrocibus colliduntur contentionibus, ut nulla illis dies niſi vitæ ultima finem imponat. *Τοῦτο γάρ δήπου*, ut S. Baſilii verbis utar, *τῶν πάντων ἐλεεινότερον, ὅτι καὶ τὸ δοκοῦν ὑγιαίνειν, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη. Hoc nempe omnium maxime dignum eſt miſeratione, quod & illa ipſa pars, quæ ſanior eſſe videtur, in ſeipſam diviſa eſt.* Epiſt. 69. p. 859. Anaſtaſius Sinaita quæſtione CXVIII. ſciſcitanti, cur Satanas in nulla alia tam multas hæreſes & ſchiſmata excitaverit, quam in Religione Chriſtiana, reſpondet, quod homines in aliis viventes jam pro ſuis habeat, nullaque machina ad illos oppugnandos atque in poteſtatem ſuam redigendos putet eſſe opus. Similiter Athanaſius vel quisquis auctor quæſt. XLIII. ad Antiochum: *ποία γάρ, εἰπέ μοι, φροντὶς ἢ μέριμνα τῷ Σατανᾷ, Ἰουδαίους, ἢ Σαμαρείτας, ἢ Ἕλληνας πολεμῆσαι, ἢ μερίσαι εἰς αἱρέσεις, καὶ πίστεις διαφόρους; πάσαι γὰρ ταῦται αὐτοῦ εἰσιν, καὶ οὐδαμῶς ὁ Σατανᾶς τὰ ἑαυτοῦ πολεμεῖ, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοῦ. Quæ enim ſollicitudo, dic mihi, aut quæ cura debeat eſſe Satanæ, ut expugnet Judæos, vel Samaritas, vel Græcos, aut eos dividat in hæreſes, aut diverſam fidem, omnes enim illi jam ejus ſunt. Et Satanas nunquam quæ ſua ſunt, oppugnat, ſed quæ ſunt DEI.* Neque vero deſunt vel apud Ethnicos vel in communione & religione alia quacunque multiplices pugnæ, vitio humani ingenii animique corruptione, ut prolegomenis ad indiculum hæreſeon tributum Hieronymo uberius demonſtrabitur: nec Philoſophi nec ipſi Athei aut Sceptici inter ſe conveniunt. Itaque cum inter Chriſtianos etiam zizania vitiorum reperiantur, quid mirum ſi inter eos hæc quoque opera carnis, hæreſes & ſchiſmata *διχοστασίαι, ἐρίδες, μάχαι* proveniant: neque culpa hæc eſt eorum, qui conſtanter ut debent, reſiſtunt erroribus & abuſibus contra diſertam formulam ſanorum verborum ſtylo Prophetico & Apoſtolico conceptam Eccleſiæ & Chriſtianorum ſaluti minantibus, ſed vero

eorum,

eorum, qui per *καινοφωνίας* ſuas & perverſæ doctrinæ pertinaciam pacem Eccleſiæ turbant atque ita crimen committunt, vix martyrii ſangvine, ut ait Chryſoſtomus, expiandum. Quod autem ſcandalum hoc Chriſtianæ Religionis veritati obeſſe non poſſit, vel inde patet, quod à CHriſto & Apoſtolis prædictum fuit,& ab eo,ut ſibi caverent, ſæpius commoniti ſunt Chriſtiani. *Multi*, inquit, *venient in nomine meo, dicentes, ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.* Matth. XXIV, 5. *Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce, hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent pſeudo-Chriſti & pſeudo-Prophetæ, dabunt ſigna magna, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi. Ecce, prædixi vobis.* id. 23. 24. *Nam oportet & hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* 1. Corinth. XI, 16. Itaque Tertullianus: *Non oportet nos mirari ſuper hæreſes, ſive quia ſunt, futuræ enim prænunciabantur: ſive quia fidem quorundam ſubvertunt, ad hoc enim ſunt, ut fides, habendo tentationem, habeat etiam probationem.*

Frid. Spanhemii, filii, Oratio de degenere Chriſtianiſmo. Lugd. Batavor. 1688. 8. & Tom. 2. Opp. p. 1454. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1688. p. 453.

Ejuſdem Spanhemii Oratio de diſſidiis Theologorum eorumque cauſis. T. 2. Opp. p. 1370.

D. Henrici Rixneri de inteſtinis Eccleſiæ Chriſtianæ diſſidiis, Oratio. Helmſt. 1673. 4.

Jo. Petri Croſa (la Crouſaz) ſermon V. ſur les diviſions des premiers Chrétiens. Amſt. 1722. 8.

Georgius Hickeſius in vindicatione Apologetica Eccleſiæ Anglicanæ. Lond. 1706. 8. Anglice edita, ubi reſpondet adverſariis ejus hæreſes & ſchiſmata illi exprobrantibus. *Acta Eruditor.* A. 1728. p. 109.

IV. Quod ait apud Platonem Socrates, ſi veritas oculis poſſet conſpici & virtus & ſapientia, admirabilem ejus pulchritudinem omnium ad ſe invitaturam oculos & in amorem ſui facile omnes adducturam. Similiter quis non libenter ſibi perſuadeat, ſi Chriſtiani quod vocantur, vere eſſent, ac fuiſſent, jampridem futurum fuiſſe, ut ſicuti in omnium hoc incurriſſet oculos, ita omnium etiam animos hominum vehementer hoc permoviſſet, fuiſſetque inde factum, ut quod initio naſcentis Chriſtianiſmi geſtum novimus, certatim ad nomen dandum CHriſto concurriſſent Ethnici, & Judæi, Muhamedanorum autem nomen nunquam fuiſſet audi-

Digitized by Google

tum. Jam licet per DEI gratiam probi non deſint, tamen propter ſceleratam vitam multorum Chriſtianiſmus inter medios ſæpe Chriſtianos quæritur, & ſanctiſſimum CHRISTI nomen propter ipſos, quorum debebat vitâ honorari, blaſphematur. Nihilominus tamen res veriſſimæ ſanctiſſimæque ſunt Veritas, Sapientia, Virtus, licet oculis usquequaque conſpici ſemper nequeunt: ſic etiam res veriſſima, ſanctiſſima, Divina eſt Chriſtiana Religio, licet in multorum Chriſtianorum vita ac moribus minus etiam conſpicitur, quam in ullius Ethnici, Turcæ aut Judæi.

CAPUT XXXIX.

Non indignam rem eſſe DEO, homine indui.

I.

CUm DEI ubique præſens ſit Majeſtas, cum ſingulariter etiam domicilium gratiæ in piis deligere ſibi & manſionem in iis facere non dedignetur, cum præſens denique modo adhuc magis peculiari adfuerit Prophetis & Apoſtolis DEI Spiritus, quo incitante & docente Divina locuti ſunt ſcripſeruntque: non poteſt videri DEO ejusque in homines amore indignum aut inconveniens (quid enim ſumus nos * ut ejus ſapientiæ aut potentiæ modum, vel amori in nos ac miſericordiæ limites deſcribamus?) ut ad homines redimendos hominem etiam induerit, propiusque ſibi atque ὑποστατικῶς univerit, eumque ita ſibi junxerit, ut omnis plenitudo Divinitatis in ipſo corporaliter inhabitet,** & DEUS in CHriſto * mundum reconciliaverit ſibi ipſi, non reputans credentibus delicta ipſorum, propoſito nobis Evangelio ſ. verbo reconciliationis. Quamvis igitur in nullius hoc poterat hominis mentem venire, niſi CHriſti ipſius & Divinorum Scriptorum teſtimonio hoc conſilium DEI & myſterium à ſæculis abſconditum nobis patuiſſet: quamvis etiam rationem omnem exſuperat illius magnitudo, & amoris Divini in nos altitudo, latitudo, longitudo ac profunditas longe omnem captum humanum vincit ac ſupergreditur, poſtquam tamen tam ſancte teſtata ſalutaris ejus notitia ad nos venit, ideo neutiquam repudianda eſt, quia caligine

* Paſcal penſees, chap. 4.
** Coloſſ. II, 9.
‡ 2. Corinth. V, 19.

Digitized by Google

gine mentis nostræ non comprehendi possunt omnes ejus rationes: sed potius imitandum exemplum innumerabilium eorum, qui post argumenta non inficianda firmam habentes illi fidem experti sunt, Divinam esse Sapientiam & Divinam virtutem, quod Judæis scandalum atque gentibus cæteris & Muhamedanis stultitiæ instar habetur. Sed totum hoc argumentum diligenter & sæpius illustratum à Theologis, & uberius tractatum à *S. Anselmo* est, Archi-Episc. Cantuariensi, in libris duobus, cur DEUS homo, qui in nova editione ejus Operum Gerberoniana p. 74. seq. leguntur.

D. Jo. Georgii Dorshei admirandorum JEsu CHristi septenarius, in quo Ejus Nativitatis, Passionis, Mortis, Regni arcana exposita. Hamburg. 1646. 12.

Christoph. Cellarii programma XV. de mirandis Nativitatis CHristi.

Joannis Georgii Grævii Oratio tertia de Veritate Religionis Christianæ, probans DEO non esse indignum, quod morte sua DEI Filius homines redemit. Interjunctim editas à V.C. Petro Burmanno, Ultraj.

CAPUT XL.

Tempus idoneum, quo CHRISTUS homo natus est.

I.

PLenitudinem temporis adventus Messiæ, determinati Divinitus à Prophetis, Jacobo imprimis Genes. XLIX, 10. Daniele IX. & Haggai II, 6. seq. in JEsu nostro unice observatam fuisse, multi, quos supra p. 585. seq. 591. 597. laudavi, accurate evincendum sibi sumserunt, quibus etiam addendus Richardus Kidderus est in demonstratione Messiæ, edita Anglice parte tertia c. 7. seq. qui præterea capite 2. occurrit objectioni Judæorum negantium JEsu tempore impletas promissiones de pace summa inter lupos etiam futura & agnos, & obtendentium CHristum ipsum, Matth. X, 24. negantem se venisse, ut pacem offerret orbi terrarum. Consulendi etiam vindices jactatæ inter Judæos veteris traditionis domus Eliæ, *sex mille annis mundum esse duraturum, bis mille annis inane erit, bis mille annis vigebit Lex, bis mille annis obtinebit Messias.* Quod enim excipiunt Judæi propter peccata sua adventum Messiæ dilatum esse ac differri, nihil ad rem facit, cum non sub hac conditione promis-

Digitized by Google

ſus fuerit, qui ad peccata tollenda & expianda venit. Qua de re *Hieronymus à ſancta fide* (qui antea *Joſua Lurki*) in diſputatione cum Judæis, *Petavius* de incarnatione Verbi XVI. 10. *Stephanus le Moyne* notis ad varia ſacra pag. 850. ſeq. * & *Chriſtiani Reineccii* diſſ. de traditione Eliana, Lipſ. 1702. 4.

II. Proxime ſuccedit altera quæſtio jam olim mota à Porphyrio, atque expoſtulans quare non citius & ſub ipſius ſtatim humani generis primordium CHriſtus ad homines acceſſerit. *Si CHriſtus ſe*, inquit, *Salutis viam dicit, gratiam & veritatem, in ſeque ſolo ponit animis ſibi credentibus reditum, quid egerunt tot ſæculorum homines ante CHriſtum?* Reſpondet Auguſtinus Epiſt. 49. ad Presbyterum Deo gratias, (in nova edit. Benedictinor. T. 2. Epiſt. 102.) *Ab exordio generis humani, quicumque in eum crediderunt, eumque utcunque intellexerunt, & ſecundum ejus præcepta pie & juſte vixerunt, quandolibet & ubilibet fuerint, per eum proculdubio ſalvi facti ſunt. Sicut enim nos in eum credimus & apud Patrem manentem, & qui in carne jam venerit: ſic credebant in eum antiqui, & apud Patrem manentem, & in carne venturum. Nec quia pro temporum varietate nunc factum annuntiatur, quod tunc futurum prænuntiabatur, ideo fides ipſa variata, vel ſalus ipſa diverſa eſt. Nec quia una eademque res, aliis atque aliis ſacris & ſacramentis vel prædicatur aut prophetatur, ideo alias atque alias res, vel alias atque alias ſalutes oportet intelligi. Quid autem quando fiat, quod ad unam eamdemque fidelium & piorum liberationem pertineat, conſilium DEO tribuamus, nobis obedientiam teneamus. Proinde aliis tunc nominibus & ſignis, aliis autem nunc, & prius occultius, poſtea manifeſtius, & prius à paucioribus, poſtea à pluribus, una tamen eademque religio vera ſignificatur & obſervatur.*

Ad eandem quæſtionem pluribus reſpondet auctor altercationis *Zachæi* Chriſtiani cum *Apollonio* Philoſopho lib. 1. cap. 21. T. 1. ſpicilegii Dacheriani editionis novæ Pariſ. 1723. fol. p. 9.

The exact fitneſs of time, in which CHRIST was manifeſted in the fleſh, demonſtrated by reaſon againſt the objections of the old Gentiles and of modern unbelievers, by *Thomas Woolſton*, ſome time fellow of Sidney College in Cambridge. London 1722. 8. pagg. 104.

B. D. *Jo. Frid. Mayeri* diſſ. de quæſtione, cur DEUS non ſtatim poſt Adami

* Adde Codicem pſeudepigraphum Veteris Teſtamenti T. 1. p. 1079. ſeq. Acta Eruditor. A. 1686. p. 595. ſeq. Hiſtory of the works of the learned A. 1704. p. 470.

Adami lapſum fuerit incarnatus, ſed Mundi exſpectaverit ſenectutem? Kil. 1695. 4. Reſp. M. *Henr. Volcmarus Scherzerus*, Lipſienſis Theologi D. Jo. Adami Schertzeri, τȣ̃ μακαρίτȣ, filius.

De eodem argumento præter eruditos interpretes ad Galat. IV, 4. & Ebr. I, 1. & IX, 26. conſulendi *Origenes* contra Celſum lib. IV. p. 165. ſeq. *Philaſtrius* hæreſi CXXXIV. *Bonaventura Vulcanius* notis ad Cyrillum Alex. contra Anthropomorphitas p. 118. ſeq. *Robertus Flemming* in Chriſtologia, Anglice edita T. 2. p. 330. ſeq. 414. ſq. (Hiſtory of the works of the learned A. 1708. p. 148. ſq.) *Robertus Jenking*, reaſonableneſs of Chriſtian Religion, lib. 2. cap. 21. *Jo. Clericus* libro Gallice edito de incredulitate parte 2. cap. 7. p. 297--306. *Benedictus Pictetus* Theologiæ Chriſtianæ IX. 5. p. 499.

Joannes Claudius, Theologus Charentonenſis, Operum poſtumorum Gallice editorum Amſt. 1688. 8. Tomo ſecundo, Des deſſeins de Dieu dans l'envoi de ſon Fils: & des diſpoſitions ou étoient les hommes avant la venüe de JEſus CHriſt, des Oracles qui l'ont predite, des types qui l'ont figurée, de l' Alliance Legale, des ceremonies & de l'eſprit de ſervitude, qui l'ont fait ſouhaiter.

Io. Iacobi Hottingeri, Theologi Tigurini, Πέντας diſſertationum Biblico-Chronologicarum. 1) Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, ſive temporis quo naſciturus erat Meſſias ex *Moſe* & *Prophetis* ſimplex ſcrutinium & brevis ac clara demonſtratio. 2) Conſideratio accuratior hebdomadum *Danielis*. 3) Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν illuſtratum ex *S. Ioannis Baptiſtæ* hiſtoria Chronologica. 4) Idem ex hiſtoria *D. N. IESU CHRISTI* demonſtratum. 5) Χρονόταξις Hiſtoriæ & Epiſtolarum *S. Pauli* Apoſtoli: quarum ex indicibus temporis adventui Meſſiæ adſignati JESUM & in plenitudine temporis natum & CHRISTUM eſſe adverſus Judæos demonſtratur, & ſacri etiam Codicis ſinceritas paſſim defenditur. Acceſſit appendix triplex, 1) De Samaritanis primis eorumque in Aſſyriam deportatione. 2) De novis ex Aſſyria miſſis Samariæ incolis, & 3) De duodecim tribuum Iſraëlitarum diſperſione. Præfationem de Chronologia ſacra ejusque ſcriptoribus præmiſit Frid. Adolphus Lampe, Trajecti 1723. 8. *Acta Erud. Germanica* T. 8. p. 245.

Ignatii Hyacinthi Amat de Graveſon liber de Myſteriis atque annis CHriſti, Domini noſtri, adverſus Judæos infideles. Rom. 1711. 4. (Giornale de' letterati d'Italia T. 13. p. 1)

Digitized by Google

CAPUT XLI.

Salutem in CHRISTO nostram, pulcherrimum esse misericordiæ, Sapientiæ & Iustitiæ Divinæ specimen.

I.

SUnt, qui sibi persvaserunt, * nullam aliam vel DEO ipsi fuisse viam ac rationem, qua peccatores nos homines in gratiam reciperet atque sibi reconciliaret, quam per mortem & satisfactionem Filii sui: aliis contra indignus ille modus DEO est visus, quos perstringit Augustinus c. XI. libri de agone Christiano: *Sunt stulti, qui dicunt, non poterat aliter Sapientia DEI homines liberare? nisi susciperet hominem & nasceretur ex fæmina, & à peccatoribus omnia illa pateretur? Quibus dicimus: poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestræ stultitiæ displiceret.* Tertia sententia probata eidem Augustino † est libro XIII. de SS. Trinitate cap. 10. & 16.

* Ita Anselmus Cantuariensis in libris, cur DEUS homo? Nicetas libro 2. thesauri Orthodoxæ fidei c. 5. Tom. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 65. & ante hos S. Ambrosius in Psal. 47. T. 1. Opp. p. 942. *quæ autem major misericordia, quam quod pro nostris flagitiis se præbuit immolandum, ut sanguine suo Mundum lavaret, cujus peccatum nullo alio modo potuisset aboleri.* E recentioribus confer B. D. Jo. Frid. Mayerum diss. select. 1. utrum humanum genus non alio potuerit modo nisi cruenta DEI morte reparari, Hamb. 1693. 8. & utrum ipse DEUS necem Redemtori intulisset, si abstinuissent homines? Gryphiswald. 1702. 4. Jo. Frid. Corvini, Pastoris Hornburgensis, Corpus Doctrinæ vulgatum Germanice Francof. 1701. fol. lib. 1. c. 8. p. 18. sqq. D. Jo. Ben. Carpzovii Homilias erotematicas T. 1. p. 135. seq. & 372. seq.

† Helmstadii 1678. 4. prodiit schediasma, quod inscribitur: Testimonia primæ, mediæ & ultimæ ætatis Christianæ Doctorum, eorumque non infimæ auctoritatis, quod satisfactio CHristi, Divini duntaxat decreti ratione & ob congruentiam, non vero absolute necessaria fuerit. Græcos laudat Athanasium 3. contra Arian. Nazianzenum Orat. 2. in Pascha, Cyrillum Alex. de incarnat. & Theodoritum 6. contra Græcos. E Latinis præter Augustinum, Leonis I. serm. 1. de Nativitate Domini. Gregorium Magnum XX. 26. moral. Arnoldum de Cardinalibus CHristi operibus serm. 14. & Bernardum de erroribus Abailardi c. 8. p. 660. Confer, quæ notant Benedictini ad S. Ambrosium T. 1. p. 941. seq. & Gerh. Jo. Vossius contra Ravensbergerum c. 28. T 6. Opp. p. 908. seq. E recentioribus plurima scriptorum Romanæ Ecclesiæ adducuntur testimonia in illo schediasmate, (quibus addes Gregorium de Valentia T. IV. p. 42. seq.) Nonnulla etiam Reformatorum doctorum & ipsius Calvini lib. 2. Institutt. c. 12. §. 1. & ad Joh. 15. ubi inter alia; *non misit angelum, non archangelum, cum tamen potuisset, ipse venire voluit.* Vide etiam Wolfgangum Musculum loco de justificatione c. 3. & Philippum à Limborch in vita Episcopii p. 230. seq. E nostris autem B. Lutherum in 22. Genes.

Digitized by Google

& 16. etiam si innumerabilibus modis ad liberandos DEU[illegible]nti potuisset, nullum tamen fuisse sanandæ miseriæ nostræ congruentiorem, nullum è quo vel amor ejus in nos, hostes etiamnum suos, ac misericordia magis patesceret, & vicissim justitiæ vis ac peccatorum odium appareret magis: per quod evenit, ut quod lex non poterat facere, quod hominum & angelorum opem superabat, DEUS efficeret mitteretque Filium suum & illius merito æternum expiari nos & satisfieri sibi pro peccatis humani generis pateretur. S. Athanasius de incarnatione Verbi T. 1. Opp. edit. novæ celeb. Montfauconi pag. 54.

Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἠθέλησεν ἐν σώματι γενέσθαι, οὐδὲ μόνον ἤθελε φανῆναι· ἐδύνατο γάρ, εἰ μόνον ἤθελε φανῆναι, καὶ δι' ἑτέρου κρείττονος τὴν θεοφάνειαν αὐτοῦ ποιήσασθαι· ἀλλὰ λαμβάνει τὸ ἡμέτερον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ἀχράντου καὶ ἀμιάντου, ἀνδρὸς ἀπείρου παρθένου, καθαρὸν καὶ ὄντως ἀμιγὲς τῆς ἀνδρῶν συνουσίας. αὐτὸς γὰρ δυνατὸς ὢν καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, ἐν τῇ παρθένῳ κατασκευάζει ἑαυτῷ ναὸν τὸ σῶμα, καὶ ἰδιοποιεῖται τοῦτο ὥσπερ ὄργανον, ἐν αὐτῷ γνωριζόμενος καὶ ἐνοικῶν. καὶ οὕτως ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τὸ ὅμοιον λαβών, διὰ τὸ πάντας ὑπευθύνους εἶναι τῇ τοῦ θανάτου φθορᾷ, ἀντὶ πάντων αὐτὸ θανάτῳ παραδιδούς, προσῆγε τῷ Πατρί, καὶ τοῦτο φιλανθρώπως ποιῶν, ἵνα ὡς μὲν πάντων ἀποθανόντων ἐν αὐτῷ, λυθῇ ὁ κατὰ τῆς φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων νόμος, ἅτε δὴ πλη-

Nec enim esse tantum in corpore, vel solum apparere voluit. Nam si tantum apparere voluisset, potuisset sane aliud præstantius corpus assumere. Verum nostrum corpus accepit, idque non quoquomodo: sed ex inviolata & incorrupta ac viri experte Virgine purum vereque nullius viri conjunctione inquinatum accepit. Nam cum ipse potens & rerum omnium sit effector, sibi in virgine templum, corpus scilicet, extruxit, illudque tanquam instrumentum sibi proprium fecit, in quo se notum faceret & habitaret: sic ergo simili corpore è nostris accepto, quia omnes mortis corruptioni subjecti erant, illud pro omnibus morti traditum Patri summa cum benignitate obtulit, cum ut omnibus in ipso morientibus lex de corruptione contra

22. Genes. Wolfgangi Franzii in schola sacrificiorum disp. 14. qv. 12. §. 63. seq. Frid. Balduinum lib. 1. passionis typicæ, typo 10. pag. 458. seq. Conradum Hornejum parte 2. disp. Theol. 1. sect. 1. n. 11. Io. Gabriel Drechsleri num una gutta sangvinis CHristi satisfacere potuerit pro Mundo? Lips. 1675. 4. Schediasma anonymi de eodem argumento vulgatum Helmst. 1688. 4. Hist. des Ouvrages des Savans A. 1688. Octobr. p. 211. Monatliche Unterredungen A. 1693. p. 798.

πληρωθείσης ἐξουσίας ἐν τῷ κυριακῷ σώματι, καὶ μηκέτι χώραν ἔχοντος κατὰ τῶν ὁμοίων ἀνθρώπων· ὡς δὲ εἰς φθορὰν ἀναστρέψαντας τοὺς ἀνθρώπους πάλιν εἰς τὴν ἀφθαρσίαν ἐπιστρέψῃ καὶ ζωοποιήσῃ τούτους ἀπὸ τοῦ θανάτου, τῇ τοῦ σώματος ἰδιοποιήσει, καὶ τῇ τῆς ἀναστάσεως χάριτι, τὸν θάνατον ἀπ' αὐτῶν ὡς καλάμην ἀπὸ πυρὸς ἐξαφανίζων. Συνιδὼν γὰρ ὁ Λόγος, ὅτι ἄλλως οὐκ ἂν λυθείη τῶν ἀνθρώπων ἡ φθορὰ, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάντως ἀποθανεῖν· οὐκ οἷόν τε δὲ ἦν τὸν Λόγον ἀποθανεῖν ἀθάνατον ὄντα καὶ τοῦ Πατρὸς Υἱόν· τούτου ἕνεκεν τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν ἑαυτῷ λαμβάνει σῶμα, ἵνα τοῦτο τοῦ ἐπὶ πάντων Λόγου μεταλαβὸν, ἀντὶ πάντων ἱκανὸν γένηται τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τὸν ἐνοικήσαντα Λόγον, ἄφθαρτον διαμείνῃ, καὶ λοιπὸν ἀπὸ πάντων ἡ φθορὰ παύσηται τῇ τῆς ἀναστάσεως χάριτι. ὅθεν ὡς ἱερεῖον καὶ θῦμα παντὸς ἐλεύθερον σπίλου, ὃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔλαβε σῶμα προσάγων εἰς θάνατον, ἀπὸ πάντων εὐθὺς τῶν ὁμοίων ἠφάνιζε τὸν θάνατον τῇ προσφορᾷ τοῦ καταλλήλου.

tra homines lata folveretur, utpote quæ in Dominico corpore fuam vim complevifset, nec proinde locum amplius adverfus fimiles homines haberet; tum ut homines in corruptionem reverfos, iterum incorruptos redderet, atque à morte ad vitam revocaret, corpore quod fibi affumferat & refurrectionis gratia mortem ab eis, non fecus ac ftipula ab igne confumitur, penitus amovens. Nam cum Verbum intelligeret, non poffe aliter hominum corruptionem folvi, nifi omnino morerentur: cum item fieri non poterat ut Verbum, utpote immortale & Patris Filius, moreretur: idcirco corpus, quod mori poffet, fibi affumfit, ut illud Verbi omnium præfidis factum particeps, morti pro omnibus fatis effet, atque propter Verbum in fe habitans, incorruptum permaneret, ac denique in pofterum corruptio refurrectionis gratia ab omnibus difcederet. Hinc corpus, quod fibi ipfe accepit, velut hoftiam & victimam omni puram macula morti offerendo, mortem ftatim ab omnibus fimilibus, fuo pro aliis oblato, propulfavit.

Joannes Damafcenus lib. 3. de fide Orthodoxa c. 18. οὐκ ἀδύνατος ἦν ὁ τὰ πάντα δυνάμενος, καὶ τῇ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐξελέσθαι τοῦ τυράννου τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἦν ἐγκλήματος τῷ τυράννῳ ὑπόθεσις, ἄνθρωπον νικήσαντι καὶ ὑπὸ Θεοῦ βιασθέντι. Αὐτὸν οὖν τὸν πεσόντα βουληθεὶς ὁ συμπαθὴς Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος, ἄνθρωπος γίνεται τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακα-

Digitized by Google

ἀνακαλέμενος. *Poterat is, qui omnia potest, omnipotente potestate sua & virtute hominem ex Tyranni dominatu eripere. Verum tyrannus querela occasionem habuisset, si postquam hominem ipse vicerat, per vim à DEO spoliatus esset. Quocirca DEUS pro sua misericordia, & erga homines benevolentia homo fit, simile similis opera instauraturus.* Leontius Byz. lib. 2. contra Nestorium & Entychem T. IX. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 688:

Orthodoxus. Quid vero, inquam ego, non sola voluntas saluti" sufficiebat? "

Hæreticus. Sufficiebat, inquit. "

Orth. Quomodo ergo, inquam, non sola voluntate salvavit nos?"

Hær. Quia non potestate, inquit, usus est, sed potius charitate," & justitia salvare placuit. Illud enim necessitatis herilis erat; hoc pro-" videntiæ paternæ. Illud solius violentiæ; hoc voluntarii condescen-" sus. Et illud quidem ipsius solum; hoc vero etiam nostrum. Siqui-" dem non velle simpliciter, consentaneum est DEO; sed illa etiam facere," quæ svadent, & pudore flectunt, quos salvat. "

Orth. Optime, inquam, propterea enim, ut mihi quidem vide-" tur, novus beneficii erga nos modus inductus est post crebram & multi-" plicem providentiam ab exordio erga genus humanum demonstratam." Ut jam solum hoc salutis remedium reliquum esset. Nullum enim re-" medium valentius ad convertendum ad melius reperiemus, quam my-" sterium incarnationis. Hac via, & ratione, qui solus sapiens est, medi-" cus animarum nostrarum passiones hominum in se recipiens, omnium" infirmitatem in se ipso curavit. "

Zachæus Christianus in colloquio cum Apollonio Philosopho lib. 1. c. 34. *Hominem sub conditione immortalem antea factum, idem restituere in melius debuit, qui ante plasmaverat. Etenim indecens erat, si à DEO corruptibilis homo factus, ab Angelo incorruptibilis redderetur, postquam hoc fidei probatione meruisset Quid vero DEI munificentia dignius, quam ut præsentiam suam in summam beatitudinis præstet, & quod homini negaverat inexperto, indulgeat restituto.*

II. In tomo quinto Antiquarum Lectionum Henrici Canisii exstant breves quædam dissertationes *Photii* Patriarchæ ex Turriani versione, (nescio an depromptæ ex ejus Amphilochiis sive quæstionibus ad Amphilochium.) Ingolstad. 1604. 4. In illis dissertationibus quinta est quomodo cogitari possit DEUM esse incarnatum: & sexta, ad genus humanum salvandum nihil fuisse congruentius quam Filii DEI incarnationem.

Digitized by Google

Idem ab antiquis & recentioribus Theologis Chriſtianis paſſim docetur & copioſe, maxime autem hoc fortiter aſſeritur adverſus Ochinum & Scholam Socini, qui ſatisfeciſſe CHriſtum juſtitiæ DEI pro peccatis noſtris, & rectitudinem ac ſeveritatem juſtitiæ DEI hoc exegiſſe negant. Quoniam autem non habeo, quæ addam præſenti loco ſolidis de hoc argumento ſcriptis B. DD. Abrahami Calovii, Wolfgangi Franzii, Alberti Graueri, nec non Hugonis Grotii ejusque hyperaſpiſtarum contra Crellium, Gerh. Jo. Voſſii, Andreæ Eſſenii & Lamberti Velthuſii: tum Sibrandi Lubberti, Belgæ, contra Socinum: Gregorii Zarnovetii Poloni & Anglorum Caroli Lesley, Jacobi Henwood, Joannis Eduardi & Eduardi Stillingfleet, aliorumque: ſaltim adjungam veterum quædam teſtimonia inter legendum obſervata mihi, quæ addi poſſunt collectis ab Hugone Grotio, * quo pateat conſtantem hanc Eccleſiæ ab omni ætate ſententiam extitiſſe, quod ſanguine Filii DEI expiata peccata noſtra, & DEUS reconciliatus nobis fuerit.

Clementina III. 19. *ψυχὰς πάντων ἐλεῶν, ἰδίου αἵματος ἠμέλει.* Lib. 1. recognitionum Clementis c. 39. *non pecudum ſangvine, ſed Sapientia DEI purificatione purgati.*

Juſtinus Martyr Apologia 1. p. 74. *δι' αἵματος καθαίρων τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ.*

Irenæus lib. V. cap. 1. & apud Theodoretum dialog. 2. *τῷ ἰδίῳ οὖν αἵματι λυτρωσαμένου ἡμᾶς τοῦ Κυρίου καὶ δόντος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἀντὶ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν.* Et cap. 2. *qua vere caro factum Verbum DEI, ſanguine ſuo redemit nos.*

Tertullianus Scorpiace adverſus Gnoſticos c. 1. *ſemel CHriſtus pro nobis obiit, ſemel occiſus ne occideremur. Si vicem exſpectat, num & ille ſalutem de mea nece exſpectat?* Gemina habet c. 15. adverſus Cainianos diſputans, martyrium refugientes.

Melito Sardianus (è Catena apud Halloixium T. 2. de vitis Patrum Orientalium p. 835.) *ὁ κριὸς σφαγεὶς ἐλυτρώσατο τὸν Ἰσαάκ. οὕτως καὶ ὁ Κύριος σφαγεὶς ἔσωσεν, καὶ δεθεὶς ἔλυσε, καὶ θυθεὶς ἐλυτρώσατο.*

Theophilus lib. 1. Evangel. T. 2. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 168. *Adventu ſuo nullum juſtum invenit Salvator, nullum juſtum invenit, ſed omnes reos, & qui phrenetica rabie Medicum occiderunt, qui infirmitates noſtras & labores*

* Ad calcem libri de Satisfactione adverſus Socinum Lugd. Bat 1617. 8. & inter Opera Theolog. Tom. 3. adde e us Epiſt. 01. B. Balthaſaris Bebelii antiquitates Eccleſiæ Sec. IV. p. 142. ſeq. Petavii dogm. Theol. de incarnat. lib. 2. c. 14. Jo. Edwards preſervative againſt Socinianiſm parte 3. p. 99. ſeq.

Digitized by Google

labores nostros portavit, & crucifixus est pro nobis, ut de sanguine suo fieret medicamentum, quo sanaretur omnis ægrotus. Et p. 171. *Ideo CHristus passus est maledictionem, ut nos à maledictionibus liberaret. Illudi ipse passus est, ut nos ab illusione dæmonum, qui in hoc mundo versantur, auferret. Spineam in capite coronam accepit, ut sententiam capitalem, quæ ex spinis peccatorum nobis debebatur, eriperet. Aceto potatus est, ut acredinem, qua sanguis noster efferbuerat, in se susciperet, & ipse liberaret à passionis calice, qui nostris passionibus debebatur. Exspoliatus est, ut nuditatem parentum nostrorum ob quam, serpentis consilio factam, doluerant, niveo vestimentorum tegmine mirabiliter operiret. In ligno suspensus est, ut ligni prævaricationem in ligno sua tolleret passionis. Mortem quoque ad se venire permisit,* &c. Idem lib. 3. p. 173. *per vitulum occisum, CHristum pro Adam, scilicet pro gentibus significat passum.*

Origenes in Catena in Psalmos T. 1. p. 936. *ἄνθρωπος ὐ δώσει τῷ Θεῷ ἐξιλασμὸν ἑαυτοῦ καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Ἰησοῦς γὰρ ἑαυτὸν παραδέδωκεν ὑπὲρ πάντων.* Idem in Catena in Matthæum T. 1. p. 28. ait dona à Magis oblata, *ἵνα δείξωσιν αὐτὸν πᾶσιν καὶ βασιλέα, καὶ Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, καὶ ὡς μέλλοντα θνήσκειν ὑπὲρ ἡμῶν.* Celsus præf. in altercationem Jasonis & Papisci ad Vigilium: *quomodo DEUM satisfactione placare poterunt, qui eum, qui est satisfactio & placatio pro nobis apud Patrem, sacrilega impugnatione persequi maluerunt?* Athanasius ad Epictetum T. 1. pag. 590. quærit, quare Prophetæ non dicantur mortui pro nobis, *διατί οὕτως ἐλθόντος τοῦ Λόγου οὐχ ὁ ἑκάστου (Προφήτου) θάνατος λέγεται ὑπὲρ ἡμῶν γεγεννῆσθαι, ἀλλ᾽ ὁ τούτου μόνου;* Idem de incarnatione Verbi T. 1. p. 69. *τὴν θυσίαν τὴν ὑπὲρ πάντων ἐπετέλει, παραδιδοὺς τὸ σῶμα τῷ θανάτῳ καὶ ἀντὶ πάντων αὐτοῦ.* Et p. 73. *ὁ πάντων θάνατος ἐν τῷ Κυριακῷ σώματι ἐπληροῦτο, καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ φθορὰ διὰ τὸν συνόντα Λόγον ἐξηφανίζετο, Θανάτου γὰρ ἦν χρεία, καὶ θάνατον ὑπὲρ πάντων ἔδει γενέσθαι, ἵνα τὸ παρὰ πάντων ὀφειλόμενον γένηται.* Et p. 77. *ὁ θάνατος Κυρίου λύτρον ἐστὶ πάντων.* Et p. 93. *ἵνα ἔλθῃ ἡ αὐτοδικαιοσύνη καὶ ὁ λυτρούμενος τὰς ἁπάντων ἁμαρτίας.*

Eusebius Oratione de laudibus Constantini p. 655. *ἱερεῖον ἦν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ γένους ἀναπεμπόμενον τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων Θεῷ, ἱερεῖον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης καθιερούμενον, ἱερεῖον δαιμονικῆς πλάνης ἀποτρόπαιον, ἱερείου δῆτα ἑνὸς καὶ μεγάλου θύματος τοῦ πανιέρου σώματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους σφαγιασθέντος, καὶ πάντων ἐθνῶν τῶν πρὶν ἀσε-*

ϐείας δαιμονικῆς πλάνης ὠνεχημένων ἀψίψυχον ἀνενεχθέντ☉, πᾶσα λοιπὸν ἡ τῶν ἀνάγνων καὶ ἀνιέρων δαιμόνων δύναμις καθῄρητο.

Cyrillus Hierosol. Catechesi III. 9. ὥσπερ γὰρ Ἰησοῦς τὰς οἰκουμενικὰς ἁμαρτίας ἀπολαβὼν ἀπέθανεν ἵνα θανατώσας τὴν ἁμαρτίαν ἀναστήσῃ σε ἐν δικαιοσύνῃ. Idem IV. 7. οὗτος ἐσαυρώθη ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀληθῶς -- ἐσαυρώθη δὲ οὐχ ὑπὲρ οἰκείων ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐλευθερωθῶμεν.

Apud Amphilochium Orat. de pœnitentia p. 105. ἔχεις πλάσματα αὐτοῦ τοσαῦτα, ἵνα ἀντισαθμίσῃς ὀξέως πρὸς τὸ τίμιον αἷμα ὅπερ ἐπὶ σαυροῦ κρεμάμεν☉ ἐξέχεα ὑπὲρ αὐτοῦ. CHristi verba ad Diabolum.

Cæsarius quæst. 60. ὁ ὑπὲρ τῶν κατακριθεὶς ἑκουσίως ὡς Θεὸς καὶ βροτὸς, ὁ αὐτὸς ὥσπερ οὖν καὶ χολὴν ἐψωμίσθη καὶ ὄξει ἀρδεῖται ὑπὲρ τῆς τοῦ Ἀδὰμ βρώσεως Θεανδρικῶς ἀποτίνας αὐτοῦ τὰ ὀφλήματα.

S. Nilus lib. 2. Epist. 197. edit. Allatii: ἐπειδὴ οὖν πάντων τὰς ἁμαρτίας ἦρεν ὁ Κύρι☉, σύμβολον δὲ ἁμαρτίας ἡ ἄκανθα, διὰ τοῦτο ἀκάνθινον περιεθέθη σέφανον. Vide & Epist. 238. & 289.

Proclus CPolitanus homilia de CHristi nativitate p. 73. καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ ὃ ἐκ παρθένου ἐφόρησε σῶμα.

S. Chrysostomus homil. 7. in 1. Timoth. II. 6. p. 449. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐθνῶν ἔπαθε - - ὁ δοὺς, φησιν, ἑαυτὸν ἀντίλυτρον. πῶς οὖν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός; ἄρα οὖν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητ☉ γέγονεν. ἀντίλυτρον τί ἐστιν; ἔμελλε τιμωρεῖσθαι αὐτούς. τοῦτο οὐκ ἐποίησεν. ἀπόλλυσθαι ἔμελλον. ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὸν ἑαυτοῦ ἔδωκεν υἱόν.

Cyrillus Alex. lib. XVII. de adoratione in Spiritu & Veritate T. 1. Opp. p. 595. σφάζεται δὲ ὑπὸ παντὸς τοῦ πλήθους, ἀπέθανε γὰρ ὑπὸ πάντων, ἵν' εἰδεῖεν οὗτοι ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας προσάγοντες ἀμνὸν, οἱ τιμῆς ἠγοράσθησαν, οὐκ εἰσὶν ἑαυτῶν, ἀλλ' εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Idem sexto in Julianum p. 195: εἷς ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν καὶ ἐγηγερμέν☉, ἵνα τῶν τοῦ θανάτου βρόχων τὸ ἀνθρώπινον ἐξέληται γέν☉, ἵνα τῆς καταχεούσης ἡμῶν ἁμαρτίας καθέλῃ τὴν τυραννίδα.

Consulatio Zachæi Christiani cum Apollonio Philosopho lib. 1. c. 14. *Illum oportuit pro omnibus interire, qui pro se nihil noxa debens eum condemnari non posset, acquievit & occidi, ne nos perpetua mors teneret.*

Antiochus homilia 27. p. 1072. αὐτῷ γὰρ μέλει περὶ ἡμῶν, ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι ἀγοράσαντι ἡμᾶς.

Proco-

Procopius Gazæus in 2. Reg. 7. pag. 122. ἐὰν ἔλθῃ ἡ ἀδικία αὐτοῦ. ἡμεῖς ἐι αὐτοῦ, ἡμεῖς ἡ ἀδικία, πρὸς ὃς εἴρηται, ἤτι ποτε σκότος, καὶ ἐπεὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν.

Anaſtaſius Sinaita in Pſalm. VI. T. 3. antiquar. Lect. Caniſii p. 92. οὐ δύναμαι μισῆσαι, ὃν ταῖς χερσὶ ταῖς ἐμαῖς διέπλασα ἄνθρωπον, ὑπὲρ οὗ ἐμαυτὸν ἐταπείνωσα, ὑπὲρ οὗ τὸ ἐμὸν ἐξέχεα αἷμα. Idem p. 102. πλανηθέντας ἰδίῳ αἵματι ἐξηγόρασας.

Auctor Chronici Paſchalis p. 20. οὗτος πρῶτος ἄνθρωπος (Ἀδὰμ) ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἥμαρτεν. Ὁ δεσπότης Χριστὸς ὑπὲρ τούτου τὸ χρέος ἀπέτισεν, σχίσας εὐλόγως τὸ χειρόγραφον καὶ καταπαλαίσας τὸν ἐχθρόν. Vide & p. 57. & Theophanem Cerameum homilia XXIV. p. 154. ſeq. & Scorſi notas pag. 510. & Nic. Cabaſilam lib. 1. de Vita in CHriſto p. 219. 220. 222. Eutychium T. 2. Annal. p. 355. ſeq. &c.

Mich. Glycas pag. 221. Annal. παρατίθησι μὲν ἐν ταῖς πατρικαῖς χερσὶ τὴν ψυχὴν, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάσαις ταῖς ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν χαρίσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἀπέθανε δωρεὰν ὑπὲρ αὐτῶν.

Non omittendum etiam quod vir doctiſſimus Jacobus Rhenferdus in diſſ. de redemtione *Marcoſiorum* & *Heracleonitarum*, ſub veſtigiis Syriacarum vocum apud Irenæum & Epiphanium Græcis expreſſarum notat latere hanc Marcoſiis atque Heracleonitis probatam ſententiam:

Græc.	Syr.	*Verſio Latina.*
Μεσια,	משיחא	Meſſias vel Chriſtus,
Ουφαρυγα,	ופרוקא	& redemtor,
Δεφαρεγ	דפרק	qui redemit
Ναψαν (-ψι)	נפשן (שי)	animam noſtram (meam)
Μεν αλεμα ανα	מן עלמא הנא	ab hoc ſeculo,
Ου μεν χυλ	ומן כר	& ab omnibus
Δεβη,	דבה	quæ in eo ſunt,
Βασμη δ' ΙΑΩ	בשמה דיהוה	in nomine JAO,
Ουκαφεραν	וכפרן	& expiavit nos
Βεφουρκανα	בפורקנא	pretio, *vel* lytro
Δεναψη	דנפשה	animæ ſuæ,
Ου vel ουα	הו	hic eſt
Ιησου Ναζαρια,	ישוע נצריא	JEſus Nazaranus.

Vide laudati Rhenferdi Opera Philologica, poſt ejus obitum * excuſa Trajecti ad Rhenum p. 199. 239. 223. & 768.

 Judæo-

* Ex hac vita diſceſſit Franequeræ 7. Nov. 1712.

Digitized by Google

Judæorum denique ſuffragia pro ſubſtitutione juſti & ſpeciatim Meſſiæ ad ferendas pœnas pro peccatoribus: ex libro Sohar, ex capite ultimo Cod. Talmudici Sanhedrin & aliis ſcriptis producuntur in Bibliotheca Theologico-Philologica Bremenſi Tom. 3. p. 1087. ſeq. & in Theodori Hackſpanii ſylloge diſpp. Theolog. p. 560. ſeq.

Salvation by Chriſti alone, as it is expreſly laid down in the Scriptures, agreeable to the rules of reaſon, and tho the laws of Juſtice, by *Thomas Staynoe*. Lond. 1700. 8. *Hiſtory of the works of the learned* 1699. p. 673.

CAPUT XLII.

Non iniqua eſſe quæ à Chriſtianis officia exiguntur. Et de conſenſu Juris Naturalis cum præceptis CHRISTI.

I.

NOn eſſe novum Legiſlatorem * CHriſtum, & præcepta moralia CHriſti non eſſe nova aut inſolita, ſed illa ipſa, quæ à primo conditu generis humani ex notionibus naturæ inſitis exculta, à Patriarchis & piis hominibus ante Decalogum obſervata, & in ipſa etiam morali lege Moſis repetita ſunt, bene obſervat Euſebius lib. 1. Apodixeos Evangelicæ, atque idem tradit lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. quod latius nuper explicatum à Richardo Broklesby eſt in Deiſmo Evangelico edito Anglice Lond. 1706. fol. libro V. cap. 4. Hinc pulchre notatum ab illuſtri equite Blackmorio, virtutes ſingulas à CHriſto & Apoſtolis non ſollicite deſcribi ac definiri, ſed præſupponi ex lege naturæ jam illas notas eſſe, commendarique. Ac ſane, ſi quis probe conſideret religionem Chriſtianam, non quemadmodum Moſaica olim uno eſſe circumſcriptam populo; ſed omnibus gentibus & omni creaturæ, i. e. toti generi humano amplectendam divinitus oblatam: hinc fatebitur congruens fuiſſe Divinæ Sapientiæ, ut Præceptorum moralium à CHriſto, ejusque Apoſtolis inculcatorum, ſanctitatem æquitatemque & fundamenta omnes homines

* Vide B. D. Jo. Olearii ſynopſin Controverſ. cum Socinianis diſp. 14. §. 80. p. 261. ſeq. Mandatum certe de charitate quod novum vocat CHriſtus Joh. XIII, 34. haud novum erat velut antea inauditum, ſed ſocordia hominum neglectum & obliteratum: ſicut Matth. V, 21. ſeq. præcepta ſua CHriſtus non Legibus Moſaicis, ſed falſis opponit explicationibus Phariſæorum. Si Matthiam Flacium audimus, in loco Johannis *mandatum novum* idem eſt, ac ſi dixiſſet *mandatum aliud*, à priore nimirum quod eodem capite & in eadem concione præceſſerat de fugienda ambitione, ſectanda humilitate & mutua concordia.

homines inſcripta cordibus ſuis valerent cognoſcere, & quòd natura ipſa atque ratio illis ſuffragetur, & ſumma atque communis utilitas hominum eadem ipſa requirat, ſi modo vellent, facile animadvertere poſſent. Huc facit *Richardi Baxteri* liber ex Anglico verſus Germanice, qui inſcribitur: Ein Chriſt oder ein Vieh. *Jure Evangelico*, inquit Nic. Comnenus prænot. Myſtagog. p. 196. *nibil aut præcipitur aut vetatur, jure naturali quod præceptum vetitumve non ſit, ſi ea tantum excipias, quæ ad fidei dogmata pertinent & ſacramenta, id quod ſapientiſſime annotavit D. Thomas prima ſecundæ qv. 108. artic. 1. & 2. & quodlib. IV. artic. 13. & ante eum Theodorus Prodromus interpretatione Canonum ad Can. 73. Apoſtol.* Tam perpetuæ igitur inter præcepta CHriſti & leges naturæ, præceptaque ſobriæ Philoſophiæ Ethica, concordia intercedit, ut vix quicquam prohibuerit Salvator noſter, quod non ratio ipſa clamat vehementer eſſe fugiendum: nec viciſſim quicquam à nobis exigat aut poſtulet, quod non ſalutare eſſe nobis, idemque æquiſſimum atque cum evidenti utilitate conjunctum natura ſvadet dictitatque: tantum abeſt, ut quicquam præcipiat Salvator optimus cum jure naturæ pugnans, eique adverſum; aut vetet aliquid, quod ab eo jubetur ac præcipitur. Conf. *Franciſci Wokenii* Harmoniam juris naturæ cum Scriptura ſacra.

II. Propter hanc ipſam cauſam CHriſtus Matth. XI, 30. *Jugum meum ſvave, ζυγὸς χρηστὸς bonum & utile*, inquit, *eſt, onus leve:* & Apoſtolus ejus Johannes negat præcepta CHriſti eſſe difficilia, 1. Joh. V, 3. * quia non, ut Phariſæi, impoſuit humeris hominum gravia & intolerabilia onera, Matth. XXIII, 4. ſed tantummodo illa etiam atque etiam ſincero animo ſervanda ſuis commendavit, & Divina gratia opitulante ſervari ab

* Confer *Guil. Beveregii* T. X. ſermon 1. & 2. ad Matth. XI. 30. *Georgii Bulli* ſermons T. 3. p. 814. ſeq. *Jo. Tillotſoni* T. 1. ſerm. 6. ad 1 Joh. V, 3. (*Journal des Savans A. 1714. p. 32. ſeq*) Præclare Georgius Bullus: *Svave eſſe jugum ſuum CHriſtus affirmat & onus leve: quibus vero? nempe illis, qui illud cum jugo peccatorum & Satana conferunt, qui identidem cogitant præmia illis propoſita, 2. Cor. IV, 17. Rom. VIII, 18. qui animum afferunt bene compoſitum ad illud amplectendum. Eſt enim perjucundum recta rationi & intellectus hominis ſupra appetitus ſenſuum & affectuum impetus, à Divina Gratia evecto. Leve jugum eſt imprimis, ſi mature illud ſubieris antequam conſuetudinibus pravis habituque malitia imbueris animum. Fiet certe ſvave tempore ipſo & uſu atque exercitatione & Divina Gratia omnibus, qui illi ſe ſubmittere voluerint. Sed difficile & intolerabile videri neceſſe eſt illis, qui carnali voluptate, ignavia & negligentia vitiati & vitiorum familiaritate corrupti & aſſvefacti non citius illud admiſerint, quam colorem Æthiops aut pardus maculas exuerit.*

Digitized by Google

ab illis posse confirmavit, quæ jam pridem DEUS sicut ab omnibus hominibus per naturam & rationem ita ab ipsis exigit, & sine quibus homines ac felices esse non possunt. * Unde apparet, quantopere fallantur Deistæ, qui Christianæ Religioni se libenter subducunt spe licentia per religionem naturalem concessa a fruendi, * quasi vero non hæc quoque perinde ac illa vitiis, hypocrisi, fraudi sceleribusque inimica sit, vel quasi non æque gravia sceleratis comminetur supplicia. Tantum gratiæ præmiorumque magnitudinem, Christiana Religio pulchrius explicat, certiusque stabilit, & fiduciæ per CHristum firmiora ponit fundamenta.

III. Sunt sane justitiæ atque æquitatis fontes æterni & immutabiles quædam ac sempiternæ rationes, & quemadmodum paritas & imparitas in numeris, ita æquitas in moribus & iniquitas secundum æternas in Numine Ideas æterna ac necessaria veritate intercedit: ut vero pœnis hæc sit obnoxia, illi præmia proposita sint, unice à DEI Rectoris lege dependet, quam natura & ratio exponit, ac veluti promulgat in omnium mortalium conscientia, & quo magis sint inexcusabiles homines, Filius ipse DEI usque quaque in orbe terrarum per Apostolos suos ac verbi præcones repeti denuoque promulgari, explicari, novisque argumentis svaderi jussit: De DEO ipso autem longe plenius ac perfectius nos instituit, exposuitque fidei salutaris rationem, & corruptæ naturæ nostræ miseriam & reparationem rationi atque naturæ per se prorsus incognitam. Nam licet fidem habendam DEO esse jubet haut dubie ratio; tamen de voluntate DEI circa salutem nostram per fidem in CHristum DEI Filium nihil plane illi per se constabat: ac licet ratio etiam pulchre videt, quod multi gentium quoque agnovere Philosophi; appetitus vitiosos in homine & cupidines insatiabiles & indomitas magna esse mala: Tamen horum nec originem nec altitudinem, nec quod caput est, efficacem atque salutarem à Gratia DEI per CHristum curam ac medelam satis intelleexerunt. Spectant huc Venerandi D. *Jo. Joachim Weidneri* dissertationes duæ de Jure Naturæ non ex natura & ratione, sed ex sacris litteris à priori, apodictica ratione cognito & deducendo. Rostoch. 1712. §§. 54. 55.

IV. Hæc igitur præcipue addidit, in ceteris plerisque omnibus repetiit, atque disertius exposuit Legem naturalem Optimus Servator, ut sine confusione uno jam complexu comprehendere liceat, Disciplinam

* *Martinus Fotherby*, Episc. Salisb. Atheomastix lib. 1. cap. 11. seq. & *Blackmoris* essais upon several subjects diss. V. quæ est de lege Naturæ. *Biblioth. Angloise* Tom. 1. p 323. 324.

nam juris naturalis, Ethicam naturalem, Ethicam Christianam sive moralem Theologiam, & quam Theologiam Mysticam appellant. Cum hæc omnia apud Christianos fortasse parum commode divellantur, præstaretque universa deducere ex eodem ac communi principio, DEI nimirum Lege per naturam primum promulgata, & deinde per Legem positivam in V. T. injuncta, ac denique per CHristum repetita, atque limpidius, certius, explicatius, salutarius tradita: qua quicquid non comprehenditur, liberum & indifferens manet, nisi quatenus ordinis & decori rationibus, aut legum civilium autoritate restringitur, quibus, quoad cum Lege Divina non pugnant, obsequi debere subjectos, ratio quoque & præceptum CHristi præcipit.

V. DEUM jubemur amare ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra, & ex totis viribus, Matth. XXII, 36. quod Moses etiam præceperat, Devt. XXVI, 16. XXXVI, 10. eadem fere phrasi utens, qua Cicero lib. I. de legibus postea dixit, amicum *per se toto pectore amandum* esse, & Aristophanes in Nubibus *ἐκ τῆς καρδίας ὄντως φιλεῖν*. Quid autem æquius est etiam Natura & Ratione judice, vel nobis conducibilius, quam DEUM omnis boni fontem amari sincere à nobis & amari super omnia? Hoccine igitur adeo grave est? cum, ut Poëtæ * verbis utar:

Non tibi sunt hostes ferro clavoque domandi,
Sed præstandus amor, res non operosa volenti,
Quis labor est puram non temerasse fidem?

Huic accedit, quod rogantibus dat hoc ipse DEUS, ut & velint hoc & efficere valeant ad ejus beneplacitum. Philipp. II, 13. Quod etiam Apostolus CHristi Paulus 1. Corinth. X, 31. & ad Coloss. III, 17. jubet omnia facere in DEI gloriam; hoc ipsum est, quod svadet ratio nihil committere, per quod vel directe vel indirecte culpâ nostrâ, gloria DEI inter homines obscuretur: sed potius id agere omni studio, quo ejus bonitas, sapientia & potentia magis magisque celebretur & amplificetur, in quo summum hominis gaudium summaque felicitas consistit. Quod si quis accuratius ac per partes officia hominis singula erga DEUM, sive quæ ad internum, sive quæ ad externum cultum spectant, ex præscripto sacrarum Literarum persequi voluerit, quemadmodum novissime factum est à Rev. D. *Joanne Francisco Buddeo* in Theologia morali Part. 2. cap. 3. p. 578. seqq. profecto videbit pulcherrime inter se conspirare utrumque hoc lumen, quod vel per rectam rationem animis nostris indidit, vel in

Ssss sacris

* Ovid. 4. ex Ponto, elegia 10.

ſacris Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcriptis nobis præferri voluit, hac tantummodo differentia, quod in ſacro hoc verbo ſuo dilucidius, certius, luculentius & ſalutarius omnia traduntur. Siquidem in eodem voluntas DEI de ſalute noſtra per CHriſtum, & via ſalutis per ipſum impetranda cognoſcitur, circa quam ratio utique ſibi relicta caligabat.

VI. Neque vero hoc naturæ aut rationi contrarium eſt exiſtimandum, ut quod ab aliis volumus nobis fieri, idem aliis præſtemus, Matth. VII, 12. vel ut hoſtem etiam amore dignum judicemus, Matth. V, 44. neque enim jubemur amare ejus injuriam, aut crimen, aut malitiam; ſed vero hominem, eodem nobiſcum loco, iisdem infirmitatibus, eadem conditione ab eodem DEO conditum, Ejusdem Salvatoris redemtum ſangvine & beneficiis auctum & ornatum: neque prohibemur ſecuritati noſtræ proſpicere etiam cum interitu hoſtis, licet ejus mortem appetere non debeamus, (unde facile reſponderi poteſt objectionibus * Jo. Claudii Somierii); ſed tantum vindictæ cupidine vetamur flagrare, ſ. gaudere malo hominis, quod ſemper eſt inhumanum, etiamſi hoſtis ſit: alioqui defendere nos, etiam, ſi aliter fieri non poſſit, cum hoſtis detrimento & nece, adeo non eſt præceptis CHriſti contrarium, ut etiam bellum juſtum per illa gerere liceat, & victoria DEO tribuatur, militum autem conditio non improbetur, ſed tantum ipſi jubeantur contenti eſſe ſtipendio ſuo, neque ad furta & rapinas hiare. Neque vero fortitudini atque adeo ſtatui bellico † adverſatur virtus vel charitatis vel modeſtiæ ſive humilitatis Chriſtianis tantopere commendata, cum ad veram fortitudinem nihil ſane faciat ineptus faſtus & jactantia alicujus Thraſonis aut Pyrgopolinicæ, ut recte obſervat Jac. Thomaſius in diſſ. adverſus Machiavellum, quod Chriſtiana Religio non ineptos reddat ad fortitudinem bellicam, & Sam. Pufendorfius in diſſertatione de concordia veræ Politicæ cum Religione Chriſtiana, & in libro de habitu Chriſtianæ Religionis ad vitam civilem, ac noviſſime Jo. Adolphus Hofmannus in Politiſchen Anmerckungen über die wahre und falſche Staats-Kunſt lib. 1. c. 8. Similiter ad condonandas injurias homo Chriſtianus ſemper quidem paratus & pronus eſſe debet, & pati potius, quam inferre injuriam, pacemque colere cum omnibus, quantum fieri poteſt, ut jubet Apoſtolus Rom. XII, 18. ex quo ipſo loco recte colligitur à V.C. Jo. Barbeyraco in libro de luſu p. 75. quod cum præfractis & malitioſis offenſoribus pacem rumpere liceat,

* Journal des Savans A. 1712. p. 54.

† Confer quæ ſupra, Cap. 34.

Digitized by Google

liceat, & injuriam repellere, ſi alterum nimirum ejus non pœniteat; ſed potius malum malo cumulare pergat. Unde Chriſtiani etiam doctores moderamen inculpatæ tutelæ permittunt, ut docet Nic. Comnenus p. 268. prænot. myſtagog. Neque huic juſtæ defenſioni adverſatur locus Matth. V, 39. quo maxillam alteram obvertere jubetur, qui in unam percuſſus fuerit. Clariſſime enim patet his verbis neutiquam foveri injuſti offenſoris malitiam, neque ſvaderi, ut tolerando illa accendatur & irritetur. Locutione autem proverbiali uſus optimus Servator, docuit melius eſſe pacis cauſa, ſi ea per hoc obtineri poſſit, levem ferre injuriam, quam vehementi vindictæ ſtudio ad graviſſimas lites feneſtram aperire & per privatam ultionem, DEI & Magiſtratuum jura invadere. Neque abſurde cum verbis Matth. V. vir Doctus contulit hæc Ciceronis lib. 2. Offic. c. 18. *Conveniet autem cum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum, in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multis multa de jure ſuo cedentem, à litibus vero quantum liceat, & neſcio an paulo plus etiam, quam liceat, abhorrentem. Eſt enim non modo liberale, paululum nonnunquam de jure ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.* Pluribus etiam eundem Matthæi locum & alia ſacræ Scripturæ dicta, quæ, ut prudentiæ civilis & juris naturæ ſcitis contraria oſtenderet, objicit Petrus Bælius in continuatione cogitatorum ſuorum de Cometis, in quæſtionibus ſub Provincialis nomine vulgatis, aliisque ſcriptis, vindicata videre licet à V. C. Jac. Bernardo, ut dicere me memini ſupra p. 645. Saltim monuiſſe oportebat eos, qui hæc Chriſtianæ Religioni objiciunt, quid jam ante mille amplius annos ſimilia objectantibus Ethnicis reſponſum fuerit à B. Auguſtino Epiſt. V. ad Marcellinum: *Quid eſt autem,* inquit, *non reddere malum pro malo? Quid eſt accepta injuria ignoſcere malle, quam perſequi, & nihil niſi injurias oblivіſci? Hæc cum in eorum* (Ethnicorum) *leguntur autoribus, exclamatur & plauditur, deſcribi atque prædicari mores videntur, quibus dignum eſſet exſurgere civitatem* (Romam) *quæ tot gentibus imperaret, quod accepta injuria ignoſcere, quam perſequi malebant. Cum vero legitur præcipiente autoritate Divina non reddendum malum pro malo, cum hæc tam ſalubris admonitio congregationibus populorum tanquam publicis utriusque ſexus atque omnium ætatum atque dignitatum ſcholis de ſuperiore loco perſonat, accuſatur religio tanquam inimica Reipublicæ, quæ, ſi, ut dignum eſt, audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto, ceterisque illis Romanæ gentis præclaris Viris, conſtitueret, conſecraret, firmaret, augeretque Rempublicam.* Confer, quæ

quæ in hanc ſententiam plura notavit B. D. Chriſtianus Kortholtus in obtrectatore pagano ſive opere erudito de calumniis gentilium in veteres Chriſtianos lib. 1. cap. 8. ubi inter alia profert locum Platonis è Critone, in quo ſimiliter ulciſcendi cupiditas disſvadetur, & injuriam referendi prurigo tanquam indigna homine noxiaque improbatur. Quod vero Machiavellus viſus eſt ſimiliter Chriſtianam Religionem eo nomine arguiſſe & reprehendiſſe, quod animos hominum reddat effœminatos, & ad ſua tuenda & Rempublicam defendendam ineptos lib. 2. Diſſertat. ad Livium c. 2. Tamen integrum illud caput evolventi apparet potius à Machiavello perſtringi falſas interpretationes præceptorum CHriſti & ignavam, quæ orbem terrarum jam tum impleverat Monachorum vitam, quam Religionem ipſam Chriſtianam. Nam ut Samuel Puſendorffius p. 563. Analect. Politic. probe obſervavit, diſerte hæc verba addidit Machiavellus ab Autore Anti-Machiavelli, (qui Innocentius Gentiletus creditur,) non optima fide prætermiſſa. *Quanquam autem mundus effœminatus & cœlum exarmatum videatur, id tamen ſine dubio magis ortum fuit ab ignavia hominum, qui interpretati ſunt Chriſtianam Religionem ſecundum otium & non ſecundum virtutem. Nam ſi conſideraſſent, quomodo illa permittit exaltationem & defenſionem patriæ, vidiſſent, quomodo eadem velit, ut nos iſtam amemus & honoremus & præparemus nos, ut ſimus tales, qui eam poſſint defendere.* Confer D. Jo. Franciſci Buddei, Theologi Jenenſ. Commentationem Academicam de Concordia Religionis Chriſtianæ ſtatusque Civilis, p. 48. ſqq. ubi etiam ad objectiones & argumenta, quæ ex eodem Diſſertationum Machiavelli capite depromi poſſunt, reſpondet, eaque refellit. Complectitur eadem Buddei commentatio longe plura, quæ ad præſens argumentum faciunt, & poſt primam editionem A. 1701. jam ſecundum auctior una cum aliis Diſſertationibus recuſa eſt Halæ Sax. 1712. 8.

VII. Quod denique CHriſtus jubet ſui cauſſa abnegare noſmet ipſos, & non modo bona atque honores, ſed vitam etiam ipſam parvi pendere: neque id ſane Legibus juris naturæ repugnat, ut præclare demonſtravit *Henr. Hammondus* cap. 6. de rationabilitate Religionis Chriſtianæ. Nam id tunc demum à nobis requiritur, quando per libidines, iram & habendi cupiditatem, aut juſtitiæ leges graviter lædimus, aut in nosmet ipſos injurii ſumus: vel per ſtudium præpoſterum bona, honores vel vitam noſtram conſervandi, iram DEI incurrimus, & animæ ſalutis æternæque vitæ jacturam facimus. Unde evidens eſt etiam reſpectu officio-

rum

Digitized by Google

rum hominis erga nosipsos præcepta CHristi gravia non esse, sed levia, quæ portantem non gravant sed levant * ut avium pennæ.

Jo. Clericus in observationibus ad Matthæi V. quas in secunda editione Lipsiensi commentariis Henr. Hammodi Latine à se versis adjecit, & T. 2. Bibl. veteris & novæ p. 59. seqq.

La Morale de l'Evangile, ou l'on traite de la nature de la vertu Chrétienne, des motifs qui nous y doivent porter, & des remedes contre les tentations. Traduit de l'Anglois de *Mr. Lucas*, Ministre de l'Eglise de S. Etienne à Londres. Amst. 1686. 12. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1686. p. 1098.

Sam. Werenfelsii serm. 7. inter decem Gallice editos.

B. D. *Philippi Jacobi Speneri* Christenthums Nothwendigkeit und Möglichkeit. Francof. 1680. 4.

Abrahami Rogerii libellus, qui inscribitur: Le sage Chrétien, ou les Principes de la vraie sagesse, pour se conduire chrétiennement dans le monde. Paris 1724. forma minore. *Journal des Savans* A. 1724. Octobr. p. 445.

CAPUT XLIII.

De CHRISTI *Miraculis.*

I.

SIcut *Natura* rerum creatarum quarumcunque, consistit ex legibus essentiæ & motus ac quietis, incrementi & decrementi, affectionumque & effectuum, quas DEUS cum alias potuisset leges illis præscribere quum eas conderet, pro sapienti voluntate sua semel rebus singulis attribuit: ita neutiquam est absurdum, quod idem opifex DEUS (& solus) possit, quando ipsi placet, atque operæ videtur pretium, contra vel præter leges illas facere, quod *Miraculum* proprie appellamus. Quoniam autem per ignorantiam † vel etiam fraudem quorundam hominum

* Augustin in Psalm. 59. Bernardus Epist. 72. Salvianus 7. de gubernat. DEI pag. 216. *Quid namque à nobis exigit, quid præstari sibi à nobis jubet, nisi solam tantummodo fidem, castitatem, humilitatem, sobrietatem, misericordiam, sanctitatem, quæ utique omnia non onerant nos, sed ornant.*

† Vide Theophrastum lib. 2. Hist. plantarum c. 4.

num eſt factum quandoque, ut pro miraculis jactarentur, quæ vel occulta arte (naturæ tamen viribus) fierent, vel quorum operum cauſas (naturales etiam ipſas) nulla ratione poſſent videre: hoc ſatis cauſæ fuit ſuperſtitioſis ac præcipitibus irreligioſorum hominum ingeniis, ut ſolenni illis paralogiſmo à particulari quod dicitur ad univerſale colligentes, nulla proprie dari miracula, & omnia, quæ pro miraculis venditarentur, naturales vel ignorationis vel fraudis fœtus eſſe audacter contenderent. Ita Democritus *a)* olim, & cum Epicuro, Metrodorus, Lucretius, *b)* Plinius, *c)* Avicenna: ac recentiori ætate Pomponatius, *d)* Leonicus Thomæus, ac ne alios jam memorem Spinoſa *e)* & auctor fabulæ de Severambibus. *f)* Sed quanquam ea vertigine non ſumus, *g)* ut quaſi omnes naturæ vires ad unguem perſpexerimus, nihil ſupra captum noſtrum ſit, quod non illico quoque ſupra naturam eſſe exiſtimemus: tamen neceſſe eſt confiteamur, ideo quod non omnia ſcimus, non ſtatim omnia etiam pariter à nobis ignorari. Certe argumentum hoc ab ignorantia repetitum nunquam efficiet, ut cuiquam ſano perſvadeat ex legibus ordinariis naturæ rediiſſe in vitam hominem vere mortuum, ut Lazarus, jam fœtentem, vel ut CHriſtus ipſe, interfectum omnibus inſpectantibus in cruce & lancea pectus transfixum. Omitto alia, quæ contra leges naturæ à ſex millenis fere annis toti obſervatas generi humano propalam & aperte facta ſacris litteris antiqui & novi fœderis exponuntur, duplicis ut videtur generis, quorum alia ſolius Divinæ potentiæ ſunt, ac cauſis naturalibus tribui prorſus nequeunt, ut mortuorum reſuſcitatio & extemporalis per ſolum verbum deſperatorum morborum ſanatio: alia, quæ moderante ad certos fines contra ordinarium tàmen, quem tenuiſſent alioqui, curſum naturæ vires *h)* DEO ſunt edita, ut maris Erythræi per

a) Lucian. in Pſeudomanti T. 1. p. 758. ubi illis *ἀδαμαντίνην γνώμην* tribuit ad fidem rebus hujusmodi denegandam.

b) Lucretius VI. 53. ſeq.

c) Campanella de ſenſu rerum p. 268. ſeq.

d) Pomponatius de incarnatt. p. 65. ſeq. adde Merici Caſauboni, treatiſe concerning Enthuſiaſme p. 35.

e) Tractat. Theologico-Politic. c. 6.

f) Hiſt. des Severambes IV. p. 331.

g) Gaſſend. p. 172. Epiſt. T. V. Opp.

h) Vide Jo. Clericum de trajectione maris Idumæi p. 546. Nehemiam Grew Coſmologiæ IV. 5. & V. 3. Thomæ Brown religionem Medici §. 18. D. Guntheri Chriſtophori Schelhammeri naturam ſibi & Medicis vindicatam part. 1. c. 9.

Digitized by Google

per ventum fuga, quo Iſraëlitis impune illud tranſire liceret. Exod. XIV, 21.

II. Hinc concidit objectio Epicureorum, quam affert Cicero 2. de Divinatione c. 22. *Nunquam, quod fieri non potuit, eſſe factum, ſi potuit, non eſſe mirandum: cauſarum enim ignoratio in re nova mirationem facit, eadem ignoratio ſi in rebus uſitatis eſt, non miramur.* Et cap. 28. *Quicquid oritur, qualecunque eſt, cauſam habeat à natura neceſſe eſt: ut etiamſi præter conſvetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. Cauſam igitur inveſtigato in re nova atque admirabili, ſi potes: ſi nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuiſſe ſine cauſa, eumque errorem, quem tibi rei novitas attulerit, natura ratione depellito.* Ita manifeſte inſtituitur hæc argumentatio, ut DEI potentiæ ac providæ voluntati nihil relinquat, omnia ſuſpendat ab una ordinariaque naturæ vi, hoc eſt, petit id, de quo maxime quæritur: neque enim, qui rem ab ordinariis naturæ legibus abhorrere affirmant, exiſtimant, eam fieri ſine omni cauſa potuiſſe, ſed cauſam aſſignant DEI, qui Naturæ ipſius eſt opifex, potentiam, quam in dubium vocare nullis cum valeat argumentis Epicurus, male à rerum natura excludit, ut providentia etiam Numen exſpoliet. Verum ut recte Sarisberienſis lib. 2. policratici c. 12. *Si Platonem ſequimur, qui aſſerit Naturam eſſe DEI voluntatem, profecto nihil iſtorum evenit contra Naturam.*

III. Solum igitur in eo cardo rei verſatur, ut quæ narrant ſcriptores ſacri miracula, vere geſta eſſe neque vel ignorationi vel fraudi in illis locum fuiſſe conſtet, quod de Reſurrectione CHriſti infra capite proximo ſingulari probabitur, de cæteris autem conſimiliter evincitur ex eo, quod CHriſti & Apoſtolorum miracula Actor. XXVI, 26. uti Moſaica & Prophetica edita ſunt publice & toto populo inſpiciente, atque ita, ut effectus maniſeſtos & maximos habuerint, ſicuti quidem ſanati à CHriſto & reſuſcitati etiamnum Qvadrati tempore ſuperſtites extitere, ut ex ejus apologia refert Euſebius IV. 3. Hiſt. Deinde deſcripta à teſtibus minime ſuſpectis, * oculatis, pluribus, fraudi inimicis, & hæc, quæ teſtati ſunt morte ſua obſignantibus. Itaque nec illa negarunt Celſus aliquis, *i)* aut Julianus, vel Hierocles, ſed viribus Magicis *k)* ſtolide tribuerunt,

* Euſeb. 3. demonſtrat. Evangelicæ p. 109. ſeq.

i) Orig. I. contra Celſum p. 16. Cyrillus VI. in Julian. p. 191. Euſebius in Hierocl.

k) Idem Origenes VIII p. 384. τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα παράδοξα οὐ μαγγανεία ὡς οἴεται Κέλσος, ἀλλὰ θειότητι προειρημένη ὑπὸ τῶν προφητῶν τὴν

buerint, ut astris Cardanus: *l)* neque illa negare potuerunt vel tunc præsentes Judæi, blasphemantes illa facta per Beelzebub, Matth. XII, 24. alioqui οὐδὲν ἔχοντες ἀντειπεῖν, *nihil habentes, quod contra opponerent*, Actor. IV, 14. οὐ δυνάμενοι ἀρνήσασθαι, *non valentes illa negare*. 16. neque postea ausi sunt illa Judæi inficiari, *m)* sed per schemhamphoras *n)* à JEsu surreptum fuisse patrata inepte garriunt. Agnoscuntur etiam à Muhamede *o)*. Nec parum addit miraculorum CHristi dignitati ac fidei, quod prædicta fuerunt per Prophetas *p)* Divinitus, & quod benefica *q)* omnia sunt, exceptis duobos porcos & ficum perdentibus, Matth. VIII, 32. & XXI, 19. sicut etiam Apostolorum non benefica tantum memorantur hæc pauca, Actor: V, 5. 10. & XIII, 11. & 1. Cor. V, 3. & 1. Timoth. I, 20. Sed jam brevem elenchum scriptorum, qui de hoc argumento uberius sunt commentati, subjungamus:

Moses Maimonides in More Nevochim lib. 2. c. 35. ubi de miraculis Mosis & Prophetarum, & ad Codicem Talmudicum, Capitula Patrum, T. 4. Misnæ edit. Surenhusianæ p. 469. ubi putat DEUM jam in ipsa creatione statim rebus indidisse virtutem eorum, quæ olim fieri deberent miraculorum, quod tamen minime est necesse vel congruens, si DEUM providere adhuc rebus humanis, atque ut testatur CHristus, Joh. V, 17. usque etiamnum operari cogitemus.

Idem Maimonides sub extremum aphorismorum ex Galeno collectorum & ex Latina versione editorum Basil. 1579. 8. pag. 520. seq. oppugnavit Galenum, qui XIV. 2. negat, DEUM posse ex cinere facere equum vel bovem, è lapide hominem.

Menasse

τὴν ἀπὸ Θεοῦ εἶχε μαρτυρίαν. Adde Euseb. lib. 3. demonstrat. Evangelicæ p. 125. seq. & B. Kortholti obtrectatorem paganum p. 474. seq.

l) Cardan. lib. 2. de contradict. Medicor. tractatu 2. Soberiana p. 68. seq.

m) Vide celeberr. Collegæ mei G. E. Edzardi notas ad codicem Talmudicum Avoda Sara c. 2. p. 313. seq.

n) D. Mich. Waltheri controvers. de nomine יהושוע p. 76. seq. & Huetii demonstrat. Evangel. p. 828. seq.

o) Vide notas laudatas ad c. 2. Avoda Sara p. 355.

p) Augustinus ad Volusianum, & è recentioribus Huetius proposit. IX. demonstrat. Evangel. cap. 39. p. 825. seq. Vitringa lib. 2. c. ult. Observ. sacr.

q) Legi nimirum conveniebant signa terribilia, Evangelio benefica. Confer Grotium ad Matth. XII, 38. Cosmam Indopleustem III, p. 165. Episcopium Institutt. Theolog. p. 428. b.

Menasse ben Israël in Conciliatore ad Devteron. XXXIII, 10. ubi inter se confert miracula Mosis Prophetarumque.

Abarbanel in Miphalot Elohim, p. 93. ubi de miraculis LXXV. Veteris Testamenti. Idem de signis à Messia edendis ad Es. XI. & XII.

De miraculorum Mosis, Prophetarum, CHristi, Apostoiorumque veritate *Robertus Jenkin* in eximio opere, the reasonableness and certainty of Christian Religion, Lond. 1708. 8. Tom. I. parte 2.

Jo. Joachimi Weidneri de miraculo murorum Hierichuntis cadentium.

Regnerus à Mansfeld contra tractatum Theologico-Politicum capite undecimo. Amst. 1674. 4.

Jacobi Batelerii vindiciæ miraculorum, quibus vera & Christiana Religio confirmata fuit: contra auctorem tractatus Theologico-Politici. Amst. 1674. 12.

Henrici Mori Epistola contra Spinosam Tom. 1. Opp. Philosophicorum p. 537. seq.

William Nichols conference with a Theist. parte 2. p. 169. seq.

Jo. Wesseli diss. de miraculis, Lugd. Bat. 1716. 4.

Johannis Henrici Mulleri, Altdorf. 1714. 4.

Augustini Gerdes, Stargarda Pomerani, diss. de miraculis, contra tractat. Theologico-Polit. c. 6. Jen. 1715. 4.

Johannes Mersennus in Genesin p. 457. seqq. & 573. seqq. ubi contra Vaninum, Cardanum &c.

Franciscus Cuperus in arcanis atheismi lib. 1. c. 6. p. 54. seq.

Tho. Campanella Atheismi triumdhati p. 135. seq. & 211. seqq. 214.

Pauli Zachiæ physicam considerationem de miraculis S. Scripturæ, libris IV. laudat Allatius p. 214. apum urbanarum. Vide etiam, quæ ex *Bernardi Connor* Evangelio medico, Lond. 1697. 8. *Lud. Neocorus* in Bibliotheca novorum librorum A. 1697. p. 530. seq. De *Gvilelmi Aderi* ægrotis Evangelicis (T. IX. Critic. Sacrorum Angl.) Vignolius Marvillius Tom. 3. Miscellaneorum, editorum Gallice pag. 153. De libro *R. Levi ben Gerson*, quo miracula V. T. Physice expendit, Mem. de Trevoux A. 1712. p. 395.

Freywilliges Heb-Opffer von allerhand in die Theologie lauffenden Materien, T. 1. Berlin. 1715. 8. varias adspersas continet pro veritate Religionis diatribas, ut de miraculorum verorum à falsis dijudicatione pag. 76. seqq. Considerationem primarum veritatum Religionis

Digitized by Google

Christianæ fundamentalium p. 229. DEUM existere p. 235. 488. Attributa Ejus ex Naturæ nota lumine p. 465. Providere eum rebus humanis p. 635. De Religione universe p. 648. 659. De necessitate Revelationis Divinæ, p. 665. Ejusque characteribus, p. 677. hos in Scriptura sacra reperiri, pag. 688. 805. 822. De falsa libertate credendi de Religione quæ velis. pag. 708. Vide *Lamperti Gedicke* primas Veritates Religionis Christianæ, de quibus dixi cap. 30. ad A. 1717.

Ad objectionem de fide miraculorum Mosis in deserto tantum duobus nitente testibus Josua & Calebo, respondet B. D. Christianus Kortholtus in thavmatographia, oder umständlichen Relation, was in Hamburg A. 1676. mit einen glüenden eisernen Ringe sich begeben, §. 10. seqq. in seinem Theologischen Tractätlein, p. 334. seq. Kiel. 1679. 8. Certe cum Josua & Calebo multa millena millia in Palæstinam transierunt, qui in deserto ab illis, qui interim decesserant, oculatis testibus ea perceperunt, quæ Josua & Calebus suis & ipsi oculis conspexerant.

Dissertation de *Mr. Arnauld,* Docteur de Sorbonne, sur la maniere dont Dieu à fait les frequentes miracles de l'ancienne loy, par le ministere des Anges. 1685. 8. *Acta Erud.* 1685. p. 309. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1685. p. 254. 863.

William Fleetwood, essay upon miracles, in two discourses, Lond. 1701. 8. Priore dialogo de veritate ac Divinitate miraculorum Mosis, secundo miraculorum CHristi tractat. *History of the works of the learned* A. 1701. p. 742. A. 1702. p. 33. & Germanice * *Jo. Ulrico Henrici* interprete, Lipf. 1705. 8. qui Magorum Ægyptiacorum præstigias recte à veris miraculis distinguit, licet magnas decipiendi vires Dæmoni ac technas esse non diffitetur in libro, cui titulus: Der mächtige und ohnmächtige Teufel. Lipf. 1708. 8.

D. Godfridi Olearii diss. de miraculo piscinæ Bethesdæ, Joh. V. Lipf. 1706.

Anonymi liber editus Amst. 1687. 12. de la verité de la Religon Chrétienne. Liber divisus in capita XXIII. quibus miraculorum veritas adversus Spinosam, & ex illis Religionis Divinitas probatur. *Bib. Universelle* T. V. p. 286.

Joannis Clerici Epistola secunda libro de incredulitatis causis, Gallice edito subjuncta p. 358. seq. ubi contra Spinosam.

Samuel

* Unschuldige Nachrichten A. 1710. p. 141.

Digitized by Google

Samuel Clark, difcourfe concerning the unchangeable obligations of Natural Religion, and the truth and certainty of the Chriftian Revelation p. 349. feqq. *Bibl. choifie* T. 26. p. 357. feq.

Henricus Morus Opp. Theolog. p. 130. ubi vindicat locum * Marci VI, 5. quod facit etiam *Rich. Bentlejus* fermonibus contra Atheos p. 272. (contra Pomponatium de incantat. p. 51. & 68. & Vaninum p 439. dialogor.) & *Mericus Cafaubonus* de Enthufiafmo c. 6. p. 288. & ad Optatum p. 42. Epifcopius Inftitutt. Theol. p. 430. D. *Salomo Deylingius* lib. 1. Obfervatt. facr. p. 118. & *Godfridus Olearius*, ὁ μακαρίτης, obfervatt. ad Matthæi XIII, 58. & de fide miraculorum paffiva p. 26. feq.

Der aus feinen Wundern zu erkennende HErr Meffias. Im Freywilligen Heb-Opffer von allerhand in die Theologie lauffenden Materien XXIVfter Beytrag p. 289--299--321.

Gedancken über die von den heutigen Infpirirten vorgegebene Wundern. Id. Erfter Beytrag, p. 76.

Anmerckungen von einigen widerfinnifchen Lehren, dadurch teufelifche Würckungen können zu Göttlichen Wundern, Göttliche Wunder aber vernichtet werden. Id. p. 84.

De differentia miraculorum CHrifti ejusque Apoftolorum, à miraculis Ethnicorum, aliorumque incerta fide jactatorum, vide *Eufebium* contra Hieroclem. B. *D. Jo. Conradi Dannhaueri* meletema de miraculis veris falfisque, Argentorat. 1650. 8. (& in fyntagmate ejus differtationum junctim excufarum Lipf. 1700. 4. & Chriftiano Mislero curante 1704. 4.) Ejusdem aletheam victricem & Vale triumphale. *Georgii Zeamanni* Wunder-Spiegel, ejusque apologiam. Differtationes *Petri Haberkornii, Jo. Mufai, Seb. Niemanni, Jo. Pappi, Hieron. Kromayeri* &c. *Ifaacum Jaquelotum* diff. fur l'exiftence de Dieu, p. 651. 671. feq. *Joannem Clericum* libro de incredulitate p. 254. feq. *Rich. Sheldon*, furvey of the Romifch miracles, Lond. 1616. 4. *Jo. Rodolphi* diff. de adventu & miraculis Anti-Chrifti, Bernæ 1705. 4. *Joannis Zwingeri* de fefto corporis CHrifti

Tttt 2

* οὐκ ἠδύνατο] recte Grotius, *noluit, impetrare hoc à fe non potuit*. Scholia Græca in Iliad. IX. ab Conrado Hornejo edita v. 352. οὐκ ἐθέλεσκε μάχην] ἐθέλεσκεν, ἐδύνατο. καὶ ἀνάπαλιν, οὐ πλευτὴν ποιῆσαι δύναται. er kan nicht aufhören.

CHristi p. 178. seq. *Anonymi* præf. ad librum *Bridouli* Jesuitæ, ex Gallico A. 1672. versum Anglice, Lond. 1688. 8. *The school of the Eucharist, established upon the miraculous respects and acknowledgment, which beasts, birds, and insects have rendred to the holy Sacrament of the Altar.*

Sam. Werenfelsii sylloge diss. Theologicarum diss. 4. seq. Basil. 1709. 8. *Bibl. Choisie* T. 21. p. 428. seq.

Sermons de *Mr. Jaques Basnage*, Roterdam 1709. 8. sermon 7. la foi des miracles.

D. Henrici Ascanii Engelken diss. de miraculis quoad naturam suam & probandi valorem consideratis H. Cornelio Agrippæ, Balthas. Bekkero & Fleetwoodo imprimis opposita. Rostoch. 1707. 4. respondente G. Clasen, Rendsburgensi.

Jo. Lockii dissertatio de miraculis, tertia in ejus scriptis postumis Anglice editis Lond. 1707. 8. *Journal des Savans* A. 1708. pag. 304. & A. 1711. p. 473. *Bibl. Choisie* T. 12. p. 156. *Acta Eruditor.* A. 1708. p. 43. *Mem. de Trevoux* A. 1712. p. 1175.

Francisci Bragge practical observations upon the miracles of our blessed Saviour. Lond. 1702. 8. *Acta Eruditor.* A. 1703. p. 142. *History of the works of the learned* A. 1702. p. 46.

Hermanni Witsii de miraculis JEsu dissertationes tres, quarum *prima* ita exponuntur, ut ex iis probetur Evangelii veritas. *Secunda* illorum veritas contra Orobii Judæi & Gentilium exceptiones vindicatur. *Tertia* argumentum pro adstruenda Evangelii veritate inde petitum adversus Gentilium & Judæorum objectiones vindicatur. In meletematibus Leidensibus V. VI. VII. Lugd. Batav. 1703. 4. p. 427. seq.

Isaacus Jaquelotus libro Gallice edito de Messia, part. 1. cap. 5.

Nehemias Grew in opere erudito Anglice vulgato, quod Cosmologiam sacram inscripsit lib. V. c. 3.

Non sine causa CHristus increpavit Pharisæos miracula quærentes, qui Mosi & Prophetis abnuebant habere fidem, & Spiritui S. resistere identidem per malitiam non cessabant, de quo interpretes ad Joh. IV, 48. & *Eduardi Stillingfleeti* Origines sacræ lib. 2. c. 9. p. 172. Similiter jussit Salvator optimus miracula à suis non differri palam, ne plebs cupida rerum novarum ansam inde caperet, aut violenter quicquam ageret, de quo *Henricus*

Digitized by Google

Henricus Hommondus, *Jo. Clericus* & alii ad Matth. VIII, 4. *D. Godfridi Olearii*, τῦ μακαρίτυ, diss. de transfiguratione CHristi, §. 21. Gottfried Schusters Send-Schreiben XIV. &c. Neque edidit miracula præsente Herode ea videre cupiente, Luc. XXIII, 8. ne impietati curiosæ hominis irreligiosi suffragaretur. Vide, quæ è Chrysostomo & Gregorio M. disertissimus Pater, Ludovicus Bourdalouius, sermonibus Gallice editis T. 3. p. 128. seq.

De miraculis discipulorum CHristi ex ejus promisso, * & in ipsius nomine ac δυνάμει † editorum; & de dono miraculorum in primis Ecclesiæ sæculis, interpretes ad Marci XVI. & Actorum librum, *Stephanus le Moyne* notis ad Varia sacra p. 1043. seq. *Gvil. Spencerus* ad Origenem contra Celsum p. 6. seq. B. D. *Balthasar Bebelius* Antiquitatibus Sæculi 1. p. 81. seq. & Sæculi IV. T. 2. p. 958. seq. *Tobias Pfannerus* in diatriba de charismatibus sive donis miraculosis antiquæ Ecclesiæ, Francofurti 1680. 12. *Henricus Dodwellus* diss. 2. ad Irenæum. *Gvil. Cave* Primitive Christianity p. 63. seq. & *Godfridus Arnoldus* in opere edito Germanice de primorum Christianorum vita & moribus, libro septimo, *Franciscus Baltus*, S. I. suite de la réponse à l'histoire des oracles p. 158. 196. seq. 210. seq. *Urbanus Godfrid Siberus* in vita Spyridonis ubi notitia Thavmaturgorum ex Menæis & aliis veteribus Ecclesiæ monumentis. Lipsiæ 1718. 4.

CAPUT XLIV.

De CHRISTI Resurrectione.

I.

AD Caput præcipuum Religionis pervenimus, magnum Pastorem ovium suscitatum è mortuis. De cujus rei veritate quibus argumentis persvasum oportuit esse Paulum Apostolum, qui hoc unum Timotheo diligenter memoria recolendum commendabat 2. Tim. II, 8. μνημόνευε Ἰησῦν Χριςὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, & ad Corinthios 1. Epist.

* Joh XIV, 12. confer Prosperum II, 30. de promissionibus p. 72. & Grotium ad Matth. X, 1. & Marc, XVI.

† non ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεϐείᾳ, Actor. III, 12.

Epist. XV, 14. *Si CHristus*, inquit, *non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.* Nam idem Paulus pro prædicationis hujus fide, cujus ante hostis ac persecutor fuerat, non pericula tantum & labores & calamitates, sed mortem ipsam alacriter pertulit. Sic Petrus abnegator nuper viventis, quanta virte, quanta constantia redivivum prædicat, & morte sua libenter honorat. Idem de tot aliis Apostolis & discipulis CHristi affirmare licet, qui modo morte ejus consternati jam Resurrectionis quam prædicenti noluerant credere, & mulieribus nunciantibus modo fidem habere abnuebant, jam testes ipsi præsentes & oculati sæpiusque iterata convicti evidentia in re aperta sensibus, falli ad unum omnes neutiquam potuerunt, neque adeo fallere velut ex composito, vel voluisse existimari queunt, aut si voluissent potuisse, ut nec unus consilium proderet vel retractaret, ut non deprehenderetur fraus & palam prostitueretur à Synedrio & Pharisæis, ut corpus arcte in sepultura obsignata custoditum, non exponeretur hominum oculis, vel quo pervenisset, doceretur: ut tot testes Resurrectionis inter se consentirent & conspirarent in hoc audacter propalando inter medios hostes, ex quo nec opes aut honores, sed miseria, inimicitiæ, persecutiones & mors certissime pro fraude stolida omnes, proque crimine nemini profuturo maneret. Ipsi quidem per se homines antea timidi, pauperes ac contemnendi, nulla autoritate, eruditione, nullis opibus aut potentia, minime scelerati, callidi, ambitiosi factiosive: nunc autem simplices rei admirandæ, sed præsignificatæ à CHristo, * & prædictæ à Prophetis, † & visæ & palpatæ à se, de qua persvasissimi erant, assertores, & simul contemtores rerum, quas plerique mirantur: doctores candidi, constantes, efficaces rerum maximarum atque ad vitam beatam utilissimarum, quales non modo nemo ex ipsis antea, sed nec ex ullis Magistris aut Philosophis quisquam exaudiverat: quarum pondere ac vi commovebantur, qui eos auscultabant, ut ab illis principiis incrementa capiens Christianismus inter gravissimas etiam persecutiones Judæorum primum, deinde etiam Ethnicorum caput tamen extulerit, atque etiamnum efferat, quia Judæi & Ethnici flagella, gladios, cruces, ignem, quibus Christianos possent necare, habebant; rationibus autem, quibus ipsorum possent testimonia & doctrinam refellere, destituebantur.

II. Inter

* Matth. XII, 39. 40. XVI, 21. XXVI, 32. &c.
† Psalm. XVI, 10. Es. LIII, 8. 10. Oseæ VI, 3. XIII, 14. Sophoniæ III, 8.

Digitized by Google

II. Inter eos, qui veritatem Reſurrectionis ſolide ac dilucide adverſus Judæos ac Deiſtas confirmarunt, eximius locus debetur clariſſimo *Houtevillio*, qui in libro ſupra p.641. laudato mihi de Religione Chriſtiana ex factis probata & eventibus, huic argumento impendit caput integrum nonum libri ſecundi p. 298 - - 330. Ex eo, toto lectione & conſideratione digniſſimo, unicum locum adſcribam, quo pag. 313. ſeq. oſtendit, quam ſit abſurdum & incredibile, ſi quis Apoſtolos Reſurrectionis CHriſti non voce tantum teſtes, ſed tota vita & morte martyres, fraudis velit arguere. Adſcribam autem hunc illius verbis ac diſerto ſtylo, cum Gallica hodie non modo à paucis ignorentur, ſed etiam a multis legantur libenter. *Si JEſus-CHriſt a ſouffert la mort ſans retour à la vie, il ſera vrai que douze pêcheurs ſans expérience & ſans autre appui qu'une folle audace, l'auront emporté par la fraude la plus groſſiére ſur les ennemis de leur Doctrine les plus éclairez, les plus inſtruits & les plus artificieux. Il ſera vrai qu'une poignée d'hommes mépriſez, haïs, perſécutez, ſans talens pour plaire, ſans preuves pour convaincre auront fait plier tout à la fois l'autorité, la politique & la multitude. Il ſera vrai qu'en promenant par toute la Terre une Doctrine bizarre, un ſyſtême ridicule, contraire à la Religion de tous les Peuples, formellement combatu par tous les Philoſophes du Monde, inconcevable à la raiſon des ſimples, inaccesſible à la ſagacité la plus pénetrante, irréconciliablement oppoſé aux préjugez univerſels; ils auront cependant renverſé toutes ces Religions, humilié & fait taire tous ces ſages, vaincu toutes les répugnances de l'eſprit, changé toutes les préventions; & cela, encore un coup, par la ſeule expoſition du* fait *le plus extravagant en apparence, le plus deſtitué de certitude. Il ſera vrai que les hommes les plus vils auront fait ce que les Puiſſances les plus accréditées, les plus abſoluës ne ſçauroient accomplir, ce qu'elles n'oſeroient même entreprendre: Je veux dire, de faire concourir tous les hommes dans la créance d'un* fait, *contre toute évidence du contraire. Il ſera vrai que les fourbes les plus malhabiles, les plus inſenſez dans leurs meſures auront trouvé l'art de perpétuer le ſouvenir du* fait *le plus incompréhenſible par l'inſtitution d'un jour deſtiné par tout à en honorer la mémoire. Il ſera vrai que durant prés de dix ſept ſiécles on n'aura ſçû trouver le mot de l'enigme, ni inventer un dénoüement tant ſoit peu vraiſemblable à ce malheureux myſtére, à ce prodige de ſéduction. Que celui-là ſe montre qui voudra ſe rendre protecteur de cette foule d'abſurditez viſibles.*

III. Qui in eodem argumento cum laude ſunt verſati atque memoriæ meæ ſuccurrunt, hi ſunt:

Johannes Chryſoſtomus homila XC. & XCI. in Matthæum.

Jo-

Jo. Pearsonius ad Symbolum Apostolicum p. 449. seqq.

Philippus Mornaus de Veritate Relig. c. 34. *Hugo Grotius* lib. 2. §. 6. & 7. *Rob. Jenkinus* reasonnablenes of the Christian Religion Tom. I. part. 2. c. 14. p. 257. seqq.

Simon Episcopius Institutt. Theolog. T. 1. Opp. p. 15. & 204. seq.

Henricus Morus Opp. Theol. p. 151. seq. 216. 273. 277. 369.

Philippus à Limborch collatione cum erudito Judæo p. 179.

Job. Coleri verité de la resurrection de JEsus CHrist, defendue contre B. de Spinosa, Hag. Com. 1706. 8. cum Spinosæ vita. Vide *Histoire des Ouvrages des Savans* A. 1705. p. 548. *History of the works of the learned* A. 1706. p. 521. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1706. T. 2. p. 68.

Petri Danielis Huetii demonstratio Evangelica propositione IX. c. 142. p. 937. seqq.

Isaacus Jaquelot diss. sur l'Existence de Dieu p. 642. seq. 700. seq.

Radulphi Cudworthi sermon on 1. Corinth. XV, 57. Lond. 1676.

Samuelis Werenfelsii sermons sur des veritez importantes de la Religion. Amst. 1716. 8. in his sermo primus de veritate Resurrectionis JESU CHRISTI, ad Actor. V, 30. 31. 32. etiam Germanice Francof. & Lips. 1717. 8. Neuer Bücher-Saal LI. p. 214. seq.

Io. Iacobi Hottingeri Resurrectionis CHristi Veritas ad Judæorum convictionem, Christianorumque confirmationem. Tiguri 1709.

Nic. Gürtleri, Theologi Franequerani, dissertationes de CHristo in gloriam evecto, ubi etiam de apparitionibus ejus post Resurrectionem. Franequeræ 1711. 4. *Acta Erud.* A. 1711. p. 445.

D. Augustini Varenii, Theologi Rostoch. diss. de CHristo Redemtore à mortuis resuscitato & resurrectione mortuorum ad Vitam æternam, Resp. Christiano Senstio. Rostoch. 1682.

D. Georgii Neumanni, Theologi Witeberg. programmata p. 151. seq.

Augusti Hermanni Franckii, Theologi Hallensis, Programma III. de Resurrectione CHristi ex Moyse, Prophetis & Psalmis. Programma XI. De Veritate & virtute Resurrectionis CHristi. Programma XIII. De Communione fidelium cum Resurrectione CHristi, & XIV. De nexu Resurrectionis CHristi & effusionis Spiritus Sancti. Halæ Sax. 1714. 8.

Friderici Ernesti Meis, Superintendentis Schleusingensis, dissertationes contra Spinosam de immensitate DEI, ad 1. Reg. VIII, 27. De creatione

Digitized by Google

tione Mundi, ad Jerem. XXII, 17. De Reſurrectione CHriſti, ad 1. Cor. XV, 17. & de interna Verbi DEI virtute, ad Hebr. IV, 12. A. 1708. 1710. 1711.

Humphry Ditton Diſcourſe concerning the Reſurrection of JEſus CHriſt. Lond. 1712. 8. *Journal literaire* T. 1. p. 391. T. 2. p. 129. *Bibl. choiſie* T. 25. p. 431. & *Hiſtory of the works of the learned* A. 1712. p. 39. Ex Anglico liber hic inſignis prodiit etiam Belgice per Cornelium Coorn. Middelburg. 1720. 8. *Bibl. Theologico-Philolog. Bremenſ.* T. 3. p. 1142. ſeq.

Benedictus Pictetus lib. IX. Theologiæ Chriſtianæ cap. 27. p. 596. ſeq.

Simonis Patrick, Epiſcopi Elienſis, JEſus and the Reſurrection, juſtified by witneſſes in heaven and in earth, in two parts, the firſt ſhewing that JEſus is the Son of God: the ſecond, that in him we have eternal life. Lond. 1709. 8. the third edition. In hoc opere veritatem Reſurrectionis CHriſti probat auctor parte 2. p. 192. ſeq. & T. 1. p. 210.

Daniel Whitby, the certainty of Chriſtian faith in general, and of the Reſurrection in particular. Oxon. 1671. 8.

Gerardi Outhofii diſſ. de Veritate Reſurrectionis JESU CHRISTI, propriis ſuis viribus. Embdæ 1710. 8. cum Joannis Eskuche Miſcellaneis ſacris. *Acta Erud.* A. 1711. p. 512.

Jo. Weſſeii diſſ. de Veritate Reſurrectionis CHriſti. Lugd. Bat. 1718. 4.

Joannis Petri de Crouſaz Tomi ſecundi ſermonum Gallice editorum Amſt. 1723. 8. ſermone primo, quo argumenta pro Veritate Reſurrectionis CHriſti urget ſolide ac perſpicue.

Robert South ſermons, Volum. V. ſermon 4. ad Joh. XX, 29. Lond. 1717. 8. *Bibl. Angloiſe T.* 5. p. 26.

Io. Clericus Epiſtola prima, ſubjecta libro Gallice edito de incredulitate.

The Reſurrection reſcued from the Soldiers Calumnies, (ad Matthæi XXVIII, 13. & Actor. II, 1.) in two ſermons preach'd ad St. Mary's in Oxford, about the year 1619. by *Robert Iones*, D. D. reprinted in the ſecond volume of the Phenix, or a revival of ſcarce and valvable pieces, Lond. 1708. 8. p. 476. adde *Acta Erud.* A. 1709. p. 107. 108.

Harmoniarum Evangelicarum ſcriptores, & qui in narratione Reſurrectionis CHriſti nullam docent Evangeliſtis pugnam intercedere, laudavi ſupra p. 535. 537. & 87. & 166.

CAPUT XLV.

De Resurrectione Mortuorum.

POst ea, quæ de CHRISTI Salvatoris nostri reditu in Vitam dicta capite superiore sunt, vix opus esse videatur Resurrectionem corporum, post tantæ præjudicium auctoritatis, pluribus argumentis defendere, cum nihil sit hactenus ab iis, qui eam negant, allatum, quo vel non posse hoc fieri Divina facultate, neque velle istud DEUM, aut CHristum ex morte non redivivum se stitisse suis, demonstrarent. Etiam eorum opinio levibus innixa fundamentis concidit, qui posse quidem mortuos revocare in vitam corporeque eos suo redinduere DEUM non ausi sunt inficiari, sed in beneficii loco habentes scilicet, ut corpus nunquam homini reddatur, quod in pœnæ loco tributum, & fugiendum omni conatu, & cujus sarcina mire gravari animam sibi persvaserunt, ideo resurrectionem cum Porphyrio & aliis Philosophis negarunt, quos acute refellit *Augustinus* lib. X. de Civitate DEI, cap. 29. Ad alias autem aliorum argutationes, & insanientis sapientiæ sophismata, quibus hanc fiduciam Christianorum explosam exponere ludibrio, & resurrectionem mortuorum inter ea, quæ non sunt nec possunt fieri, proscribere non dubitaverunt, jam olim responsum est à multis. Nam ne deperdita memorem scripta *Iustini* Martyris, de quibus supra p. 158. *Hippolyti* Portuensis, & *Sexti* atque *Origenis* pag. 162. *Methodii* pag. 164. *Ammonii* Adrianopolitani, *Antipatri* Bostrensis, *Apollinaris* Laodiceni, *Diodori* Tarsensis, p. 168. & *Eutychii* CPol. p. 172. Opusque *Hieronymi*, quo de resurrectione carnis præclare disputasse laudabatur, quod à fratre Oceano mitti sibi postulat Augustinus Epist. 180. (edit. veteris 260.) Etiamnum exstant hoc de argumento præclaræ lucubrationes *Athenagoræ*, de quo supra pag. 53. & *Æneæ* Gazæi, p. 107. *Tertulliani* item p. 211. & *Ambrosii* p. 241. Sicut etiam pro resurrectione pugnant *Eusebius* XI. 35. sq. præparat. Evangelicæ, *Theodoretus* IX. de Providentia, *Rufinus* & alii in verba Symboli,* *Credo Resurrectionem mortuorum. Ioannes Damascenus* l. IV. de fide Orthodoxa cap. 27. & *Manuel Calecas* T. 2. auctarii novissimi Combefisiani p. 273. Nec omittendi sunt *Iustinus* in Apologia prima §. 25. p. 65. sq. *Irenæus* lib. 2. c. 51. *Theophilus* sub finem libri 1. ad Avtolycum, *Gregorius* Nyssenus de hominis Opificio c. 25. seq. *Cyrillus* Hierosol. Catechesi IV. 19. & XVIII. *Epiphanius* ancorato §. 83. seq. *Augustinus* serm.

* E recentioribus *Pearsonus, Witsius, Heylyn, Svicerus*, &c.

Digitized by Google

ferm. CXX. CXXI. de diverfis, in fupplemento Vigneriano pag. 333. & 340. in nova edit. Benedictinor. T. V. ferm. 361. fq. *Eufebius* de refurrectione, inter Opufcula Latine ad Sirmondo edita.

Lactantii carmen de phœnice & refurrectione. Confer, quæ viri docti ad *Clementis* Romani Epiftolam 1. cap. 25. phœnicis imagine ad refurrectionem illuftrandam utentis.

Zenonis Veronenfis & aliorum veterum homiliæ de Refurrectione, partim obviæ in Combefifii Bibl. Concionatoria, partim à me T. IX. Bibl. Græc. p. 94. feq. memoratæ.

B. *Martini Lutheri* IV. homiliæ de refurrectione mortuorum T. VIII. Altenburgenf. p. 379. Ejusdem in 1. Corinth. XV. T. VI. Altenburg. p. 260. feq.

D. Gerhardus Titius de refurrectione mortuorum. Helmft. 1648.

D. Francifci Wolfii noftri, ꙋ μακαρίτυ, diff. qua Refurrectionis poffibilitas, probabilitas & certa veritas afferitur. Roftoch. 1683. 4.

Cafparis Pofneri de palingenefia, five reditu corporum in vitam fecundum Ariftotelem impoffibili, Jen. 1686.

Georgii Calixti de immortalitate animæ & refurrectione carnis, Helmft. 1649. 4. 1661. 4.

Menaffe ben Ifraël, Judæi, de refurrectione libri 3. Grœning. 1676. 12.

Humfredi Hody refurrection of the fame body, afferted from the traditions of the Heathens, the ancient Jews, and the primitive Church, with the anfwer to the objections brought againft it, Lond. 1694. 8. *Acta Erud. T. 3. fupplem.* p. 37.

Dav. Humphrey differtatio 1. præmiffa verfioni Angl. Athenagoræ, Lond. 1714. 8. concerning the jewifch notion of the refurrection. *Bibl. Angloife* T. 2. p. 3.

Theodori Daffovii de refurrectione mortuorum ex Judæorum fententia. Witteb. 1693. 4. *Boekfaal van Europe* A. 1694. p. 64.

Eduardi Pocockii Mifcellanea in portam five præfationem Mofis Maimonidis cap. 6. & 7. ubi examen fententiæ Judæorum & Muhamedanorum de Refurrectione.

H. Morus Opp. Theolog. p. 211. feqq.

Gvil. Bucani oratio pro carnis refurrectione, 1602. 8.

D. Io. Gerhardus & alii Theologi in loco de refurrectione. Idem Gerhardus in diff. de morte & refurrectione.

Gerb. Iohannis Voffii Thefium Theolog. diff. XII. XIII. XVII.

Ioh. Baptifta Aurelii de Monte alto, demonftratio Philofophica atque

Digitized by Google

Theologica de resurrectione mortuorum, libris 2. Adjectæ aliquot Patrum de eodem argumento sententiæ. Francofurti apud Wechel. 1586. 8. Laudat Caspar Barthius p. 3018. Adversariorum.

Daniel Toffanus lib. III. de senectute cap. 6.

Thom. Wegelini diss. sub *Ioh. Sigwardo*, de resurrectione mortuorum.

Pauli Raberi diss. de resurrectione mortuorum universali.

Rob. Boyle some Physico Theological considerations about the possibility of Resurrection, and some considerations about the reconciliableness of Reason and Religion. Lond. 1675.

Essais sur la Providence & sur la possibilité Physique de la resurrection. traduit de l'Anglois du *Dr. Blacmore*, à la Haye 1719. 12. *Bibl. ancienne & moderne T. 13.* p. 235. seqq. *Nouvelles litteraires T. 10.* pag. 316.

Augustinus Calmet, diss. 40. Journal des Savans A. 1723. p. 585.

Hieron. Drexelius, S. I. de Christo resurgente, T. 2. Opp.

Tobias Pfannerus Theologiæ gentilis c. 19. *Mericus Casaubonus* of credulity and incredulity p. 18. 20--28. *Huetius* Alnetan. quæst. lib. 2. cap. 22. & cap. 12. §. 30. & cap. 19. §. 4. *Frid. Simonis Lœsleri, Ϛ μακαρίτου*, diss. de iis, qui inter Gentes in vitam rediisse perhibentur. Lips. 1694. 4.

D. Ioannis Adami Scherzeri programmata p. 170. seqq.

D. Georgii Neumanni, Witeb. A. 1706.

Io. Henrici Hottingeri in fasciculo dissertationum, Tigur. 1660. 4. prima de resurrectione.

D. Io. Mulleri atheismus devictus cap. IX. & X.

Dissertationes *D. Abrahami Calovii*, Witeb. 1676. *Conradi Horneji*, Helmstadii 1648. *D. Henr. Opitii* de statura & ætate resurgentium. Kil. 1707. 4.

Io. Matthiæ Meyfarti de resurrectione mortuorum. Coburg. 8.

D. Augusti Varenii de CHristo Redemptore & Resurrectione ad Vitam æternam. Rostoch. 1682. 4.

Resurrectionem è Veteri Testamento Mose, Prophetis ac Psalmis, solide confirmat laudatus D. *Abraham Calovius* T. XII. systematis Theologici p. 100. seqq. Vide etiam *Eulogium* apud Photium Cod. 230. p. 467. seq. Certe & Maccabæorum Martyrum alacritas satis testatur illam se fiduciam restituendi corporis ex sensu & usu Ecclesiæ Judaicæ illorum temporum de scriptis Mosaicis ac Prophetis imbibisse.

Resurre-

Digitized by Google

Resurrectionem futuram è solo naturæ lumine fuerunt etiam qui probare sunt conati: nec contemnendum est, quod præcipue à justitia DEI & bonitate ducitur argumentum, sed sufficit de corpore restituendo nobis constare ex Divina promissione, & rationem ac Philosophiam habere nihil, quod DEI potentiæ ac voluntati valeat opponere. Vide scripta ultro citroque A. 1698. in hac urbe de illo argumento edita à Venerandis Viris, D. Jo. Frid. Mayero, Gerhardo Meiero & Jo. Vakenio.

D. Io. Meisneri diss. de resurrectione impiorum. Witebergæ, 1652. 4. *Christoph. Cellarius* programmrte XXX. ubi oppugnat Judæorum quorundam sententiam, solos justos resurrecturos opinantium. Adversus nonnullos è Socini schola idem docentes vide quos laudat D. Jo. Olearius, ὁ μακαρίτης, synopsi errorum Socin. disp. XVI. §. 90.

Henr. Boëtbii de Resurrectione utrum ex virtute meritorum & Resurrectionis CHristi, an ex causa quadam alia futura sit. Magdeb. 1617. 8.

Friderici Dame, Præpositi Flensburg. dialogus de resurrectione mortuorum ad Legem, an ad Evangelium pertineat. Hamb. 1627. 8. Adde laudati Scherzeri programmata p. 223. sq. & Systema Theolog. Loco XX. §. 3. Gerhardum §. 56--64. Calovium Tom. 12. p. 120. Qvenstadium T. IV. p. 594. seq.

Sam. Christiani Teuberi de Resurrectione hujus carnis. Magdeb. 1708. 4. Unschuldige Nachrichten A. 1709. p. 353.

D. Balthasaris Bebelii diss. de bismorrtuis, Witeb. 1672. de resurrectione infantum nondum genitorum. Argentor. 1682.

D. Io. Frid. Mayeri diss. de conditione resuscitatorum in hanc vitam. Gryphiswald. 1702. *Nova lit. maris Baltici* A. 1702. p. 325. seq.

Homiliæ vernaculæ VII. in Ezech. XXXVII. Georgii Weinrichii, Lips. 1593. Ejusdem & Simonis Gedicci in 1. Corinth. XV. Lips. 1617. 4. Georgii Albrechti, Surgite Mortui, homiliis XXXVIII. Ulm. 1645. 4. 1669. 4. Georgii Strigenitii ossa rediviva, & sancti redivivi. Lips. 1593. 4. D. Jo. Benedicti Carpzovii homiliæ funebres T. IV. p. 454. seq. ad Jobi XIX, 25. & T. VI. p. 726. seqq.

The resurrection foundet on Justice: or a vindication of this great standing reason assigned by the anciens and moderns, wherein the objection of the learned *Dr. Hody* againft it are answered, some opinions of *Tertullian* about it examin'd, the learned Dr's three reasons

ſons of the Reſurrection inquired into, and ſome conſiderations from Reaſon and Scripture, laid down for the eſtablishment of it: by N. B. M. A. Lond. 1700. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1699. p. 745.

D. Henrici Clauſingii, Theologi Lipſ. μετεμψωματωσις veterum Gentilium æque ac hodiernorum quorundam Philoſophorum confutata, ad doctrinam de reſurrectione carnis vindicandam. Lipſ. 1724. 4. *Acta Lipſienſium Academica* XVI. p. 37. ſeqq.

D. Georgii Franckii de Franckenau, de palingeneſia ſive reſuſcitatione artificiali plantarum, hominum & animalium è ſuis cineribus, (tenui & obſcura fateor umbra futuræ noſtræ reſurrectionis) liber cum *Io. Chriſtiani Nebringii* commentario. Halæ Sax. 1717. 4. De eodem argumento D. *Io. Lud. Hanemanni* Phœnix Botanicus ſive de reſuſcitatione plantarum ex ſuis cineribus, Kilon. 4. *Henricus Meibomius* de illa dubitans in Epiſtola ad D. Theophilum Spizelium, præfixa hujus conſiderationi Corporis glorioſi. Norimb. 1662. 8. *Olaus Borrichius* de Hermetica Medicina p. 360. ſeqq. *Athanaſii Kircheri* Mundus ſubterran. lib. 12. ſect. 4. c. 5. p. 434. ſeq. *D. Io. Andreæ Schmidii* de corporum animalium palingeneſia, *Chriſtiani Schmidii*, Uratislavienſis, diſſ. de reſurrectione rerum artificiali, Lipſ. 1677. *Gregorius Michaëlis* ad Gaffarelli curioſitates inauditas p. 249 ſeq. *Joannes Gregorius* cap. 26. Obſervationum (Tom. IX. Critic. ſacr. Angl.) *Detlev Cluverus* in Hiſtoriſchen Anmerckungen Hamb. 1706. p. 105. ſeq. &c.

CAPUT XLVI.

De fine Mundi & extremo Judicio.

DE fine Mundi præcipuum exſtat opus *Alphonſi Pandulphi*, Epiſcopi Comaclenſis, vulgatum poſt auctoris obitum * à Petro de Bargelinis, Bonon. 1658. fol. Conſtat diſſertationibus novem, Prooemiali, Pythagorica, Platonica, Ariſtotelica, Stoica, Aſtronomica, Aſtrologica, Scripturali & Theologica: quarum ut argumenta breviter exequar,

I. In

* Obiit Pandulphus Ferrariæ A. C. 1648. vide Ughelli Italiam ſacram Tom. 2. p. 489. edit. novæ Venet. 1717. fol.

Digitized by Google

I. In Diſputatione *Proœmiali*, inſtituti ſui rationibus breviter expoſitis, Philoſophum ſe potius agere quam Theologum profeſſus, diſputat Mundum ſublunarem ſive terram, ut pridem diluvio ſic olim igne non deletum ſed immutatum iri, atque ſimilem mutationem cœleſtibus etiam impendere corporibus: quod accuratius diſcuſſurum ſe promittit in tractatione (quæ non vidit lucem quod ſciam) de Cœleſtibus orbibus eorumque ſtatu in fine Mundi.

II. In Diſputatione *Pythagorica* oppugnat Ocelli Lucani, *a)* Pythagorici Philoſophi, argumenta, quibus in libro de Natura univerſi ipſe & poſt eum Ariſtoteles contendit mundum hunc nunquam interiturum eſſe, quod principio careat *b)* ſcilicet, & nec in melius nec in deterius vergat: quæ utraque neque extra dubium poſita ſunt, neque firmiter concludunt. Sicut nec Philonis, *c)* ſive quisquis eſt auctor, libri de mundo incorruptibili Platonicos potius *d)* quam ſacros ſcriptores ſecuti, qui ita colligit: Si DEUS Mundum eſſet perditurus, vel nullum poſthac ille conderet, vel alium repararet, & hunc aut deteriorem, aut ſimilem, aut certe meliorem. Si deteriorem, opifex quoque deterior erit: ſi ſimilem, fruſtra ille laborabit: ſi meliorem, meliorem etiam DEUM dicemus, qui ſemper ſibi par eſt idemque. Hoc argumentum ſi valet, non potuit mori Philo, ſed neceſſe fuit eum perpetuo vivere, mortuus eſt autem, ergo videndum an potior ſit collectio ejus altera repetita ex eo, quod poſt mundi hujus interitum otioſo DEO vivere ſit neceſſe. Sed quanquam non magis Mundo noſtro quam Philone indiget DEUS, ut ab otio ſe vindicet, tamen hæc objectio non tangit quidem nos, qui novum Cœlum novamque Terram cum Prophetis & Apoſtolis exſpectamus. Eſt autem animadvertendum, quod Epicurei Providentiam negant ideo, *e)* ut otium DEO vindicent, atque ut negent Providentiam, *f)* contendunt Mundum in pejus labi. Viciſſim Ocellus ut nunquam interire Mundum efficiat, negat ullam in eo mutationem ejusmodi obſervari poſſe, & Philo veritus, ne otiandum DEO ſit, Mundi ſempiternitatem mavult omnibus viribus confir-

a) De hoc Ocelli Lucani libro ejusque editionibus dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 13. & de libro, qui exſtat inter Philonis Judæi opera, lib. 4. c. 4. num. 41.

b) Hoc confutatum ſupra p. 355. ſeq.

c) Librum de mundo incorruptibili, pro centone Philoni ſuppoſito habet Joannes Maſſon in Hiſt. Critica Hiſt. literariæ Gallice editæ T. VIII. p. 169.

d) Confer Paganinum Gaudentinum libro de Philoſophia apud Romanos c. 57.

e) Supra p. 409. p. 410.

f) Supra p. 416.

confirmare. Pandulphus autem noster probare instituit terræ fœcunditatem defecisse, p. 10. sq. montes imminutos, p. 16. sq. licet generalis mutatio in elementis, pag. 19. & corporibus cœlestibus, p. 21. sq. facta necdum sit, neque deminuta statura hominum, p. 23. numerusve & multitudo, p. 25. Vitæ autem spatium post primæva Mundi sæcula non parum defecisse & abbreviatum esse, p. 30. Transit deinde p. 47. ad novum Ocelli argumentum, quo dixit Mundum si destruendus sit, vel ab aliquo extra ipsum corrumpi debere vel à se ipso: considerat igitur pag. 48. seq. aquam, quatenus illa terram obruere possit, quod naturaliter posse fieri, contra Josephum Blancanum, S. I. negatur, p. 55. sq. Deinde p. 60. disquirit de igne, quem sive in centro terræ, sive sub concavo lunæ exstare nonnulli affirmarunt: præcipue vero de Sole, à quo naturaliter posse inflammari terram aliis placuit p. 62. sq. & de stella Canicula, p. 70. (sicut nostra ætate Cometis causam diluvii & exustionis terræ adscribere non dubitat *g)* Gvilelmus Whistonus.) Tum de Angelis, p. 77. sq. Denique contra Ocellum concludit nihil impedire, quo minus DEUS finem Mundo imponere possit, ut sacris litteris est proditum. p. 83. seq.

III. In Disputatione *Platonica* probat p. 90. seq. ex Platonis sententia Mundum habuisse exordium & materiam quoque productam à DEO fuisse, ut sibi persvaserunt etiam Platonici, Severus, Plutarchus, Atticus: licet alii ex Platonis schola, ut Plotinus, Porphyrius, Jamblichus, Syrianus, Proclus, (quem à Joanne Philopono confutatum esse, supra p. 117. notavi) & Taurus, æternum esse Mundum & initio carere affirmaverint. Nunquam tamen interiturum Mundum statuit Plato, quoniam id anima Mundi & Mente Demiurga & DEO ipso putavit indignum, p. 96. Pandulphus autem ex alio Platonis dogmate collegit non posse Mundum hunc finis esse expertem, quoniam circuitus quam ille statuit, animarum infinitus esse nequit.

IV. In Disputatione *Aristotelica* p. 109. sq. confutantur argumenta, quæ pro mundi æternitate & incorruptibilitate affert Aristoteles libro octavo Physicorum (Ocelli etiam Lucani insistens vestigiis) lib. 1. de Cœlo &c. Præcipue p. 114. seq. refellitur eorum error, qui DEUM impulsu naturæ suæ necessario operari ajunt, & contra sensum communem generis humani, libertate, quam à DEO habet homo, DEUM exspoliant. Negat p. 117. seq. Aristotelem res humanas ac sublunares Providentiæ Divinæ

g) Whistonus in theoria telluris atque aliis scriptis.

Digitized by Google

Divinæ regimine ſubtraxiſſe: qui omnes res à DEO creatas ſine novitate eſſendi, hoc eſt productas per æternam ex DEO emanationem ſtatuit. p. 128. ſeq.

V. In Diſputatione *Stoica* p. 138. ſeq. Philoſophorum illius ſectæ teſtimonia de futura per fatum conflagratione Mundi afferuntur & expenduntur, quod diligentius etiam factum eſt à B. *Jacobo Thomaſio* in exercitatione erudita de Stoica Mundi exuſtione, Lipſiæ edita 1676. 4. Vide ſis præterea Lipſium lib. 2. phyſiologiæ Stoicæ cap. 21. 22. 23. Leſcaloperium ad Ciceronem de Natura Deorum p. 445. ſeq.

VI. In Diſputatione *Aſtronomica* contra Thomam Campanellam p. 157. ſeqq. evincitur probari non poſſe, quam ille cauſam futuræ conflagrationis terræ aſſignavit Solem Telluri propius ſemper appropinquantem atque inferius deſcendentem. Deinde de ſideribus de cœlo lapſuris *b)* & Solis ac Lunæ obſcuratione agitur p. 166. ſeq. quanquam verborum ſacræ Scripturæ, ubi harum rerum fit mentio, nulla alia videtur ſententia eſſe, quam Solem & Lunam Stellasque ereptum iri conſpectui hominum, ut apud Senecam Oedipo p. 44.

Obſcura cælo labitur Phœbi ſoror.

Lucanus VII. 134. - - - *quis littora ponto*
Obruta, quis ſummis cernens in montibus æquor,
Ætheraque in terras dejecto ſole cadentem
Tot rerum finem, timeat ſibi? non vacat ulli
Pro ſe ferre metus. Orbi Mundoque i) timetur.

Livius XXII. 1. *Et Capuæ ſpeciem Cæli ardentis fuiſſe, lunaque inter imbrem cadentis.*

VII. Diſputatio *Aſtrologica* oſtendit ſtellarum viribus non deberi exuſtionem Mundi, neque ex earum aſpectibus aut conjunctionibus prædici eam poſſe, p. 276. ſeqq. fallique Pſeudo-Beroſum, qui Diluvium Noëticum conjunctioni Planetarum ♄ & ♃ in Capricorno adſcribit, p. 287. & Firmici ac Petri de Alliaco thema natalitium Mundi p. 297. exploditur. Multa fuſe etiam diſputantur adverſus Aſtrologos de viribus & influxu ſtellarum p. 209. ſeqq. multa etiam de diebus Criticis, p. 236. ſeq. & de magnete, & virtute magnetica telluris, p. 247. ſeq. quæ ad controverſiam de fine Mundi non multum faciunt. Facit autem ad præcipuum

Xxxx diſpu-

b) Conferendi interpretes ad Matth. XXIV, 29. & B. D. Joannis Cypriani diſſ. de caſu ſtellarum in fine Mundi. Lipſ. 1718. Bibl. Academica Hallenſis VIII. 93. p. 353 ſeq. Cæterum fallitur Hieronymus Magius, qui lib. III. de Mundi exuſtione c. 7. ſtellarum lapſum apud Matthæum interpretatur, meteoron illud & ἀπόῤῥοιαν ignis ætherei, quod oculis intuentium ſtellas cadentes refert.

i) Apud Lucanum eſt: *Urbi Magnoque*, (Pompejo.)

disputationis Pandulphi institutum triga dissertationum D. Jo. Friderici Mayeri, τȣ̃ μακαρίτȣ, editarum Hamburgi 1700. 4. quarum priores duæ disquirunt utrum fata Religionum *k)* suspensa sint ab astris, tertia autem, utrum fata Mundi, regnorum & urbium ab iisdem dependeant.

VIII. In Disputatione *Scripturali* Pandulphus oppugnat traditionem de Mundo per sex annos duraturo, p. 301. seq. de qua dixi in Codice Pseudepigrapho Veteris Test. T. 1. p. 1079. seq. & pariter refellit, quæ de CHristo cum Sanctis per septimum millenarium regnaturo in terris, alii somniarunt, p. 306. seq. Neque ex LXX. hebdomadibus Danielis, p. 311. seq. neque ex aliis Danielis, aut Ezechielis, aut Apocalypseos locis tempus finis Mundi certo designari posse docet, p. 325. seq. Præterea disserit de temporibus novissimis, & de appropinquante consummationis Mundanæ articulo, quæ ex sacris scriptoribus & Doctoribus Ecclesiæ afferri solent, p. 334. seq. nec non de iis, quæ ante finem Mundi debent evenire, de Evangelio per universum orbem prædicando, p. 341. seq. & de evertendo Romano Imperio, bellisque Gog & Magog, p. 358. seq.

IX. Disputatio *Theologica* denique docet tempus certum finis Mundi, neque beatis cœlitibus, pag. 370. neque Anglis pag. 372. esse exploratum, & quo sensu CHristus in κενώσει sua illud ignoraverit, pag. 378–383. qua de re præter interpretes ad Matth. XXIV, 36. & Marci XIII, 32. consules Sviceri thesaurum in voce κρίσις, ubi de Agnoëtarum hæresi, Petavium lib. 7. dogmatum Theol. de DEO cap. 4. & lib. 2. de SS. Trinitate c. 3. D. Johannem Gerhardum nostrum Loc. Theolog. de extremo judicio §. 31. Lucam Osiandrum diss. de CHristi omniscientia, Theodorum Thummium de Majestate CHristi θεανθρώπȣ p. 253. sq. & in ταπεινωσιγραφίᾳ p. 594. Justum Fewerbornium in sciagraphia Theologica de Majestate CHristi diss. 6. §. 42. seq. p. 176. seqq. ad 193. & in κενωσιγραφίᾳ sect. VI. p. 185. seq.

Augustini Steuchi, Eugubini liber de mundi exitio agnito à Gentium Philosophis, Heraclito, Empedocle, Stoicis, Epicureis, exstat ad calcem ejus librorum decem de perenni Philosphia, de quibus dicere me memini supra cap. 32. p. 634. Vide etiam illius operis lib. X. cap. 29.

Jacobus Thomasius, ὁ μακαρίτης, in exercitatione de Stoica Mundi exustione, cui subjunctæ dissertationes aliæ huc facientes de Platonica

k) Conferenda Joannis Frischmuthi dissertatio de Judæorum amentia, qui tempus adventus Messiæ ex Conjunctione ♄ & ♃ in Aquario judicare præsumunt.

nica & Aristotelica Mundi æternitate, de anno magno, de Phœnice mundi renovandi symbolo, de Origenis Mundis successive innumerabilibus. Lips. 1676. 4.

Hieronymi Magii libri quinque de Mundi exustione & die Judicii. Basil. 1562. fol.

Joannis Raji miscellaneous discourses concerning the dissolution and changes of the world. Lond. 1692. 8. *Acta Eruditor.* A. 1693. p. 15. seq.

Tho. Burnetus Theoriæ sacræ telluris l. IV. 5. & in archæologia Philosophica.

Gerb. Jo. Vossii Theses Theologicæ, diss. XVIII. *Tob. Pfanneri* Theologia Gentilis c. XVIII. *Huetii* Alnetan. quæst. lib. 2. c. 21. p. 287. seqq. *D. Thomas Ittigius* de montium incendiis p. 328. seqq. *Petrus Petitus* de Sibylla lib. III. cap. 2. & 3.

Tho. Gatakerus in Oratione de Noæ obdientia ad Hebr. XI. 7.

Benjamin Ibbots dissolution of this world by fire. Lond. 1711.

Jacobi I. Eckelundii diss. de ἐκπυρώσει Stoicorum. Aboæ 1692. 4.

Frid. Guilelmi Schleusneri quatuor novissima Gentilibus cognita. Lipsiæ 1703. 4.

Georgius Hackewillius, apologie of Providence p. 560. seqq. qui Mundi consummationem non à naturali necessitate sed DEI decreto & provida voluntate futuram esse probat p. 269. seqq.

Henricus Morus Opp. Theolog. p. 217. seqq.

D. Io. Adami Osiandri de consummatione sæculi, dissertationum sacrarum pentas. Tubing. 1667. 4.

Thomæ Draxi liber, novi cœli & nova terra. Oppenheim. 1614. 8.

Friderici Nauseæ de consummatione Mundi libri IV. Colon. 1555. 8.

D. Frid. Balduini diss. de fine sæculi. Witeb. 1625. 4.

Davidis Lundii disquisitio Theologica de excidio universi totali & substantiali. Holmiæ 1712. 8. Longe verisimilior tamen illorum est sententia, qui sicut diluvio non in nihilum terra abiit, quæ tamen ἀρχαῖος κόσμος & ὁ τότε κόσμος vocatur ab Apostolo 2. Petr. II, 5. III, 6. ita cœlos & terram docent non perituros sed mutandos, Psalm. CII, 16. sic ut novi cœli & nova terra prodeant, Apoc. XXI, 1. Hæc quam plurimorum veterum * fuit opinio ab Apostolica usque ætate (ut ex Epistola Barnabæ apparet,) per omnia

Xxxx 2 in præ-

* Vide Svicerum in κόσμος, μετάνοιησις, μεταστοιχείωσις, μετασχηματίζω, Paulum

in præsens tempus sæcula, & B. Lutheri atque recentium Theologorum suffragia produxit B. Vincentius Placcius noster, accession. ethicar. p. 327. seq. & ad calcem scripti Germanice editi de animorum immortalitate p. 93. seqq.

Io. Iacobi Breitingii vom Jüngsten Tage, ad 2. Petr. III. Zürch 1615. 8.

X. Judicium Divinum exspectare homines non CHristi tantum doctrina, sed etiam propria cujusque conscientia omnes jubet, & svadet apertissime Religio quæcunque, quæ sine hac nulla esset, Naturalis, Ethnica, Judaica, Muhamedana. Igitur apud Maimonidem articulus XI. fidei Judaicæ: *Ego credo fide perfecta, quod Creator, cujus sit Nomen benedictum, retribuat bonum illis, qui custodiunt præcepta Ejus, & puniat istos, qui transgrediuntur eadem.* Itaque & Apostolus ad Hebræos XI, 6. πιστεῦσαι δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. *Credere oportet accedentem ad DEUM, quod sit, & inquirentibus se remunerator sit.* Retributio autem illa sæpenumero in hac vita, adeo obscura est, ut idem Apostolus testetur, futurum se esse inter miserrimos mortalium, si nulla nisi hujus vitæ spes ipsi superesset, 1. Cor. XV, 9. igitur hoc uno se solatur ὅτι ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, *quod adhuc reliquus est sabbatismus* gaudii & præmiorum *populo DEI,* Hebr. IV, 9. Hæc argumentis & suffragiis (non Christianorum etiam) si quis egregie confirmata videre voluerit, ab eo consuli poterunt hæc scripta:

Gerh. Ioannes Vossius Thesium Theolog. diss. XIV. XV. XVI.
Steuchus Eugubinus de perenni philosophia lib. X. c. 24.
Tobias Pfannerus Theologiæ Gentilis cap. 20.
Huetius Alnetan. quæst. lib. 2. c. 23.
Gvilelmus Postellus de extremo judicio, Paris. 1542. 8.
Petrus Galatinus libro XII. de arcanis Catholicæ Veritatis.
Georgii Calixti liber de supremo Judicio. Helmst. 1635. 4.
Ioannes Pearsonius ad Symbolum Apostolicum p. 515. seqq. edit. Latinæ. * Francof. 1691. 4.

Hermann.

Paulum Sherlogum in dioptra Antiquitatum Ebraicarum p. 285. Elmenhorstium ad Gennadium de dogmatibus Ecclesiasticis p. 146. seq. D. Bebelium Sec. IV. antiquitatum Eccles. T. 2. p. 610.

* Ex editione quinta Anglicana Latine vertit Simon Joannes Arnoldus, Ecclesiarum Balliviæ sive Præfecturæ Sonnenburgensis Inspector. Prima editio operis præstantissimi Anglice lucem viderat Lond. 1659. 4.

Digitized by Google

Hermann. Witsius Exercitationibus ad idem Symbolum, jam quartum recusis Herbornæ 1712. 4. Exercitatione XXII.

Io. Henricus Svicerus Commentario ad Symbolum Nicæno CPolitanum, Trajecti 1718. 4. p. 292. seq. Idem in thesauro, voce κρίνω.

Petrus Heylyn in Theologia Veterum, sive Commentario Anglice vulgato ad Symbolum Apostolor. Lond. 1673. fol.

Iacobus Altingius heptade 2. diss. 7. Tomo V. Operum. *Moses Amyraldus* parte 2. diss. Salmuriensium p. 178. seqq. respondente Petro Allixio.

Gvilelmi Sherlock practical discourse &c. de morte & judicio extremo. Anglice Lond. 1692. 8. & Gallice, Davide Mazelio interprete, Amst. 1696. 8. *Nouveau Iournal de Berlin* A. 1696. p. 304.

Richardi Lucæ sermones XV. de Morte & Judicio, Anglice editi Lond. 1716. 8.

Les sermons sur la Mort & sur le Jugement, par feu *Mr. Lucas*, Auteur de la Morale de l'Evangile. Traduit de l'Anglois 1724. 8.

Roberti Bolton speculum quatuor novissimorum. Francof. 1673. 8. ex Anglico Germanice.

Iulianus Toletanus libro tertio prognosticon, T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 604. seqq.

Claudii Espencæi opera p. 413. seqq.

Theophilus Raynaudus de CHristo Judice T. 2. Opp. p. 301. seqq.

Hieronymi Drexelii Tribunal CHristi, sive judicium cujusvis hominis in morte T. I. Opp. opusculo 3.

Io. Baptistæ Mannii, Mutinensis, S. I. Tribunal DEI judicantis. Venet. 1671. 8.

Petri Thyræi, S. I. de gloriosis CHristi apparitionibus, Thaborina, qua se ipsum Apostolis suis exhibuit, & Judiciaria, qua in extremo Judicio erit conspiciendus. Colon. 1602. 4.

D. Io. Matthiæ Meyfarti Jüngstes Gericht, in zwey Büchern. Nürnberg, 1632. 1637. 1652. 1672. 8.

Homiliæ *Lucæ Pollionis*, Germanice editæ sæpius, ut Uratislaviæ 1603. Lips. 1619. 8. & è Germanico Svecice Jo. Groschio interprete. Rostoch. 1614. 8.

Georgii Albrechti tuba novissima. itidem Germanice Nordling. 1645. 4.

Nicolai Diaz, Lusitani Ord. Præd. liber de judicio universali & finali, quem

Digitized by Google

ex Lusitanico Italice vertit Julius Cæsar Valentinus, Neapolitanus. 1597.

Traitté du jugement dernier ou proces criminel, par le *P. Hyacinthe le Febure.* Journal des Sav. A. 1695. p. 327.

Angli *Wilhelmus Atterfool, Richardus Baxter, Wilhelm Fenner, Rich. Greenham, Henricus Greenwood, Jos. Mede, Samuel Smith,* de quibus Martinus Kempius p. 338. Bibl. Theolog. Anglor.

Matthæi Vegii * de quatuor novissimis: & aliorum, ut *Dionysii* Carthusiani, *Lud. Granatensis, Joachimi Hildebrandi, Christiani Chemnitii, Petri Musai.*

D. Joachimi Hildebrandi de extremo judicio, Helmst. 1657. 4.

D. Justi Fewerbornii Opera p. 1448. seqq.

D. Georgii Henrici Gœtzii diss. de annunciatione Judicii extremi à CHristo exercendi, ad Actor. X, 42. Lubec. 1713. 4.

CAPUT XLVII.

De præmiorum pœnarumque æternitate.

EA est virtutis pulchritudo, eaque in animo ex innocentiæ sensu ac conscientiâ voluptas, ut citra præmiorum etiam & suppliciorum sempiternorum respectum hanc Ethnico homini Ciceroni testationem expresserit III. 8. de officiis: *satis enim nobis, si modo in Philosophia aliquid profecimus, persvasum esse debet, si omnes Deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.* Ante Ciceronem Plato lib. X. de Republica p. 504. solenni præconis voce beatissimos palam pronunciat operantes virtuti, sceleratos autem, etiamsi tyrannos, infelicissimos, ἐάν τε λανθάνωσι τοιοῦτοι ὄντες ἐάν τε μὴ πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεούς. *sive lateant sic affecti homines, sive non lateant universos homines pariter atque Deos.* Attamen nec latere nos posse DEO aut potentiam ejus effugere: & præmia piis esse proposita Divinitus, impios autem certissimas manere pœnas, jam confirmatum dedi capite XIX. & superiore XLVI. In præsenti igitur referre juvat scriptores, qui æternitatem suppliciorum quam sceleratis tam diserte totiesque comminantur Divina oracula, ab objectionibus Origenia-

* T. 26. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 745. seqq.

Digitized by Google

genianorum * Deiſtarumque liberant: & qui ſpem gaudiorum cœleſtium quibus poſt hanc vitam in æternum beabuntur pii, vel argumentis atque SS. Scripturarum (non Novi tantum, ſed Veteris etiam Teſtamenti,) teſtimoniis confirmarunt, vel quantum ex ſacris litteris fas eſt facere, deſcribenda ſibi ſumſerunt, quæ nec oculus vidit, neque auris audivit, & quæ nemini unquam venerunt in mentem, quæ DEUS præparavit iis, qui ipſum amarunt vel oderunt, quoad in hac eis vita eſſe contigit.

Conſiderations ſur la certitude & ſur la grandeur des recompenſes & de peines du Monde a venir, tirées des écrits de cinq celebres Auteurs Anglois en ſix lettres, par *Renaud Boullier*, Paſteur refugié. Roterdam. 1709. 8. Quinque illi Doctores Angli, ex quorum ſcriptis Boullierius argumenta pro præmiorum pœnarumque æternitate ſelegit, ſunt *Wilkinſius*, *Bateſius*, *Tillotſonus*, *Scottus* & *Goodmannus*. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1709. p. 674.

De eodem argumento conſulendi, *Daniel Whitby* in appendice Commentariorum Anglice editorum ad Novum Teſt. ad 2. Theſſalon. 1.

Edwardi Lake ſermon of hell torments. Lond. 1703.

Henrici Dodwelli Scripture account of the eternal rewards or puniſhments of all that he[illegible] of the Goſpel, Lond. 1708. 8. *Hiſtory of the works of the learned* A. 1708. p. 169.

Gvil. Beveregius T. 2. ſermonum Anglice editorum, ſermone octavo.

Jacobus Saurinus Tom. 2. ſermonum editorum Gallice, ſermone V. ad Apocalypſ. XIV, 11.

Traité ou l'on prouve l'eternité de bonheur & de malheur aprés la mort, & la neceſſité de la Religion, dans le nouveau recueil des pieces fugitives par Mr. l'Abbé *Archimbaud*. Pariſ. 1717. 8. T. 1. ſtatim ſub init. *Europe Savante T. 1.* p. 260.

De la

* Origenes ipſe lib. VI. contra Celſum p. 301. fatetur minus tutum eſſe hanc de ceſſaturis poſt aliquod tempus pœnis ſententiam proferre in publicum propter eos, qui μόγις φόβῳ τῆς αἰωνίȣ κολάσεως vix ſempiternorum metu ſuppliciorum à flagitiis abſterreri ſe patiuntur. Facile tamen crediderim hos, qui non modo amore DEI, monitis ac promiſſis ſempiternæ ſalutis duci ſe haud patiuntur, ſed tanta etiam ſunt malitiæ pertinacia, ut pœnas longiſſimas & exquiſitiſſimas, quas impiis paratas eſſe Chriſtiani omnes & quotquot DEUM & Providentiam credunt, conſentiunt flocci faciant, vel non credant, etiam parum curaturos eſſe, ſi quis omni fine carituras ex ſacris litteris oſtendat.

De la realité des biens & des maux à venir, contre les Sceptiqves & Impies. Roterdam 1693. 8. *Boeckfaal van Europe* A. 1693. T. 2. p. 370. *Histoire des Ouvrages des Savans* A. 1692. Octobr. p. 100.

Philippi Boskhieri, Ord. Minorum, Orbis terror, seu Concionum de finibus bonorum & malorum libri duo. Duaci 1603. 8.

B. D. *Joannes Mullerus* in atheismo devicto cap. XII. p. 334. seqq.

G. G. Leibnitii & H. Huthmanni admonitiones MStæ ad Ernesti Sonneri,* Prof. Altdorfini demonstrationem Theologicam & Philosophicam compositam A. 1603. quod æterna impiorum supplicia non arguant DEI justitiam sed injustitiam. Adde laudati Leibnitii Theodiceam §. 266--272. p. 450--459. Amplissimi nostri Bartholdi Henr. Brokes Irdisches Vergnügen in GOTT p. 411. seqq. edit. secundæ. Hamb. 1724. 8.

Sam. Christiani Teuberi diss. de Origenis apocatastasia.

Anonymi Untersuchung der Lehre von Wiederbringung aller Dinge. Unschuldige

* Simile scriptum contra æternitatem pœnarum, Anglice A. 1658. editum. & Lond. 1708. 8. recusum in Tomo secundo collectionis, *The Phenix, or a revival of scarce and valuable pieces*, p. 427. seq. Auctorem illius esse Richardsonum quendam esse notatur in Actis Erud. A. 1709. p. 107. In eadem collectione T. I. p. 1. seq. iterum exhibetur libellus alius, in quo eadem propugnatur sententia velut Origeni pridem probata: a letter of resolution concerning Origen and the chief of his Opinions, by C. L. Esqvire, quod prodierat Lond. 1661. 4. Cæterum de Origenis opinione consulenda Huetii Origeniana lib. 2. quæstione undecima p. 151. seq. Nostra ætate hæc sententia acerrimos defensores nacta est in Anglia & Germania. In Anglia quidem Janam Leadiam in libello, cui titulum fecit æterni Evangelii, a revelation of the everlasting Gospel-message, that by the blood of the everlasting Convenant all Prisoners shall be free. Lond. 1697. 8. Idem Germanice etiam versus prodiit hoc titulo: Das Ewige Evangelium/ die allgemeine Wiederbringung aller Creaturen/ von einem Mit-Gliede der Philadelphischen Gesellschafft. Nebst einem kurtzen Anhange von einigen Harmonischen Schrifft-Stellen/ und verschiedenen sonderbahren Zeugnissen Lutheri. 1698. 8. In Germania D. Joannem Wilhelm Petersenium in mysterio ἀποκαταστάσεως πάντων eiusque apologiis Germanice editis 3. Volum. fol. (Unschuldige Nachrichten A. 1702. p. 179. A. 1703. p. 261. 352. 406. 482. 484. 518. A. 1705. p. 789. A. 1710. p. 787.) Georgium Paulum Siegvolk in dem allen Creaturen zu predigen befohlnen Evangelio: Klein Nicolai in der Vorstellung. &c. Vide etiam Petri Serarii tum alia scripta tum librum quartum Psalmorum, sive arcanum redemtionis Amst. 1668. Anonymi entretiens sur la restitution generale de la Creation &c. De aliis hujus opinionis post Origenem defensoribus vide relationes novantiquas, Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen A. 1702. p. 179. A. 1703. p. 833. His addendus etiam Jo. Bodinus colloquii heptaplomeris libro ultimo.

Digitized by Google

dige Nachrichten A. 1702. p. 436. 532. 660. 865. 981. 1114. 1133. A. 1703. p. 784.

Anmerckungen über Klein Nicolai Vorstellung. id. A. 1717. p. 1015. seq.

D. Franciscus Clingius im richtigen Weg-Weiser.

Lud. Melchioris Fischlini theatrum mysterii ἀποκαταστάσεως πάντων destructum, oder Beweiß, daß das so genannte Ewige Evangelium von Wiederbringung aller Dinge falsch, und in der Heiligen Schrifft nicht gegründet sey. Ulm. 1715. 8. secunda auctior editio.

Ejusd. Völlige Uberzeugung wider D. Petersens Ausflüchte. ibid.

D. Zachariæ Grapii examen æterni Evangelii, Rostoch. 1699. 4. diss. inauguralis præside D. Joanne Fechtio.

Ejusdem Beantwortung zweyer curieusen Problematum. in Unschuldigen Nachrichten A. 1716. p. 125. seq.

M. Jo. Hensters Cüstrinischen Predigers Aufrichtige Unterredung eines Athenienfers und Berrhoëensers. 1702. 4. Francof. an der Oder.

Henrici Horchii (qui pridem fecerat cum Peterfenio *) Filadelfische Versuchungs-Stunden, Marburg 1715. 4.

Ejusd. Der unter dem Zeugniß JESU sich verstellende Weissagungs-Geist. 1718. 4. Vide Bibl. Theologico Hist. Bremensem T. 3. p. 172.

B. D. Thomas Ittigius in exercitatione Theolog. de novis fanaticorum quorundam nostræ ætatis purgatoriis, Lips. 1703. & in diss. inaugurali de Evangelio mortuis annunciato ad 1. Petr. IV, 6. Lipsiæ, 1699. & in Enneade dissertationum, Lips. 1702. 8. in cujus præf. Vindiciæ illius diss. adversus Agathophilum & Philaletham continentur.

Gottlieb Kochii ἀποκατάστασις πάντων, ad Actor. III, 21. Magdeb. 1700. 8.

Ferdinandi Helfreich Lichtscheid Christliche Gedancken vom Ewigen Evangelio. 8. Laudat hunc scriptorem B. D. Adamus Rechenbergius diss. de justitia DEI Vindice §. 40.

Jo. Merkers, Predigers zu Essen, von dem Zustande nach dem Tode, 1704.

D. Jo. Georgius Pertschius adversus Peterfenium & auctorem scripti versi ex Anglico & Germanice 1698. in 12. editi. Verhandlung von der Höllen, de quo Unschuldige Nachrichten A. 1707. p. 426.

Jo. Werneri Pistorii, Archidiaconi zu S. Marien in Stendel, Ewiges Zorn-Gerichte GOttes. Magdeburg, 1700. 8.

D. Jo. Andreæ Schmidii diss. de Pseudo-Evangelio æterno. Helmst. 1700. 4.

* Unschuldige Nachrichten A. 1707. p. 387.

Digitized by Google

D. Jo. Schwertneri Schrifftmäßige Untersuchung der Frage, Ob die Verdammten dereinst aus der Hölle wiederum gelassen zu werden annoch einige Hoffnung haben? ad 1. Cor. XV, 20--28. & 1. Petr. III, 18. 19. 20. Pirnæ 1707. 4.

D. Christoph. Sonntagii Vindiciæ Augustanæ Confess. artic. 17. *Damnant Anabaptistas, qui sentiunt hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum esse.* Altdorf. 1708. 4.

D. Sam. Christiani Teuberi contra Origenianam omnium rerum ἀποκατάστασιν. Magdeb. 1708. 4.

B. *Joannes Wincklerus* noster præf. ad B. Henrici Horbii Conciones in Passionem CHristi, Germanice editas Hamb. 1700. 8.

L. Joannis Jacobi Wolf Anmerckung über die Frage, Ob nach diesem Leben eine allgemeine Wiederbringung aller Creaturen in Warheit zu hoffen, und krafft derselben sowohl die gefallene und verdammte Engel und Teufel, als auch Menschen, zum ewigen Leben, da GOTT alles in allen seyn wird, ohnfehlbar werden herwiedergebracht werden? Helmst. 1698. 8.

D. Christoph. Matthæi Pfaffii de Cœlo beatorum. Tubing. 1722. 4.

Singulari studio doctrinam de vita æterna illustravit *Georgius Albrecht*. * Superintendens Nordlingensis, in præclaro opere, quod inscribitur: Gaudium super omne Gaudium, oder Erklärung des Artickels vom Ewigem Leben, in LXXV. Predigten. Hall in Schwaben, 1641. 4. Hasce Conciones in compendium misit, & novissime edidit *Joannes Cruse*, Pastor Ecclesiæ Perlebergensis, Die Ewige und über alle Massen wichtige Herrlichkeit der Ausserwählten in fünf und siebenzig Betrachtungen von Ewigen Leben. Berlin. 1724. 8. In septem primoribus momentum hujus doctrinæ & nomina vitæ æternæ, cœli, paradisi, hæreditatis cœlestis & templi sancti expendit. Deinde verissime exspectanda piis esse æterna gaudia probat in consideratione octava & seqq. non modo ex sacris litteris, earumque testimoniis, exemplis, typis ac similitudinibus: oppositioneque suppliciorum æternorum & prægustu vitæ æternæ, sed etiam ex argumentis petitis à DEO ipso & hominibus. Porro consideratione XXVIII. seq. de bonis vitæ æternæ tam privativis quam positivis animæ pariter & corporis. Et de tempore vitæ æternæ Consid. LXII. seq. de gradibus, Consid. LXIV. & causis

* Exstant etiam ejusdem B. Alberti Conciones de Morte, Resurrectione mortuorum, Judicio extremo, Consummatione sæculi & de Inferno, quas similiter abbreviatas subjicere prælo & lectoribus Christianis offerre promisit Rev. Crusius.

Digitized by Google

& causis, LXV. seq. De illis, qui vitam æternam sibi possunt certo per CHristum promittere. LXIX. sq. De via ad vitam æternam calamitatibus & molestiis obsita, Consid. LXXII. Denique de utilitate hujusmodi doctrinæ, & quod diligenter recolere eam memoria, & gratias pro illius cognitione persolvere DEO Opt. Max. debeamus. Considerat. LXXIII--LXXV.

A discourse concerning the certainty of a future and immortal state, in some moral, physical and religious considerations, by a Doctor of Physick. Lond. 1706. 8. *Acta Erud.* A. 1707. p. 183.

Joannis Crocii, Theologi Cassellani, conversationes Prutenicæ, sive problematum de glorioso DEI & Beatorum cœlo, & corporum gloriosorum dotibus partes 1. 2. Berolin. 1618. 8. cum Joannis Bergii Epistola Apologetica adversus *Joannem Behmium*, Theologum Regiomontanum.

Free thougts in defence of a future state, as discoverable by natural reason, and stript of all Superstitious appendages: demonstrating against the nominal Deists, that de consideration of futur advantages is a just motive to vertue, of future loss and misery, a powerfull and becoming restraint of vice: with occasional remarks on a booke entitul'd: *An inquiry concerning vertue:* and a refutation of the reviv'd Hylozoicism of Democritus and Leucippus, Lond. 1700. 8. *History of the works of the learned* A. 1700. p. 161. Idem argumentum multis persecutus est *Joannes Benignus Bossvetus* in scriptis variis Gallice editis adversus Fenelonium, Archiep. Cameracensem, qui cum Mysticis quibusdam amare DEUM sine respectu ad præmia aut pœnas svadebat.

The substance of a late conference with M. S. concerning the rudiness of Atheistical discourses, the certainty and eternity of hell-tourments, the truth and Authority of the holy Scriptures: published pursuant to his Majesties injunctions to suppress irreligion and Atheism: by *William Asheton*, D. D. Rector of Beckenham in Kent. Lond. 1691. 8. *History of the works of the learned* p. 95.

B. Lic. *Daniel Griebneri* Betrachtung des Andern und ewigen Todes, darinnen nach Anleitnng XXIV. Biblischer Sprüche sowohl die ausführliche Höllen-Beschreibung, als auch die klügliche Höllen-Entfliehung, deutlich und Schrifftmäßig fürgestellet wird. Lips. 1683. 8. Die andere Andacht von der Gewißheit der Höllischen Verdammniß, über

Psalm. XXI, 9. 10. Die zehnde von der Ewigkeit derselben aus Apoc. XX, 10.

Jo. Tillotsoni sermo de æternitate pœnarum, quæ manent impios, primus est in tomo quinto sermonum magni illius viri Gallice versorum à Joanne Barbeyraco, Amst. 1715. 12. *Bibl. choisie de Mr. le Clerc* p. 292. seqq. T. 7. vide & T. 6. p. 422.

Wilhelmi Sherlock discours concerning the happiness of good Men, and the punisment of the wicked in the next world. Lond. 1704. 8. Unschuldige Nachrichten A. 1705. p. 116.

D. Sigfridi Sacci Erklärung des Artickels vom Ewigen Leben in XX. Predigten. Magdeb. 1594. 4.

M. *Abrahami Lehmanni* Höllen-Quartier. Witenb. 1639. 8.

S. Prosper Epigramm. 37. p. 635. edit. novæ:

Semper erunt, quod sunt æterna gaudia Vitæ,
Gaudendi quoniam caussa erit ipse DEUS.
Nec varios pariet motus diversa Voluntas,
Unum erit in cunctis Lumen, & unus amor.
Inque bonis summis posita experientia felix,
Nec volet augeri, nec metuet minui.

B. D. Philippi Nicolai Theoria vitæ æternæ, Historische Beschreibung des Geheimnisses vom ewigen Leben in fünf Büchern. Hamb. 1606. 1611. 1628. 1651. 4. & inter opera Germanice edita Hamb. 1617. fol.

Ejusdem Freuden-Spiegel des Ewigen Lebens oder gründliche und erbauliche Beschreibung des seeligen Zustandes der auserwählten Seelen in dem himmlischen Paradieß bereits für dem Jüngsten Tage, und darauf folgenden vollkommenen ewigen Herrlichkeit und lieblichen Wesens, beydes Leibes und der Seelen in dem Himmel. Francof. 1598. & inter Opera Germanice edita Hamb. 1617. fol. & separatim sæpius, ut 1633. 1649. 4. & novissime Hamb. 1707. 8. cum præf. B. D. Jo. Frid. Mayeri, addito laudati Nicolai sermone de CHristo arbore Vitæ, ad Hoseæ XIV, 9. seq. ex edit. Hamb. 1606.

Vita æterna ex lumine Naturæ ostensa & ex Pentateucho Mosaico evicta, auctore *D. Joachimo Hildebrando*, Superintendente supremo Comitatuum Luneburg. Helmst. 1684. 4. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1685. p. 1173. *Acta Erud.* A. 1685. p. 27.

Jo.

Jo. Petri Ludewig vita æterna ex ratione, gentiumque concentu demonſtrata. Halæ Sax. 1696. 5. & inter opuſcula miſcella junctim edita ibid. 1719. fol.

Andreæ Muſculi vom Himmel und Hölle. Francof. 1559. 4. Monatliche Unterred. A. 1717. p. 725.

D. Ioannis Georgii Neumanni diſſertatio de brabeo ante victoriam. Witebergæ 1707.

Judicium Theologicum D. Hectoris Godfr. Maſii, an fidelis in hac vita habeat vitam æternam? cum D. Bartholdi Botſacci judicio de B. D. Joſuæ Schwartzii ſcripto poſtumo ejusdem argumenti, A. 1709. & inter Maſii diſſ. junctim editas Hamb. 1719. 4.

Traité de la Vie Chrétienne & de ſa derniere fin, traduit de l'Anglois du Docteur *Scott*. Amſt. 1699. 12. duobus Volum. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1699. Novembr. p. 553.

Simon. Patrick, Epiſcopus Elienſis, in parte ſecunda operis, quod inſcripſit the witneſſes of Chriſtianity or the Certainty of our Faith and Hope. Lond. 1706. 8. *Nouvelles de la Republ. des lettres* A. 1708. T. II. p. 264. ſeqq.

The future ſtate, or a diſcourſe attemting ſome diſplay of the Souls happineſs in regard to the eternal progreſſive knowledge or eternal increaſe of knowledge, and the conſequence of it, which is amongſt the bleſſed in heaven. Lond. 1683. 12. *Bibl. Univerſelle* T. XII. p. 59. Idem libellus Gallice verſus prodiit Amſt. 1700. 12. *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* A. 1700. p. 471. & Belgice Roterd. 1696. 12. *Boeckſaal van Europe* A. 1696. p. 198.

Rich. Blackmorii diſſ. de felicitate juſtorum poſt hanc vitam, in collectione vulgata Anglice, quæ inſcribitur: Eſſays upon ſeveral ſubjects, T. 2. Lond. 1717. 8. *Bibl. Angloiſe* T. 1. p. 378.

D. Io. Fecbtii Conſideratio ſtatus damnatorum. Spiræ A. 1683. 4. *Acta Erud.* A. 1685. p. 179.

Iac. Windeti מנחרין · בלולרין ſive ϛρωματεὺς ἐπιϛολικὲς de vita functorum ſtatu, ex Hebræorum atque Græcorum comparatis ſententiis concinnatus, cum corollario de Tartaro Apoſtoli Petri, in quem prævaricatores Angelos dejectos memorat. Lond. 1663. 4. & in tomo quarto faſciculorum Thomæ Crenii, Roterd. 1694. 8. adde

 Bibl.

Bibl. Choisie Tom. I. *History of the works of the learned* A. 1704. pag. 78.

Geestlyck graad-boek, door *Ioann C V. Bleiswyk.* Delphis 1686. 4. de gradibus præmiorum & pœnarum in vita futura.

Sentimens du Monde & de l'Eternité & le Chrétien desabusé du Monde, ex Gallicis & Germanicis versibus, Gotfrido Langhans interprete. Uratislav. 1724. 4.

Rapini, S. I. la vie des predestinez dans la bienheureuse Eternité. Paris, 1684. 4.

CAPUT XLVIII.

De Angelis & Dæmonibus.

NOn est ita doctrina de Angelis ac Dæmonibus Christianæ Religioni peculiaris, ut ab Judæis & Muhamedanis vel vocetur in dubium, vel negetur, aut non probetur etiam Ethnicis & plerisrisque omnibus Philosophis Ethnicorum: neque absurde judicavit, qui professus est eum * quisquis primus spiritus hosce DEO inferiores dari vel observavit vel docuit, magnum lumen attulisse rebus, & magna caligine Philosophiam liberasse. Interim si quis contendat demonstrari eos certe non posse ex solo rationis sibi relictæ lumine, † sed ignorationem potius suam profiteatur in exponendis tot phænomenis, aut corporalibus viribus illa tribuat, quæ spiritibus alii, & nihil ajat se agnoscere inter DEUM & corpora medium: saltim is longius etiam aberit ab liquida paradoxæ hujus sententiæ suæ demonstratione adversus tot ætatum, tot gentium, tot Religionum suffragia, veteris Judaicæ præsertim ac Christianæ, Divinis nixarum oraculis, & tam certis alioqui argumentis. Ut autem

* Plutarchus de defectu Oraculor. p. 415. ἐμοὶ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταὐτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες. Ibidem Persarum antiquissimos & Thracum & Ægyptiorum & Phrygum Græcorumque docet in hoc consensisse.

† Confer Theoph. Raynaudum T. V. Opp. pag. 42. seq. B. D. Scherzeri diss. de Angelis A. 1659. §. 4. & in Systemate Theolog. Loco IV. de Angelis §. 2. D. Jo. Schmidii diss. de angelis ex lumine naturæ non demonstrabilibus. Lips. 1672. Joachimi Hartwigi Turban. angelorum existentiam ex obsessorum effectibus non posse demonstrari. Witeb. 1701.

autem & de consensu illo, & de testimoniis & de rationibus præterea magis possit constare, quæ pro dogmate hoc allegari merito, & antiquis ac recentibus Epicureis atque Sadducæis opponi possunt debentque, juvabit adire scriptores, quorum elenchum infra subjeci. Fabulas autem & commenta anilia de larvis dæmonum ac ludibriis tueri nec Christiani esse nec sani hominis existimo: pariter tamen & parum sani & minime Christiani hominis est cum præstigiis ejuscemodi ac nugis res etiam certas & testatissimas vel vocare in dubium vel rejicere & naso suspendere.

Thomas parte 1. summæ quæst. 50. & lib. 2. contra gentes c. 46.

Aug. Oregius, & *Dionysius Petavius* dogm. Theol. de Angelis, & alii scriptores Locorum Theolog. communium.

Hectoris Godfridi Masii de existentia dæmonis quatenus è naturæ lumine innotescit. Havniæ 1682. 4. & ad calcem schediasmatis de Diis Obotritis, 1688. 8. & inter dissertationes junctim editas, Hamb. 1719. 4.

Ioannes Crellius de DEO, capite sexto.

Scriptores Pnevmatices & Theologiæ Naturalis, de quibus supra Cap. XIX.

An essay upon reason, and the existence of Spirits, by *Richard Burthogy*, M. D. Lond. 1694. *compleat library* p. 100.

Gisberti Voëtii de Angelis problemata, T. V. diss. select. p. 241. seqq.

Livius Galantes comparatione Theologiæ Christianæ cum Platonica, p. 173. seq. & libris integris V. VI. VII. ubi de angelis, quemadmodum XIV. XV. XVI. de dæmonibus.

Augustinus Steuchus Eugubinus libro VIII. perennis Philosophiæ.

Gerh. Io. Vossius Theologiæ Gentilis lib. 1. c. 6.

Tobias Pfannerus systemate Theol. gentilis c. 6.

Andreæ Cæsalpini dæmonum investigatio Peripatetica. Florent. 1580. 4.

Rich. Baxters certainty of the worlds of spirits, or historical discourse of apparitions and witches. Lond. 1691. 8.

B. D Augusti Pfeiferi anti-Melancholicus p. 572. seqq.

Ottonis Casmanni Angelographia, Francof. 1597. 8.

Josephi Glanvil, Judaismus triumphates, or consideration concerning witches and apparitions. Lond. 1688. 8. & editio tertia Lond. 1701. 8. *Histoire des Ouvrages des Savans* A. 1701. p. 405. Germanice Hamb. 1701. 8.

Huetius

Huetius lib. 2. cap. 4. Alnetan. qüæst.

Ioannes Bona de discretione Spirituum. Rom. 1674. 4. & inter Opera Antwerp. 1694. fol. *Giornale di Roma* A. 1674. p. 1.

Dissertation sur ce qv'on doit penser de l'apparition des esprits. Paris 1707. *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1707. p. 34. *History of the works of the learned* A. 1707. p. 67.

Ioannis Casp. Westphali, Academici curiosi pathologia Dæmoniaca. Lipsiæ, 1707. 4. *Acta Erud.* A. 1708. p. 130. *Nouvell. de la Rep. des lettres* A. 1709. p. 166.

Io. Ernesti Flœrckii, J. U. D. commentatio erudita de crimine conjurationis spirituum, ejus processu & pœnis, præmissis nonnullis ad Magiam supernaturalem, Divinam, dæmoniacam & humanam, nec non Theurgiam, Cabbalam & Theologiam mysticam pertinentibus. Jen. 1721. 4.

D. Mich. Færtschii diss. de pactis cum diabolo. Jen. 1716.

Varia scripta contra *Dellonum* & orbem fascinatum *Balthasaris Beckeri* edita ab *Ioanne Aalstio, Everhardo van der Hoogt, Henrico Grœnewegen, Melchiore Leydeckero, Paulo Steen, Simone de Vries, Ioanne van der Weyen* &c. Boeksaal van Europe A. 1692. 1693. Bibl. Universelle Tom. 21. p. 122. T. 22. p. 187. &c. V. C. Mich. Lilienthal in selectis literariis Observat. 2.

B. *Ioannis Winckleri* nostri, Theologi laudatissimi & Rev. Ministerii Hamb. Senioris, die warhafftig vom Teufel erduldete Versuchung Christi, aus Matth. IV, 1-11. Hamb. 1694. 4.

Augustini Calmet, Benedictini, dissertatio XXXIII. de obsessione dæmonum, inter Gallice editas Paris. 1722. 4. *Iournal des Savans* A. 1723. p. 342.

Ella Henrici Henckelii Ordo & methodus cognoscendi & curandi energumenos. Francof. 1689. 8.

An historical essay concerning witchcraft, with observations upon matters of fact, tending to clear the text of the sacred Scriptures, & confute the vulgar errors about that point. And also two sermons, one in the proof of the Christian Religion, the other concerning the good end evil Angels, by *Francis Hutchinson*. Lond. 1718. 8. *Bibl. Angloise* T. 4. p. 78. T. 5. p. 459.

Io. Websters, Medici, the displaying of supposed witchcraft, Lond. 1673. & Germanice cum præf. D. Christiani Thomasii, Hall. 1719. 4.

Expen-

Digitized by Google

Expendenda etiam Pſelli de operationibus dæmonum, Diſquiſitiones Magicæ Martini Delrio, & ſcripta Wieri ac Bodini, Anglorumque Tobiæ Tandleri, Raynaldi Scoti, Ady, Wagſtafii, & Gallorum Henrici Bogveti, Logeri, nec non Bordeloni l'hiſtoire des imaginations de Mr. Ouſle, & abunde credulorum Johannis Beaumont, Nic. Remigii, Petri Goldſchmidii &c. Tum ſcripta, quibus titulus: malleus maleficarum, flagellum dæmonum, fuſtis dæmonum, theſaurus exorciſmorum &c. Sed &: Unfug des Hexen-Proceſſes. Halle 1703. 4. duobus Voluminibus, collectore Joanne Reichio, J. U. L.

CAPUT XLIX.

Chriſtianiſmi propagatio, Iudaeorum Ethnicorumque converſiones.

VEtus in Eccleſia uſus ac mos fuit * poſt Paſchatos feſtum publicis prælegere cœtibus Chriſtianorum & meditandum exponere *Actorum Apoſtolicorum* librum, ut omnes admirandam Eccleſiæ propagationem ſolius Reſurrectionis CHriſti fructum, ſine vi ſine arte humana tantis ſucceſſibus contra Judæorum Ethnicorumque, fruſtra obnitentium conſilia, artes & potentiam feliciter capientem incrementa cognoſcerent, atque hac etiam atque etiam conſiderata tanto minus poſſent de veritate ac Divinitate Religionis Chriſtianæ dubitare. Neceſſe ſane eſt commoveri unumquemque hoc ſerio & ſine calumnia expendentem, obſervantemque quomodo à tenuiſſimis initiis per medias easque graviſſimas perſecutiones hæc non modo non defecerit, ſed duris ut ilex tonſa bipennibus per damna, per cædes ab ipſo duxerit opes animumque ferro, & eo tandem ſit res deducta, ut ipſi illi manus dederint perſecutores, magna orbis pars ab Apoſtolis impleta ſvavi Evangelii voce, Mundi ſapientes ex deriſoribus facti diſcipuli, Reges ipſi ac Principes & Imperatores ſalutari ſe CHriſti jugo ſubmiſerint. Ut hodieque etiam poſt tot ſæculo-

* Chryſoſt. homilia LXVI. de diverſis locis N. T. T. 5. edit. Ducæi p. 842. Auguſtinus tractat. 6. in Johannem, Euthalius in Clariſſ. Zaccagnii monumentis veteribus editus p. 443. & Lex Theodoſii de feſtis libro XV. Codicis Theodoſ. tit. 5. lege 5.

ſæculorum decurſum non modo per totam Europam, ſed & in multis ac magnis Aſiæ, Africæ & Americæ regionibus JESU Nomen honoretur, idololatria exulet, ſitque ſpes firma ac fiducia, non modo portas inferorum non eſſe prævalituras unquam ad lumen hocce extinguendum, ſed etiam latius latiusque ſemper proferendum fore, quod jamdudum per omnem orbis amplitudinem fuiſſet factum, ſi qui vocantur, re quoque Chriſtiani eſſe non negligerent.

Præter commentarios ad *Acta*, & *Euſebii* aliorumque *Hiſt. Eccleſ.* & *Annalium Eccleſiaſticorum* ſcriptores, huic argumento uberius confirmando facient:

Lactantii liber de mortibus perſecutorum, de quo ſupra p. 237.

B. D. *Chriſtiani Kortholti*, de perſecutionibus Eccleſiæ primævæ ſub Imperatoribus Ethnicis liber, Jen. 1660. 8. & ex altera meliore editione Kil. 1689. 4. & Germanice Hamb. 1698. 8.

Tillemontius res perſecutionum inſigniter illuſtrans non modo in memoriis Hiſtor. Eccleſ. ſed etiam in primis ſæculis Hiſtoriæ Imperatorum Gallice edita.

Martini Lidgren diſſ. de propagatione Religionis Chriſtianæ ſub Ethnicis Imperatoribus. Upſal. 1720. 8.

Chriſtophori Cellarii programma XXXIX. de Lumine gentium, quod primo Chriſtianorum ſæculo orbem terrarum illuſtravit, p. 272. ſqq. & XLIII. de bonorum alioqui Principum, Ulp. Trajani, M. Antonini & Sept. Severi acerbiore in Chriſtianos affectu, p. 300 ſqq.

Henrici Dodwelli diſſ. XII. Cyprianica de primorum martyrum fortitudine ejusque cauſis.

Gothofredi Gleitſmanni diſſ. de heroica primorum martyrum conſtantia. Lipſiæ 1687. 4.

Theodorici Ruinarti Acta Martyrum ſelecta, iisque præmiſſa diſſertatio qua Dodwelli diſſ. XI. Cyprianica de paucitate Martyrum refellitur. Eadem Ruinardi præfatio præmiſſa Lactantii libro de mortibus perſecutorum ex editione Pauli Bauldry, Traject. 1693. 8. Contra Dodwellum vide etiam quæ diſſerit erudítiſſ. *Lud. Antonius Muratorius* T. 2. Anecdotor. Latin. pag. 200. ſeqq. *Io. Mabillonius* T. 1. muſei Italici p. 138. ſeq. De aliis Martyrologiorum ſcriptoribus dixi Volum. IX. Bibl. Græc. à quibus utinam par fides ſemper fuiſſet adhibita, quam argumenti pretium ac dignitas requirebat, præcipue cum non indigeat mendacio veritas, ſed illo potius

valde

Digitized by Google

valde obſcuretur. Bene tamen eſt, quod de antiquiſſimis temporibus & rebus maximis teſtimonia ſincera & omni majora exceptione fidem non inficiandam faciunt.

Franciſci Burmanni, filii, Oratio de perſecutione Diocletiani, ejusque exitu glorioſiſſimo. Ultraj. 1719. 4.

Ioannis Morini Hiſtoire de la delivrance de l'Egliſe Chrétienne par l'Empereur Conſtantin. Pariſ. 1630. fol.

Ioannis Ens Oratio inauguralis de perſecutione Juliani. Ultraj. 1720. 4.

Benedicti Picteti Oratio de CHriſti trophæis, Evangelii progreſſibus & populorum ad CHriſtum converſione, Genev. 1712. & ad calcem decadis diſſ. Theol. de Relig. Chriſtianæ præſtantia ac Divinitate. Genev. 1719. 8.

De *Ioſephi Acoſta*, *Io. Hoornbeckii*, & aliorum ſcriptis, ubi de propagatione Evangelii in remotas regiones agitur, dictum ſupra p. 471.

Andrea Perez de Ribas hiſtoria de los triumfos de Fee entre gentes las mas barbaras y fieras del nuevo Orbe. Madrit. 1645. fol.

Iac. Triglandii oratio inauguralis de legitima fidei propagandæ ratione. Lugd. Bat. 1686. 4. *Bibl. Univerſelle* T. 1. p. 420.

Interpretes ad Philipp. I, 15. 16. 17. 18. & in abutentes illo dicto, homilia S. Chryſoſtomi, quæ incipit ὅ φαρισαίοις καὶ πλείους, T. 3. edit. luculentæ Montfauconianæ p. 300.

Relazioni del viaggio e Miſſione di Congo nell' Ethiopia inferiore Occidentale, del P. *Antonio Zucchelli* de Gradiſca. in Venezia 1712. 4. Neuer-Bücher-Saal XXVIII. p. 263.

Creſcentii Matheri Epiſtola de ſucceſſu Evangelii apud Indos Orientales. Lond. 1697. 8.

Philippus Rovenius de Miſſionibus ad propagandam Fidem & Converſionem Infidelium. Pariſ. 1625. 8. Lovan. 1638.

Thoma à Ieſu, ſtimulus miſſionum de propaganda à Religioſis per totum Orbem fide. Rom. 1610. 8. atque inter Opera.

Lettres edifiantes & curieuſes écrites des miſſions étrangeres par quelques Miſſionaires de la Compagnie de Jeſus. XVI. recueils. à Paris 1717--1724. 12.

Angeli Maria Vericelli de Apoſtolicis Miſſionibus. Venet. 1656. fol.

D. Jo. Georgii Neumanni diſſ. de Miſſionariis, Witeb. 1702. & de Pſeudapoſtolis. ibid. *D. Matthia Zimmermanni* lib. de montibus pietatis p. 419. 537. ſeq.

* Le P. Gobien, & J. B. du Halde.

Digitized by Google

537. seq. & 558. seqq. Rev. Erdmanni Neumeisteri nostri Geistliches Abel p. 1032. seqq.

Ioannis Eskuche, Ministri Evangelii in arce Groß-Friedrichsburg in Africa, de Religionis Christianæ defensione & propagatione futuraque gentium omnium conversione, nominatim Ægyptiorum, Turcarum, Judæorum. in ejus Miscellaneis, Embdæ 1694. & 1710. 8. editis diss. sexta. *Acta Erud.* A. 1711. p. 513.

D. Alberti Ioachimi de Krakewitz, Superintendentis postea Generalis Gryphiswald. diss. Theologica de conversione Gentilium, hactenus nequaquam neglecta, speranda tamen ulterius & promovenda. Rostoch. 1719. Gelehrte Fama XLIX. p. 17.

D. *G. Moebii* diss. de Evangelio per Apostolos in Americam propagato. (ad calcem libri de Oraculis. Lips. 1685. 8.) *Nouvelles de la Rep. des lettres* A. 1686. p. 678.

D. Ioannis Kahleri diss. de prædicatione Ecclesiæ universali. Rintel. 1700. 4.

Histoire du Christianisme des Indes, par *M. V. de la Crose.* Amst. 1724. 12. *Bibl. anc. & moderne de Mr. le Clerc* T. 21. p. 193. Vide supra c. 25. p. 471.

De Romana à Gregorio XV. erecta Congregatione Cardinalium de propaganda fide *Theophilus Sigebertus Bayerus* in historia illius Congregat. Regiom. 1721. 4. & *Hunoldus Plettenberg* notitia tribunalium & congregationum curiæ Rom. Hildesii 1693. 8. p. 733. seq. *Iournal des Savans* A. 1695. p. 265.

De Anglicana societate Londinensi propagandi Evangelii per loca transmarina, *Acta Erud.* 1713. p. 414.

Conradi Mel, Missionarius Evangelicus, sive Consilia de conversione Ethnicorum, maxime Sinensium. Hersfeld. 1711. 8.

D. Ioannis Cypriani, Theologi Lipsiensis, τ͂ μακαρίτυ, diss. de propagando Evangelio: in delineationem systematis Theologiæ elenchtico epanorthoticæ. Lips. 1717. 4.

D. Henrici Muhlii, Theologi Kiloniensis, diss. de conversione Paganorum, & quantum in illa Romanæ Ecclesiæ socii p. 38. seq. vel Reformati p. 51. sq. vel nostri Lutherani p. 57. sq. elaboraverint. Kil. 1717. 4. cum Epistola ad perillustre Regium de cursu Evangelii promovendo Collegium Hafniense p. 121. Confer quæ de Missionariis Danicis in Coloniam Tranquebarensem supra p. 471. Unschuldige Nachrichten A. 1710. p. 38.

Ioannis Irellund vindiciæ veritatis contra Christianum Alethophilum de missionis negotio. Hafniæ 1718. 4. Unschuldige Nachr. 1718. p. 131.

CAPUT

CAPUT L.

Scriptores adversus Mohammedanos.

PRofitetur Mohammed *a)* Alcorano suo confirmare se Legem & Evangelium: & sicut Mosen à DEO missum laudat, ita in Surata IV. ipsi Messias JESUS, Filius Mariæ, est legatus DEI, & Verbum ejus & Spiritus ex eo. Ait etiam omnia ad salutem necessaria, (Surat. XXX.) omnia in Prophetis antea præcepta, Alcorano contineri, (Surata XLIII.) Nimirum ut Richardus in confutatione Alcorani annotavit, *b)* omnia, quæ in Evangelio continentur, Mohammedani ita contendunt in Alcorano exprimi, ut Evangelio non amplius sit opus, unde Legem etiam vel Evangelium, hoc est Veteris & Novi Testamenti scripta, transferre aut ex iis aliquid citare, *c)* Musulmannis est vetitum. Quidni vero

 sanus

a) Vide V.C. *Davidis Millii* diss. selectas, diss. X. 25. p. 344. seq. *Levini Warneri* Compendium historicum eorum, quæ Muhammedani de CHristo aliisque capitibus Relig. Christianæ tradiderunt. Lugd Bat. 1643. 4. *Conradi Hottingeri* Altes und Neues aus der Gelehrten Welt/ Zürich 1717. 8. p. 260. seq.

b) Richardus in confutatione Alcorani c. 17. Φασὶ τινῶν, ὅτι τὸ Ἀλκοράνιον διεδέξατο τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ πᾶν ὅπερ ἦν ἀγαθὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτως ὅλον ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ ἐστὶν, ὡς ἤδη μὴ εἶναι χρείαν τοῦ Εὐαγγελίου. Est autem falsissimum nihil boni esse in Evangelio, quod non in Alcorano inveniatur. Nam illud, quod est in Evangelio præcipuum, utique pessime est in Alcorano obliteratum ac omissum, imo negatum. Nimirum non esse salutem in alio quoquam, nec esse aliud nomen datum hominibus, in quo debeant salutis compotes fieri quam in nomine JESU, Actor. IV, 12. huicque uni, non alii cuicunque testimonium perhibere omnes Prophetas, quod per ejus nomen consecuturi remissionem peccatorum sint, quicunque in eum credunt, Actor. X, 43. atque sanguinem JEsu Filii DEI mundare nos ab omni peccato, 1. Joh. I, 7. Hæc siquidem vera sunt & JEsus fuit unus ille ὁ ἐρχόμενος, Matth. XI, 3. quid opus Mohammedem exspectare, vel ad ejus arma & tyrannidem relicto χριστῷ & utili CHristi jugo accurrere?

c) Bartholomæus Herbelotus Bibl. Oriental. p. 853. b. *il est defendu aux Musulmans de traduire ou de citer aucune chose du Taourat* (ex Torah sive Lege) *& de l'Engil* (Evangelio) *c'est à dire de l'ancien & de nouveau Testament, tels qu'ils sont aujourdhui entre les mains de Juifs & de Chrestiens qui les ont alterés & corrompus.* Quod Mohammedani ajunt de scripris sacris per Judæos & Christianos corruptis & alteratis, nullo argumento, nullo documento vel tantillum digno fide aut verisimili ab eis probatur. Et qui historiam rerum Judaicarum Christianarumque per-

Digitized by Google

ſanus quisque potius inde concludat Alcorano & Mohammede opus non fuiſſe, quid enim attulit Mohammedes quo, non dicam JESUM noſtrum, ſed quo Moſen vicit ac ſuperavit? qua in parte illo non fuit inferior? Cum JESU autem noſtri ſive perſona, ſive doctrina, ſive Chriſtianiſmi propagatione comparare Muhammedem ſi inſtituas, quam majora, quam ſanctiora, quam diviniora in JESU invenies omnia. 1) Hic prænunciatus per multas ſæculorum, per multas Prophetarum ſucceſſiones, & exſpectatio Gentium fuit, propter quas prædictiones etiamnum exſpectant Meſſiam Judæi. Mohammedem prædixit, exſpectavit, ſperavit nemo. 2) JESUS publice & toto teſte populo Judaico edidit miracula magna multaque, quæ nec hoſtes negare ſunt auſi; Mahomedes nulla ſe feciſſe miracula teſtis ipſe ſibi eſt quam locupletiſſimus. 3) JESUS res prædixit maximas & inſigniſſimas, quas in populi Judaici everſione, in ſucceſſu Evangelii pridem comprobavit eventus, & in Mundi conſummatione olim certiſſime comprobabit. Mohammed ne de præteritis quidem vera retulit, nedum præſagivit futura, ut vates divinus. 4) JESU regnum neutiquam fuit de hoc mundo, nullis ille opibus, nullis honoribus aut voluptatibus inhians, regnum etiam oblatum reſpuit; Muhammed quid non fecit, quid non eſt molitus, ut regnum ſibi raperet? 5) JESUS bonus paſtor vitam ſuam libenter poſuit pro ovibus; Mohammed non ſuum pro aliis, ſed aliorum pro potentia ſua amplificanda libenter profudit ſangvinem. 6) Nihil eſt in religione Mohammedis ſani & veri, quod non ex Moſe & JESU hauſerit, & quod JEſus non docuerit ſincerius, plenius, ſolidius, ſvavius. Nihil in Mahommedis doctrina ſimile vel ad intimam hominis corruptionem, quæ à peccato eſt demonſtrandum, vel ad ſuppeditanda adverſus eam idonea remedia, vel ad agnoſcendam ſummum DEI amorem in homines, vel ad inſtillandam genuinam pietatem, fidem, virtutem, charitatem, modeſtiam, aut ad diſſvadendam hypocriſin & ad fraudis, & ſub externi cultus ſpecie latentis impietatis larvam detrahendam: nihil denique in Mohammedaniſmo circumciſionem modo & jejunia ac lotiones reducente, quod cum Evangelii vel feriis de ſanctitate præceptis vel cum divina conſolatione omnibus in CHriſtum credentibus propoſita conferri mereatur. 7) JESU doctrina

perſpectam habent, ſciunt criminationem illam falſiſſimam eſſe, neque potuiſſe hoc admitti à Judæis vel Chriſtianis etiamſi voluiſſent, neque hoc illis veniſſe in mentem.

d) Cæſar Perigorier, maximes ſur la Religion Chrétienne c. 5. §. 32. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1709. p. 475.

doctrina gravis,seria,divina ubique, ad salutem comparata hominum; Mohammedis quam falsis & ridiculis permixta fabellis, rebusque parum profuturis & inanibus, neque salutem hominum sed potentiæ Mohammedis amplificationem pro scopo habentibus. 8) JEsus docet hominem seipsum abnegare, minime indulgere affectibus suis & libidinibus; Mohammed quam multa profert ac promittit, quibus frigida passionibus illis suffunditur. 9) JEsus suis svadet, ut se imitentur & crucem exemplo suo libenter in se suscipiant; Mohammed sectatoribus suis amœna omnia & prospera in hac vita, opes & potentiam in alios à se subjugandos pollicetur. 10) JEsus vitam æternam promittit, in qua DEUM visuri Angelisque futuri similes,(ἰσάγγελοι) non jungemur uxoribus, nedum Veneri aut Baccho litabimus, sed cum omnibus justis gaudio Divino ineffabili atque δεδοξασμένῳ perfruemur in omnem sempiternitatem. Mohammed qualem promittat Paradisum, erubescendum homini sobrio, omnes norunt, & quamvis illi, quos talium pudet, spiritalem sensum illis tribuant, tamen quid erat necesse CHristo Mohammedem succedere, qui res ab illo sanctius longe, melius & dilucidius dictas tanto obscurius & offensiculosius traderet? 11) JEsus scrutari Scripturas jubet, non recusat veritatem doctrinæ suæ examinari, non suo sed rerum testimonio, non dictis sed factis credi vult: Mohammed non patitur in religionis suæ rationes inquiri, sed hoc facientibus mala quæque comminatur. 12) JEsu Evangelium usque quaque terrarum propagatum est sola prædicatione & patientia, inter Judæorum & Ethnicorum injurias ac persecutiones DEO successum fovente per miracula: Mohammedismus non aliis quam idololatria remediis per vim prolatus in tantam amplitudinem. Quo enim Mohammedis doctrina unquam nisi gladius ejus aut sectatorum potentia pervenit? 13) Denique JESUM, sanctum DEI, non vidisse corruptionem, sed resurrexisse ex mortuis, & morte atque inferis superiorem novimus; Mohammed mortuus, etiamnum Medinæ sepultus jacet.

II. Scriptores adversus Mohammedanos memorati à me jam supra sunt veteres Græci quidem, *Ioannes Damascenus* p. 119. 120. 123. *Theodorus Abucara* p. 119. 120. *Samonas Gazensis* p. 119. & cujus scriptum nescio an adhuc exstat, *Evodius* Monachus p. 173. *Nicetas Byz.* p. 123. *Nicetas Choniates* tomo XX. & XXII. thesauri: ex quo *anathematismos* pro iis, qui à Mohammedanis ad Christianos accedunt, Græce & Latine vulgavit Frid. Sylburgius, Latine etiam obvios in Bibl. Patrum T. 25. edit. Lugd. p. 186. *Euthymius Zigabenus* (& alii, quos in Saracenicis suis laudatus

datus Sylburgius in lucem protulit,) p. 121. seq. *Anonymus* Græcus & *Bartholomæus Edessenus* editi à Stephano le Moyne, p. 128. *Nilus* Monachus p. 125. *Ioannes Cantacuzenus* p. 124. *Manuel Palæologus* p. 129. *Gennadius Scholarius* p. 129. seq. 131. *Georgius Trapezuntius* p. 132. & Græcus Ricoldi sive Richardi Florentini interpres, *Demetrius Cydonius* p. 123.

Pauli, Monachi Antiocheni, Episcopi Sidonensis, Apologia pro Christiana Religione, ad amicum Mohammedanum, qui rogaverat, ut sibi aperiret Christiana dogmata. MS. in Bibl. Vaticana.

Georgii Monachi Abbatis Monasterii S. Simeonis, Apologia pro Christiana Religione adversus Mohammedanas calumnias. MS. in eadem Vaticana.

His accedunt, qui Latine scripserunt: *Petr. Mauricius* supra p. 264. sq. *Anonymus* disputatione contra Mohammedem, sive dialogo Saraceni & Christiani Arabis, insertus libro XXIII. speculi Historialis, Vincentii Bellovacensis, supra p. 265. *Hildebertus Cenomanensis* p. 268. *Alanus de Insulis* p. 269. *Felicis Urgelitani* disputatio cum Saraceno, quam memorat Alcuinus Epist. XV. ad Carolum M. p. 1511. Opp. *Alexandri III.* Papæ Epistola XXXII. ad Soldanum Iconii, baptizari cupientem, quæ exstat in Conciliis Harduini T. VI. parte 2. p. 1401. *Adelphus*, Abbas Benedictinus, contra errores Mohammedis & Saracenorum, laudatus à Trithemio c. 382. de scriptoribus Eccles. & lib. 2. de viris illustribus Ordinis Benedictini c. 116. *Petrus Paschasius*, Giennensis Episcopus ac Martyr ex Ordine B. Mariæ de mercede sive misericordia redemtionis captivorum.

1300. *Ricoldi* sive *Richardi* de Monte Crucis, Florentini, Ord. Benedict. linguarum Syriacæ & Arabicæ periti, & per aliquod tempus in Oriente versati, qui A. C. 1309. diem obiit, *improbatio Alcorani*, * prodiit primum A. 1490. cura Antonii de la Penna, deinde Paris. 1511.

* Græcis Κȣρὰν, Κȣράνιον, Κοῤῥὰν, Ἀλκοράνος, vide Cangii glossar. & Meursium p. 24. ad Constantinum de administrando Imperio. De Alcorani editionibus & versionibus Jo. Buxtorfii abnepotis diss. T. 6. Bibl. Theologico-Philolog. Bremens. p. 271. D. Augusti Pfeiferi Criticam sacram p. 553. seq. & Matæologiam Muhamedan. T. 2. Opp. Philolog. p. 929. seq. Gustavi Peringeri historiam linguæ eruditionis Arabum, Upsal. 1694. 8. p. 58. seq. D. Zachariæ Grapii historiam literariam Alcorani, Rostoch, 1701. 4. Jo. Mich. Langii diatribam de variis Alcorani versionibus Orien-

1511. 4. apud Henr. Stephanum, una cum Anonymi captivi cujusdam Turcorum provinciæ Septemcastrensis libello de eorundem vita & moribus & Victoris de Carben ex Judæo Christiani de vita & moribus Judæorum. Video etiam laudari editiones Hispalensem A. 1520. & Venetam A. 1607. 4. De versione *Græca* Demetrii Cydonii jam supra dixi p. 123. & de Barthol. Piceni Latina Græcæ versionis interpretatione, infra ad A. 1543. *Germanice* versa sive in compendium redacta à B. Luthero nostro exstat T. VIII. Opp. Jenens. & T. VIII. Altenburg. p. 12. Treue Warnung für des Mahomets Glauben. Fertur etiam hujus Ricoldi sive Richardi *liber* adhuc exstare ineditus Florentiæ in Bibl. S. Mariæ Novellæ, *ad Nationes Orientales*, in quo tractat de differentiis sive controversiis inter Hebræos, Gentiles & Orientales. Vide Jac. Echardi Bibliothecam novam Dominicanorum T. 1. ad A. 1309. & T. 2. ad A. 1513. Altamuram p. 87. qui etiam *Alcoranum* ab hoc Richardo ex Arabico in *Latinum* testatur translatum esse. Bene autem est, quod præter versionem Latinam minus accuratam Roberti Retinensis (ex qua fluxit *Italica* Andreæ Arrivabene & Germanica Salomonis Schweigeri) habemus meliorem Ludovici Maraccii, (ex qua *Germanica* Davidis Nerreteri:) tum *Hispanicam* Jo. Andreæ Mauri, & *Gallicam* Andreæ Ryeri, ex qua *Germanica* ad calcem thesauri exoticorum Happeliani, J. H. Glazemakeri *Belgica*, & *Anglica* excusa Lond. 1649. & 1688. *Græca* versionis bonam partem jam absolvisse se cum animadversionibus Græcis & Arabicis testatus est Abrahamus Whelochus Epist. ad Christianum Ravium p. 28. sed illa versio, sicut etiam Olachii, quam laudat Nic. Comnenus p. 40. prænot. mystagog. nunquam vidit lucem. Illud vero dolendum, quod editio Andreæ Acoluthi, τοῦ μακαρίτου, in

 herba

Orientalibus & Occidentalibus & Christiani Reineccii præfat. ad Maraccianam Alcorani versionem Lips. 1721. 8. Eodem tempore, quo Alcoranum suum venditavit Mohammed, etiam alios similibus scriptis se jactasse testatur Vincentius Bellovacensis XXIII. 55. speculi Hist. *Puto etiam, quod dæmones talia scribere erubescerent. Sane si tamen vult Mahomet gloriari de suo Alcorano, quanto magis gloriari possent alii quidam, quos te ignorare non puto,* Mazeilena, Helaisi *&* *Æthiops* Alabazbi *&* Calliata Ellecedi, *qui eodem tempore æmulatione illius, ut & ipsi nomen sibi apud homines compararent, suum quisque Alcoranum fecerunt, multaque honestiora, saltem in aliquo verisimilia conscripserunt. Sed quia non ex toto ventri & libidini frena laxabant, non tantos bestialium hominum greges asininos post se trahere potuerunt.*

herba periit, qui cum *Turcica* & *Persica* versione vulgare Alcoranum Arabice triplici donatum versione gestiebat. Non viderunt lucem quoque versiones Alcorani, quas *Latinas* moliti sunt Viri docti, Jo. Albertus Widmanstadius, Nic. Clenardus, Johannes Zechendorfius, Franciscus Raphelengius, Abrahamus Whelocus, Andreas Mullerus, Truberus, Germanus de Silesia, & celeberrimus noster Georgius Eliefer Edzardi. Neque editiones Alcorani Arabicæ, quas præter laudatum Acoluthum habuerunt in animo Thomas Erpenius, Lud. de Dieu, Jac. Golius, Jo. Henricus Hottingerus, Aug. Pfeiferus, Henricus Sike, Jo. Andreas Danzius. Editiones Arabicæ integræ hactenus binæ tantum exstant, quantum sciam: prima * D. *Abrahami Hinckelmanni* nostri, τȣ μακαρίτȣ, cum luculenta præfatione, Hamb. 1694. 4. altera *Lud. Maraccii* cum versione notis & confutatione. Patav. 1698. fol.

1459. Liber quartus fortalitii fidei *Alphonsi de Spina*, Ord. Minor. est oppositus Saracenis. Vide quæ de hoc opere supra p. 574. seq.

Pauli Wann, qui sæculo XV. floruit, tractatus de secta Turcarum. Incipit: *quam varia*. MS. in Monasterio Lambacensi.

Plura scripta Arabico idiomate adversus Muhammedanos adhuc adservari in Bibliothecis manu exarata testatur V. C. Eusebius Renaudotus in historia Patriarcharum Alex. p. 377. *Etsi rarius adversus Muhamedanos Christiani Orientales scripto disputasse deprehendantur, fecerunt idtamen olim multo liberius, quam sub Othomanico Imperio fieri solet; nam talis libertas capite constaret. Olim vero licebat Christianis de fide sua & voce & scripto publice disputare, & ejus generis Disputationes aliquot supersunt in Codicibus manuscriptis. Cod. Bibl. Reg. 365. 417. 419. 425. 427. 432. 433. Tales sunt inter alias* Abrahami Tirhanensis *cum Abdelrahmano, & duorum Monachorum cum Amran Judao.* Eliæ Nisibensis *Metropolita, coram Viziro Abulkacem filio Hucein Mogrebita. Tractatus* Isa filii Zaraa *adversus Abulbacen Balchitam:* Abucoræ, *qui vulgo à Græcis Abucaras dicitur, Disputatio Apologetica pro Religione Christiana coram Almamone Califa. Alia de Trinitate & Incarnatione habita Cahiræ anno Hegiræ 639. J.C. 1270. autore* Ebnassalo. *Alia inter Monachum & Vizirum Principis Africæ, scripta ab* Ebn en-Taïb *Nestoriano. Disputatio inter* Iouch el-Iechua *Monachum, & Æchmalotarcham Judaorum, habita in urbe Meru Corasana primaria. Dialogus inter Neophy-*

* Acta Erud. A. 1693. p. 103. & A. 1694. p. 381.

Neophytum & Magistrum de vanitate prophetiæ Muhamedis, cum Alcorani refutatione. His tractatibus alii non pauci adjungi possent: verum rariores quosdam indicasse sufficiet, ut intelligatur duram illam legem, secundum quam de Religione Christiana nec loqui, nec scribere inter Turcas conceditur, alienam fuisse ab illius de quo jam scribimus sæculi moribus.

Abanubus, Chaldæus, & *Abrahamus de Bethale* itidem Chaldæus, contra Saracenos scripsisse traduntur ab Hebed Jesu, Metropolita Sobensi, in Catalogo scriptorum Chaldæorum.

Abrahami, Monachi, Apologiam pro Christiana Religione adversus Mohammedanos, MStam in Bibl. Vaticana memorat Abrahamus Ecchellensis in indice auctorum, quem Eutychio vindicato subjecit. Idem multos è Christianis doctissime refutasse librum *Ahmed* * *Abul abba ben Edris Sanhagii Malechitæ Ægyptii* in quatuor partes divisum adversus Christianam Religionem. Ibidem testatur in Bibliotheca Gilberti Gaulmini extitisse *Anonymi* Mohammedani libellum sive Epistolam, qua Mosi & CHristo Mohammedem auctor præfert. *Achmetis Karaphi* objectiones LXX. contra Evangelium allatæ sunt ex Syria Romam A. 1717. à Josepho Assemanno Maronita, cui facile erit ac jucundum illas confutare, sicut etiam ab alio viro docto exspectamus confutationem libri Arabice scripti Anno Hegiræ 1012. (CHristi 1603.) qui auctore *Abdalla ben Abdalla* servatur MS. in Bibl. Leidensi, n. 506. assertio muneris prophetici Mohammedis ex Lege, Evangelio, Psalmis & Prophetis, & Divinitatis CHristi oppugnatio ex libris Christianorum. & n. 588. Abal Hasan Ali, Syri, strictus gladius contra conviciatores Mohammedis, multaque alia aliorum, Anonymorum præsertim ibidem obvia. *Joannis Leopardi*, Esronitæ Archiepiscopi, Ord. Præd. librum scriptum Arabice de contradictionibus Alcorani, MS. in Bibl. Collegii Rom. de propaganda Fide, memorat Jacobus Echardus in Bibliotheca Dominicanorum T. 2. p. 755.

Hazzadaula Bencamuna, Mohammedanus scriptor, composuit quatuor libros de Prophetia, de Moyse, de CHristo, de Mohammede & ejus Alcorano. Libro II. & III. notas sive breves postillas adjunxit scriptor Christianus *Abulhasan ben Abraham*, MS. habuit Abrahamus Ecchellensis.

1460. *Joannis de Turrecremata*, Cardinalis, qui anno tricesimo quadrin-

 gen-

* Vide Catalogum Bibl. Leidens. p. 433. MSS. Arab. n. 580. Hottingeri Hist. Oriental. lib. 2. c. 5. p. 337.

gentesimo duodeseptuagesimo diem obiit, contra principales errores Mohammedanorum. Paris. 1495. 8.

1460. *Nicolai Cusani*, Cardinalis, cribratio Alcorani libris III. ad Pium II. inter Cusani Opera Basil. 1565. fol. p. 879--932. & in scriptoribus adversus Mohammedanos à Theodoro Bibliandro junctim editis parte 2. de quibus infra ad An. 1543. Confer Bibliothecam Rev. D. Jo. Fabricii, Theol. Helmst. T. 2. p. 223. seq.

Dionysii Carthusiani, quem A. C. 1470. constat diem obiisse, contra Alcoranum & sectam Mohammeticam libri quinque, prodierunt Colon. 1533. 8. addita svasione de bello instituendo contra Turcos.

1464. *Pii II.* Pontificis, (antea *Æneæ Sylvii*) Epistola CCCXCVI. ad Mohammetem, Turcarum Principem, quæ exstat in Æneæ Sylvii Operibus p. 872. seq. & in Annalibus Abrahami Bzovii ad A. C. 1464. & in Bibliandri anti-Mohammedicis, parte tertia. Idem Æneas in Historia de Europa p. 440. Opp. laudat *Joannem Segobiensem*, Hispanum, qui *Alcoranum Latine de novo convertit, & ineptias ejus veris & vivis rationibus & argumentis explosit.*

1474. *Marsilius Ficinus* libro de Veritate Religionis Christianæ cap. 12. 35. 36. Vide supra p. 541. seq.

1487. *Joannis Andreæ Abdallæ*, Mauri, Confusio sectæ Mohammedanæ, libellus egregius scriptus *Hispanice* A. 1487. editusque Hispali 1537. 8. & *Italice* versus A. 1540. Dominico Gazelu interprete. Prodiit etiam *Germanice* 1598. 8. & recusus ex Christiani Cælii versione plus simplici vice, etiam curante B. Rudolpho Capello nostro, Hamb. 1685. 12. *Gallice* à Gvidone Fabricio Boderiano, Paris. 1574. 8. *Latine* ex interpretatione Joannis Lauterbachi, 1595. & Traject. ad Rhen. 1646. 8. Transtulit etiam Latine Jacobus Golius, cujus versionem MS. se habere testatus est Vir eruditissimus Hadrianus Relandus lib. 2. de Religione Mohammedica p. 155.

1498. *Hieronymi Savonarolæ*, Ord. Præd. commentatiuncula, Mohammedanorum sectam omni ratione carere. In Anti-Mahommedicis Bibliandri parte 2. ex Savonarolæ libro IV. triumphi Crucis c. 7. de quo opere dictum supra p. 542.

1543. In *Joannis Ludovici Vivis* opere postumo de Veritate Religionis Christianæ, liber quartus oppositus est Mohammedanis. Vide supra p. 545. seq.

1543. *Gvilelmi Postelli* Alcorani & Evangelistarum Concordiæ liber. Paris. 1543. 8. minus huc pertinet, est enim nihil aliud quam scriptum ad hoc comparatum, ut Lutheranis, * quos per ludibrium Evangelistas & κενευαγγελιστὰς appellat, ex comparatione Mohammedicæ doctrinæ invidiam faciat, ut post eum Lindanus lib. 2. Dubitantii p. 207. seqq. Florimuudus Ræmundus III. 10. & IV. 9. hist. hæres. Conradus Andreas Vetter im Alcoranischen Luther. Jo. Pistorius im vierdten bösen Geist Lutheri. Nic. Serarius in Orationibus Luthero Turcicis, Mogunt. 1604. 8. Georg. Schererus, S. I. in concionibus anti-Mohammedanis. Jo. Schefierus in der Türcken-Schrifft & alii putidarum calumniarum fabri vel recoctores, quos nolim ad Matthæi Sutlivii vel Thomæ Mortoni Turcopapismum ablegare, sed rogare, ut ipsi secum cogitent num criminationibus ejusmodi, causa religionis religiose, recte ac feliciter agatur?

1543. *Joannis Alberti Widmanstadii* notationes contra Mohammeti dogmata, cum epitome Alcorani. Norimb. 1543.

1543. *Theodori Bibliandri* collectio scriptorum adversus Mohammedanam doctrinam, Basil. 1543. fol. distributa est in tres partes, quarum *prima* post præfationem Melanchthonis, & Bibliandri apologiam pro editione Alcorani, exhibet *Petri* Venerabilis, Abbatis Cluniacensis, (de quo supra p. 264.) Epistolam ad Bernardum † & summulam contra sectam Saracenorum: *Roberti Retinensis*, Angli, postea Pampilonensis Ecclesiæ Archidiaconi, Epistola ad Petrum Abbatem de versione Alcorani, & versio ipsa Alcorani Latina composita ab eodem Roberto & *Hermanno Dalmata*. Doctrina Mohammedis dialogo summatim comprehensa, & de generatione atque nutritura Mohammedis, Chronicaque mendosa nec integra Saracenorum, eodem Hermanno interprete. Annotationes quædam criticæ eruditi scriptoris, Nicolao Cusano, quem citat junioris: & variæ lectiones in Alcoranum, cum aliquot capitum argumentis & censuris. Pars *secunda* exhibet anti-Mohammedica excerpta ex *Jo. Lud. Vivis* libro quarto de Veritate Relig. Christianæ, *Raph. Volaterrani* libro XII. Commentariorum Urbanorum, & *Hieronymi Savonarolæ* triumpho fidei, & *Vincentii Bellovacensis*,

 libro

* Confer Andreæ Acolathi specimen Alcorani pag. 15. seq. & Observatt. selectas Hallenses T. 1. p. 348.

† Supra p. 264.

libro XXIII. speculi Historialis, (de quo supra pag. 265.) *Nicolai Cusani* cribrationem Alcorani libris III. *Richardi* seu *Ricoldi*, Ord. Præd. consutatio legis Mohammedis ex versione Græca Demetrii Cydonii, cum Barthol. Piceni de monte arduo Latina versione ad Ferdinandum, Aragoniæ & utriusque Siciliæ Regem. Pars *tertia* cum Melanchthonis præfatione de utilitate hujus historiæ, varia monumenta historica de rebus Saracenorum complectitur, *Septemcastrensem* de moribus, religione, conditionibus & nequitia Turcarum. *Pii II.* Pontificis Epistolam, de qua supra ad A. 1464. cum Turcarum Principis responsione. *Anonymi* ordinationem politiæ Turcarum domi & foris. *Pauli Jovii*, Episcopi Nucerini, Turcicarum rerum commentarium ad Carolum V. Imp. Latine ex Italico redditum à Francisco Nigro Bassianate. Ejusdem Jovii ordinem ac disciplinam Turcicæ militiæ. *Jo. Ludovici Vivis* de conditione vitæ Christianorum sub Turcis libellum. *Felicis Petancii*, Cancellarii, quibus itineribus Turci sint aggrediendi, ad Uladislaum, Hungariæ & Bohemiæ Regem: & *Jac. Sadoleti*, Episcopi Carpentoractis, homiliam de regno Hungariæ ab hostibus Turcis oppresso captoque.

1548. *Barthol. Georgievitii*, Hungari, disputatio de fide Christiana & Mysterio S. Trinitatis, habita cum quodam Turca, editaque Viennæ Austriæ A. 1548.

1555. *Lupus de Obregon*, Theologus Abulensis, lingva Hispanica edidit, Confutacion de l'Alcoran y secta Mahometica, sacado de sus proprios libros y de la vida del mismo Mahoma. dirigido al may illustre Don Diego de Alaba. Granatæ 1555. 1560. fol.

1586. *Antonii Geropoldi* arcana Muhamedanismi. Venet. 1586.

1586. *Petri Gverra de Lorca* Catecheses mystagogicæ pro advenis ex secta Mahometana. Madrit. 1586. 4.

1593. *Antonii Possevini*, S. I. Bibliothecæ selectæ liber decimus tractat de juvandis Mohammedanis. Lucem vidit opus Romæ primum 1593. fol. Deinde Coloniæ 1607. fol.

1595. *Bernardi Perez de Chinchon*, Canonico di Candia, libro llamado *anti-Alcoran*, que quiere dezir, contre el Alcoran de Mahomed, repartido en veynte y seys sermones. en Salamanca 1595. 4.

1596. An-

Digitized by Google

1596. Anti-Turcica *B. Lutheri* junctim edita curante Joanne Rosenio. Lipſ. 1596. 8.

1613. *Thomas à Jesu*, Carmelita, vide ſupra, p. 588.

1614. *Georgii Schereri*, S. I. XV. Predigten wider den Mahomet und ſeinen Alcoran. in Tomo 2. ſeiner Schrifften pag. 239. ſeqq. München, 1614. fol.

1615. *Alfonſi Fernandez*, Ord. Præd. Placentini Hiſpani, Concertatio Prædicatoria pro Eccleſia Catholica contra hæreticos, Gentiles, Judæos & Agarenos ſeu Mahumedanos, per epitomen in Annales digeſta. Salmanticæ 1615. fol.

1619. *Christophori Besoldi* (ſine nomine auctoris edita) conſideratio Legis & Sectæ Saracenorum. Tubing. 1619. 4.

1620. *Hugo Grotius* libro ſexto de Veritate Religionis Chriſtianæ.

1628. *Jo. Coleri* Geiſtliches Feld-Lager und Heer-Spitzen wider einander ſtreitender Religionen, da zugleich die Päbſtiſche, Calviniſche und Türckiſche Waffen probiret werden. Witeb. 1628. 4.

1628. *Bonaventura Malvaſia*, Ord. Minorum Conventualium, dilucidatio ſpeculi verum monſtrantis, in quo Hamet ſive Ahmed F. Zin in fide Chriſtiana inſtruitur. Rom. 1628. 4.

1631. *Philippi Guadagnoli*, Ord. Minor. Arabicæ lingvæ in Lyceo Romano Profeſſoris, apologia pro Chriſtiana Religione, Arabice & Latine, adverſus objectiones *Ahmed F. Zin Alabedini* Aſaphenſis Perſæ contentas in libro *politius ſpeculum*, ſive potius * *politor ſpeculi*, quod Perſa ille libro Chriſtiani, *ſpeculum vera oſtendens* oppoſuerat, & aureis ſcriptum litteris miſerat ad Pontificem Urbanum VIII. ut ei reſponderi curaret. Rom. 1631. 4.

1643. *Levini Warneri.* Vide ſupra p. 733. in notis.

1645. *Joannis Forbeſii à Corſe*, Presb. & Theologi Aberdonienſis, liber Inſtructionum Hiſtorico - Theologicarum, quartus tractat de Muhamede ejuſque impietate & ſectatoribus, dogmataque illius noſtris adverſa confutat. Prodierunt primum hæ inſtructiones Amſtelod. 1645. fol. deinde Genev. 1680. fol. atque cum aliis Forbeſii ſcriptis iterum Amſtelodami typis nitidis Wetſtenianis.

1646. *Theodori Hackſpanii* de fide & lege Mohammedis. Altdorfii, 1646. 4.

1663. *D. Chriſtiani Kortholti* de religione Muhamedana. Roſtoch. 1663. 4.

1664. D.

* Vide Leonis Allatii apes Urbanas p. 228.

1664. D. *Jo. Ernesti Gerhardi* Theologiæ Muhammedis brevis consideratio. Jen. 1664. 4.

1664. D. *Balthasaris Raitbii* epitome Islamismi Turcico-Mohammedici. Ulm. 1664. 4.

1664. *Jo. Ulrici Wallichii* von der Türcken Religion und Mahomets Leben. Francof. 1664. 4.

1664. *David Büttners* Beschreibung der Türckischen Religion. Zwickau, 1664. 4.

1664. *Christoph. Rosai* diss. Theologico-Politica de Turcismi fuga & Græcæ linguæ apud Christianos incremento. Berolin. 1664. 8.

1668. D. *Jo. Conradi Dannhaueri* de Ecclesia Muhamedana. Argentorat. 1668. 4. & in fasciculo dissertationum Lips. 1700. & 1707. 4.

1670. *Petrus Holmius* in Theologiæ Muhamedanæ consideratione. Jenæ, 1670.

1680. *Michaëlis Nau*, S. I. Religio Christiana contra Alcoranum ex Alcorano defensa & probata. Paris. 1680. 4. ad calcem libri, cui titulus: Ecclesiæ Romanæ Græcæque vera effigies & consensus.

1683. D. *Matthiæ Wasmutbi*, Theologi Kiloniensis, hodomoria Muhamedana. Kil. 1683. 4.

1685. *Joannis Frischmutbi*, Professoris Jenensis inclyti, de dictis S. Scripturæ, quæ nulla verisimilitudine de Mahommede agere illius asseclæ existimant. Jen. 1685. 4. & in thesauro Theologico Philologico sive sylloge variarum diss. exegeticarum Tom. 1. Dicta illa, quæ à Frischmutho vindicantur, sunt Devt. XXXIII, 2. Psal. L, 2. Esaiæ XXI, 7. & Joh. XVI, 7. Confer Theodorum Hackspanium de fide & lege Mohammedis & ad librum Nizachon p. 400. seq. Alexandrum Morum ad Joh. XIV, 16. Maraccium parte prima prologi refutationis Alcorani, qui vindicat etiam loca Genes. XV, 5. XVI, 10. 11. 12. XXI, 20. Devt. XVIII, 18. XXVI, 19. Psal. XLV, 3. XLVIII, 1. LXXI. CXLIX. Esaiæ XLII. XLIX, 16. LIV, 1. LX, 4. Daniel. II, 44. Habacuc. III, 3. Matth. XXI, 43. Joh. IV, 21. XIV, 30. 1. Epist. Joh. IV, 1. & 1. Petr. IV, 17.

1687. D. *Augusti Pfeiferi*, Theologi tunc Lipsiensis, postea Lubecensis Superintendentis, Mataeologiæ Judaicæ atque Mohammedicæ seu Turco-Persicæ principia sublesta & fructus pestilentes. Lips. 1687. atque inter opera Philologica junctim edita Ultraject. 1704. 4. pag. 929. seqq. ubi de Mohammedis Alcorano (confer Criticam

D. Pfeiferi

D. Pfeiferi sacram c. 16. p. 814. seqq.) ejusque doctrina & erroribus. Elenchus suratarum Alcorani omnium CXIV. p. 946. & ex illis speciminis loco Suratæ integræ decem ex versione antiqua Roberti Retinensis, Postelli, Erpenii, Nisselii, Golii, Zechendorfii & Hottingeri, p. 952. & de Persarum ac Turcarum circa religionem dissidiis & consensu, p. 966. & p. 983. conspectus *Suna* sive Codicis traditionum, quem Turcæ sequuntur, sicut Persæ sectatores sunt *Ali*.

1688. *Jo. Laurentii Lucbesinii*, Lucensis, S. I. demonstrata impiorum insania contra Atheos, Theistas, Judæos, Mahometanos, Ethnicos. Rom. 1688. 4. libro quinto operis, cui titulus: Nova copia & series centum evidentium signorum veræ fidei. Confer Acta Erud. T. 1. supplementi p. 227. seq.

1691. *Ludovici Maraccii* è Congregatione Clericorum Regularium Matris DEI, & Innocentii XI. Papæ à Confessionibus, Prodromus ad refutationem Alcorani, in quo per quatuor præcipuas veræ Religionis notas Mohammetanæ sectæ falsitas, Christianæ veritas ostenditur. Rom. 1691. 8. quatuor voluminibus. *Parte 1.* post vitæ & gestorum Mohammedis, atque Alcorani considerationem ostenditur libros sacros, quos habemus Veteris & Novi Test. corruptos non esse, & dicta atque vaticinia, quæ pro Mohammede à Moslemis jactantur, ad eum nullo modo posse referri, vel ab illis nunquam fuisse scripta, ut quæ p. 167. seqq. velut ex Esaia, Ezechiele, Daniele, Habacuc, vel tanquam ad Abrahamum, vel Davidem à DEO dicta afferuntur. *Parte 2.* de miraculis, *Parte 3.* de doctrina, ubi dogmata Christiana de SS. Trinitate & Divinitate CHristi adversus Mohammedanorum objectiones vindicantur, & de sectis Mohammedanorum differitur. *Parte 4.* inter se confert ritus & mores Christianorum & Moslemorum. Hic Maraccius indefesso studio quadraginta amplius annorum in his litteris versatus, Alcoranum deinde ipsum cum versione sua quartum recensita & emendata, animadversionibusque, Arabice & Latine edidit Patavii 1698. fol. confutationemque, de qua dixi, integram ei iterum præmisit. Confer Acta Erud. A. 1692. p. 329. 371. & A. 1699. p. 247. Rich. Simonis Bibl. choisie Tom. 2. p. 187. seqq. De editione Latinæ versionis separatim vulgatæ dixi ad A. 1721. & de Germanica ex Latina Maraccii ad A. 1703.

Digitized by Google

1694. *D. Abrahamus Hinckelmannus* noster, ὁ μακαρίτης, in eruditis ad Alcoranum prolegomenis, quem ante Maraccium primus Arabice vulgavit Hamburgi 1694. 4. In illis inter alia meminit sectæ inter Mohammedanos non incelebris, quæ *Schuubol-Messibi* populus Messiæ appellatur, quod CHristum verum DEUM & Redemtorem Mundi profitentur. Vide sis *Pauli Ricaut* de statu Imperii Ottomannici lib. 2. c. 16. & *Maraccium* ad Alcoranum p. 189. ubi de secta Mohammedanorum SS. Trinitatem in Divinis agnoscente. Quam reverenter iidem JEsum habeant, præter supra p. 733. laudatos docet *Andreas Acoluthus* in specimine Alcorani p. 20. seq. pollicitus etiam se vulgaturum panegyricum elegantissimum, quo Mohammedanus quidam laudes JEsu lingua Turcica multis celebravit. Faciunt etiam huc dialogus duorum Mohammedanorum Arabice editus Romæ, & Anglice à *Gvil. Bedello* Lond. 1625. & quæ notat *Mericus Casaubonus* libro of credulity and incredulity p. 81-92. *Barthol. Herbelot* in Bibliotheca Orientali sive Lexico, quod vulgavit Gallice, tum alibi tum in voce *Issa*, p. 499. sq. *Maraccius* ad Alcoran. p. 116. 219. seq. Jo. Frischmuthi diss. de reverentia Messiæ c. 2. §. 6. In Catalogo MSS. Codicum Bibliothecæ Gothanæ, quam Rev. D. Ernesto Salomoni Cypriano debemus, n. CCLXXIV. refertur Codex Arabico Turcice scriptus, quo *Isi* vocatur, *quem DEUS genuit, primus DEI halitus, dux recta via incedentium. O Isi, fili Mariæ, respicias me, o Spiritus Sancte respicias me.*

1697. *Jo. Michaëlis Langii* diss. de fabulis Mohammedis circa SS. Trinitatis mysterium & de generatione in Divinis. Norimb. 1697. 4. Confer Bibliothecam Rev. D. Jo. Fabricii Helmst. T. 6. p. 51.

1697. *Cornelii Hazart*, S. I. triumphus de Atheis, Mohammedanis, Ethnicis ac Judæis. Germanice ex Belgico, Colon. 1697. 4.

The true nature of imposture, fully display'd in the life of Mahomet, with a discourse annexed for the vindicating Christianity from this charge, offer'd to the consideration of the Deists of the present age, by *Humphry Prideaux*, D. D. Dean of Norwich. Lond. 8. Præter repetitas editiones Anglicas prodiit etiam Gallice Amst. 1698. 8. sub titulo: *La vie de Mahomet ou l'on découvre amplement la verité de l'imposture.* Exstat etiam Belgice, & Germanice, Vergleichung der Christlichen und Mahomedischen Religion.

1698.

1698. *Natalis Alexander*, Ord. Præd. ſuperiore anno 1724. octogenario major defunctus Pariſiis, adverſus Mohammedanam ſectam diſputat in diſſertationibus ad hiſtoriam Eccleſiaſticam ſæculi VII. cap. 2. artic. 2. p. 546. ſeq. & diſſ. 6. p. 630. ſeqq. T. V. operis edit. Pariſ. 1698. fol. quæ priore in 8. longe melior eſt ac locupletior.

1703. *David Nerreters* Neueröfnete Moſchea, darinnen nebſt Nachricht von der Mahometaniſchen Religion, der Alcoran aus des Maraccii Edition verdeutſcht und kürtzlich widerlegt zu finden. Nürnberg 1703. 8.

1705. *Jo. Ludovici Frey* diſſ. Philologico-Theologica, qua Mohammedis ſententia de JEſu expenditur. Baſil. 1705.

1705. *D. Zacbariæ Grapii*, Theologi Roſtochienſis, Σμικαρίτε, animadverſiones in Legati ad Belgas Maroccani *Ahmet ben Abdalla* Epiſtolam ſcriptam A. 1612. ad Mauritium, Principem Naſſovium, de articulis quibusdam fidei. Roſtoch. 1705. 4. Ejusdem ad Abdallæ Epiſtolam de libero arbitrio. ibid. 1706. 4. Unſchuldige Nachrichten A. 1705. p. 364.

1705. *Hadriani Relandi*, viri eruditiſſ. quem in medio ætatis flare * mors A. 1717. bonis litteris eripuit, de religione Mohammedana libri duo, quorum priore compendium ejus exhibetur Arabice & Latine: poſteriore capita quædam falſo ut putat Mohammedanis impacta expenduntur. Prodiere primum *a)* Ultrajecti 1705. 8. deinde auctiores *b)* 1717. 8. Exſtant etiam Germanice, *c)* Belgice, *d)* Anglice *e)* Gallice *f)* una cum confeſſione Mohammedani, antea inedita ex Hiſpanico litteris ſcripto Arabicis, Hagæ Com. 1721. 12. duobus Volum.

1708. *Roberti Jenkini*, Reaſonnableneſs and certainty of the Chriſtian Religion, Lond. 1708. 8. Tom. 1. part. 3. Cap. 6. p. 368. the novelty and defect in the promulgation of the Mahometan Religion. Cap. 7. p. 370. the want both of Prophecies and miracles. Cap. 8. p. 372. the Alcoran falſe, abſurd and immoral. C. 9. that

Bbbbb 2 Maho.

* Acta Erud. A. 1718. p. 381. Europe Savante A. 1718. Avril p. 290. Mem. de Trevoux A. 1719. p. 650.

a) Bibl. choiſie T. 8. p 396.

b) Journal des Savans A 718. T. 2. p. 324.

c) Unſchuldige Nachrichten A. 1716. p. 330.

d) Amſt. 1719. 8.

e) Bibl. Angloiſe T. 9. p. 331.

f) Bibl. Theologico-Philol. Bremenſ. T. 5. p. 1125.

Mahomet was lustfull, proud and cruel, as appears from the Alcoran it self.

1708. *Christiani Benedicti Michaëlis* diss. de Mohammedanorum laxitate morali. Halæ Sax. 1708. 4.

1711. *Jo. Conradi Schwartzii*, Professoris clarissimi in Gymnasio Coburgensi, de furtis Mohammedicis liber. Lips. 1711. 8. *Acta Erud.* 1711. p. 329. *Mem. de Trevoux* 1712. *Dec.* p. 2113. *Journal des Savans* 1712. p. 654.

Ejusdem Mohammed Gnosticus, in Miscellaneis Philologico-Theologicis cum Cæsare Germanico editis Coburg. 1715. 8. p. 290. seqq. *Acta Erud.* A. 1715. p. 362.

1714. *Petri Janichii* Oratio de impedimentis circa convertendos Mohammedanos. Thorunii 1714. Vide Jo. Christiani Kochii sine nomine autoris editas Germanice observationes Miscellaneas. Vermischte Gedancken Lips. 1717. 8. T. 3. p. 479.

1717. *Jacobus Saurinus* T. 3. sermon. 7. p. 328. seqq. Hagæ Com. 1717. 8. Mohammedanismum cum Christiana comparans Religione, quantum hæc præ illo præstet, ostendit.

1718. *Jo. Petrus Crosa* in examine scripti de libertate cogitandi Gallice edito Amst. 1718. 8. ad clarissimum Lignonium p. 197. seqq. confutat diatribam anonymi, quæ ad calcem illius scripti lucem viderat sub titulo: Lettre du Medecin Mahometan à un fameux Professeur de l'Université de Hall en Saxe sur les reproches faits a Mahomet de son recours aux armes, de la pluralité des femmes, de l'entretien de ses Concubines, & de l'idée de son Paradis.

1718. Caractere de Mahomet, & preuves de la Religion Chrétienne tirées de l'Alcoran. in *Dominici de Colonia*, S. I. libro, qui inscribitur: La Religion Chrétienne prouvée par le temoignage des anciens auteurs Payens. à Lyon 1718. 12. T. 2. p. 260. sqq. *Mem. de Trevoux* A. 1719. p. 611.

1718. *David Millius*, Regiomontanus, dignus præstantissimi Viri Hadriani Relandi in Cathedra Trajectina successor, edidit Orationem inauguralem de Mohammedanismo è veteribus Hebræorum scriptis magna ex parte composito. Trajecti 1718. 4. In ejusdem dissertationibus selectis, ibid. 1724. 8. decima est de Mohammedanismo ante Mohammedem, ubi erudite probat Mohammedum placita sua mutuatum à Judæis & Abdalla Ebn Salam, ab Arabibus Koreischitis

tis unius DEI cultoribus, Zabæis, & Chriſtianis, Bahira præcipue Neſtoriano.

1718. *Matthæi Georgii Schrœderi* Mohammed teſtis veritatis contra ſeipſum, Turcis verax, qui mendacia admittat, Chriſtianis mendax, qui veritatem dicat, utrumque ex locis Alcorani utriſque demonſtratus. Lipſ. 1718. 8. *Journal des Savans* A. 1718. T. 2. p. 627.

1721. Alcoranus ex Latina Lud. Maraccii (de qua ad A. 1691.) verſione cum notis brevibus & *Chriſtiani Reineccii*, V. C. introductione & religionis Mohammedicæ ſynopſi, ex ipſo Alcorano, ubique ſuris & ſurarum verſiculis adnotatis congeſta. Lipſiæ 1721. 8.

1723. Mahometiſm fully explained, containing many ſurprizing paſſages not to be found in any other Autor, (ex Hiſpanico & Arabico *Mahomedis Rabadani*, qui A. 1663. in gratiam Mauritanorum ſcripſit, vertit Anglice illuſtravitque *Morganus*, qui viginti annos inter Barbaros exegit.) Lond. 1723. 8. *Memoires litteraires de la Grande Bretagne* T. 16. p. 417.

1723. *Iſmaël Abulfeda* de vita & rebus geſtis Mohammedis Moslemicæ Religionis auctoris & Imperii Saracenici fundatoris, Arabice ex MS. Pocokiano Bibl. Bodlejanæ, cum verſione & notis *Joannis Gagnierii*. Oxon. 1723. fol. Acta Erud. 1724. pag. 390. Bibl. ancienne & moderne T. 20. p. 68. Mem. litteraires de la Grande Bretagne T. 14. p. 443.

Joſephi Martellini, Sacerdotis è Civitate Roccella, triumphus Catholicæ fidei contra ſectam Mahumetanam.

P. *Tyrſi Gonzales de Santalla*, S. I. Theologiæ in Acad. Salmanticenſi Profeſſoris, manuductio ad converſionem Mahometanorum, quo opere tam valide ac nervoſe Mahumetanica ſecta à fundamentis diruitur Maraccio judice ac deſtruitur, ut omnis alia argumentorum ac rationum machina ſuperflua eſſe videatur.

Inter *Petri à Valle*, Epiſtolis de itinere ſuo in Perſiam editis celeberrimi, ſcripta Leo Allatius p. 225. ſeq. apum Urbanarum memorat non modo Epiſtolam ad nobilem Perſam de controverſiis Fidei, ſed etiam reſponſionem ad librum Perſarum Apologeticum adverſus Epiſtolam ab ipſo ſcriptam lingva Perſica. Loca Alcorani contraria textibus librorum S. Scripturæ, qui à Mohammedanis ut libri de Fide recipiuntur. Nec non anachroniſmos Alcorani, ſermone notatos Perſico.

Martini Figverola, lumbre de fé, five lumen Fidei, contra Alcoranum.

Immanuelis Sanziani breve trattato, nel quale con ragioni demonſtrative ſi convincano manifeſtamente i Turchi.

Angelus Pientini. Vide Jac. Echardi Bibl. ſcriptorum Dominicanorum T. 2. p. 293.

D. Balthaſaris Meiſneri de Religione Lutherana, Judaica, Turcica, Hæreticiſmo, Calviniſmo, Photinianiſmo, & religione fanatica. 8.

James Howel lettres Vol. 2. Epiſt. 8. 9. 10. 11. de ſtatu Judaiſmi, Chriſtianiſmi Mohammedaniſmi p. 294. ſeqq. Lond. 1673. 8. quarta editio. Confer ſcriptores, quos de variis quæ in orbe obtinent Religionibus retuli ſupra p. 472. ſeq.

Jo. Henricus Hottingerus in Hiſtoria & Bibliotheca Orientali, nec non in Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi ſeptimi & ſeqq. & Sec. XVI. p. 63. ſqq. & in Theſauro Philologico lib. 1. ſect. 9.

Omitto de rebus & moribus Turcarum ſcriptores ***Busbequium***, ***Thomam Smithum***, ***Paulum Ricaut*** &c.

Jo. Chriſtiani Clodii hiſtoria Theologiæ Mohammedicæ, theticæ, polemicæ, exegeticæ, moralis, Alcoranicæ, Maſorethicæ, liturgicæ, Cabbaliſticæ & Magicæ, opus promiſſum, cujus ſumma hæc capita exhibet Jo. Chriſtianus Kochius in Obſervationibus Miſcellaneis editis Germanice, Vermiſchte Gedancken, Lipſ. 1717. 8. Tomo III. p. 1009.

D. Georgii Mœbii, Theologi Lipſienſis de cauſis & mediis introducti & conſervati Mohammedaniſmi, in ejus diſſertationibus Theologicis, junctim editis p. 991. ſeqq.

Cornelius Uythagius peculiari diatriba, quæ inſcribitur ***Antichriſtus Mahometes***, demonſtrare contendit Mohammedem eſſe proprie dictum Antichriſtum, de quo Paulus & Johannes. Eam ſententiam Joanni Annio etiam ac Gilberto Genebrardo, aliisque probatam peculiariter oppugnandam ſibi ſumſit ***Benedictus Pererius***, S. I. ad calcem diſpp. in Apocalypſin, T. 3. Opp. Theolog. pag. 914. ſeqq. Colon. 1620. fol. ***Tho. Malvenda*** lib. 1. de Antichriſto c. 25. p. 59.

Extract aus einem Briefe Salomon Negri aus London 1715. von einem Colloquio mit einem Dervis oder Türckischen Geistlichen in Constantinopel gehalten. Freywilliges Heb-Opffer von allerhand in die Theologie lauffenden Materien T. 1. p. 147. ſeqq. Berlin, 1715. 8.

APPEN-

APPENDIX I.

De Salute speranda vel non speranda Gentium à CHRISTO alienarum.

IMmota mihi movere videntur, & rem affirmare cum religione nulla, cum nulla ratione conciliandam illi, qui in animum sibi possunt inducere DEUM, qui ipse totus est Charitas, *a)* homines à se creatos & per CHristum redemtos sive singulos sive integras nationes sempiternis traditurum suppliciis sine praecedente culpa in iisdem gravi malitiae per obedientiam aut fidem denegatam demonstratae. Quanquam enim firma & immota stant ex Divinae ac Christianae Religionis scitis haec, quod per CHristum benedicendae sint omnes gentes, *b)* quod in nullo alio quam in illo salus, *c)* neque ullum aliud nomen datum homini, in quo salvari possit, quam in JEsu nomine: qui pro omnibus gustavit mortem, *d)* & pretiosum sangvinem suum non pro nostris tantum, sed pro totius Mundi peccatis *e)* effudit, aeternamque redemtionem *f)* reperit, ita quidem, ut omnes, quotquot in eum credunt, *g)* non pereant, sed habeant vitam aeternam; qui autem non credunt, jam sint condemnati, quia non crediderunt in nomen Filii DEI unigeniti. Tamen de multis millenis millibus valet quaestio Apostoli: *h)* ***Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante?*** Nam quod eodem loco *i)* quidem Paulus subjungit: ***in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum,*** neminem video rerum humanarum utcunque peritum & in Historia aut Geographia non rudem, qui hoc ausit de omnibus locis & aetatibus, quam diu fuit & quam longe patuit patetque orbis, ostendere, ita ut ne unus quidem mortalis justam eo nomine meruisse ignorationis invictae excusationem sit dicendus. Nec de infantibus

a) 1. Joh. IV, 8.
b) Galat. III, 8. ex Genes. XII, 3.
c) Actor. IV, 12. *d)* Hebr II, 9. *e)* 1. Joh. II, 2.
f) Hebr. IX, 12. *g)* Joh. III, 16. 18.
h) Rom. X, 14.
i) Rom. X, 18. ex Psal. XIX, 5. Confer *Tho. Bangii* Coelum Orientis p. 145. seq. 169. seq. *Jo. Henricum Ursinum* in Analectis sacris p. 356. seqq. *G. Mebium* diss. de Evangelio per Apostolos praedicato, ad calcem libri de Oraculis, *Hermannum Witsium* dodecade exercitatt. Academicar. diss. 1. & 2. & *Tho. Malvendam* de Antichristo libro IV. p. 194. seq. & 306. seqq.

bus jam loquor, qui nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram suam, *k)* sed de adultis, & rationis usu ac judicio valentibus: nec de plebe solum ignara, sed ipsis hujus Mundi sapientibus. Quid igitur in ardua hac causa ac difficili dicendum? Et illorum fugienda temeritas est, qui pro lubitu his vel illis à CHristo alienis, quorum amant mores vel ingenia, nominatim beatitatem æternam tribuunt: & facilitas illorum, qui solam religionis naturalis observationem qualemcunque satis esse existimant, ut cœlestia gaudia homines promereantur: vel denique horum durities & severitas, qui solam licet invictam ignorationem plus satis causæ esse existimant ad homines sempiternis cruciatibus amandandos condemnandosque. Potius ita colligemus, sicut summa Numinis in homines charitas & justitia colligere nos jubet: Aut in hominibus à CHristo alienis culpam reperit DEUS malitiæ inexcusabilis, ut quem ex naturæ Lumine cognoscunt DEUM digno obsequio & honore prosequi renuant, rejecturi etiam CHristum si illis prædicatus esset, nec credituri etiam si aliquis ex mortuis resurgeret, eosque à malitia sua vellet revocare: *ita* nihil esse mirum & majus illis Lumen subtrahi, & qui sine Lege Mosis & sine Evangelio peccarunt, etiam sine Lege illa & sine Evangelio condemnari. Aut dantur homines, in quibus nulla est culpa talis, & qui pro captu suo DEUM coluerunt sincero pectore, cum gaudio suscepturi Evangelium, si DEUS hoc eis manifestare fuisset dignatus: si inquam dantur ejusmodi homines vel extiterunt usquam ullo tempore, quos perspicere aut designare non nostrum sed solius DEI est, illorum conditionem non modo futuram longe tolerabiliorem, *l)* sed etiam DEUM sicut in infantibus fidem ipsi probatam in illis accensurum, & propter CHristum in gratiam eos recepturum. Si cui autem volupe fuerit diversa videre hac de re hominum judicia, & quæ disputata à viris doctis, & in hanc jam in illam partem magis inclinantibus sunt, (quanquam præstat forte universa hujusmodi de servis alienis vehementiore contentione omissa, totam causam Divinæ Gratiæ ac Justitiæ permittere,) ab eo consuli possunt

Isaacus Casaubonus Exercitat. 1. ad Baronium, & *Rich. Montacutius* Exercitat. 1. Analect. & in apparatu ad Origines Ecclesiasticas sub initium.

Sixtus

k) Jon. IV, 11.

l) ἀνεκτότερον. Luc. X, 12.

Sixtus Senensis Bibl. sanctæ lib. 6. annotat. 51. & 151. *Nicolaus le Nourry* T. 2. apparatus ad Bibliothecam Patrum p. 422. seq.

Jo. Baptista Cotelerius ad Epist. 2. Clementis pag. 186. Tom. 1. Patrum Apostol.

Steph. Baluzius notis ad Lupum Ferrariensem p. 354. seq.

Joannes Maldonatus & alii ad Matth. XI, 21.

Franciscus Collius de animabus paganorum, libris II. Modiolan. 1622. 4.

Franciscus de la Mothe le Vayer de la vertu des Payens. T. 1. Opp. p. 541. sqq. edit. in fol.

Gerb. Johannes Vossius Hist. Pelagianæ lib. 3. parte 3. thesi XI.

Stephanus Curcellæus quaternione diss. 2. de necessitate cognitionis CHristi. *Philippus à Limborch* Theologiæ Christianæ lib. IV. c. 4. §. 13. & c. 11. §. 10. seqq. & collat. cum erudito Judæo p. 190. seq.

Tobias Pfannerus systemate Theologiæ Gentilis capite ultimo & in amœnitatibus ex Patribus ad Nov. Test. p. 512. seqq.

Auctor libri Lond. 1681. 8. editi, a discourse of Natural and revealed Religion in several essays, capitibus duobus ultimis. *Acta Eruditor.* T. 2. supplem. p. 63.

William Sherlok practical discourse concerning the future Judgment, p. 531. seqq.

Carolus Robothamus disquisitione in hypothesin Baxterianam de fœdere Gratiæ. Lond. 1694. 8. *Acta Eruditorum Tom. 3. Supplementi* pag. 62.

Leonhardus Hutterus irenico contra Dav. Pareum p. 81. seq.

D. *Jo. Andreæ Quenstadii* System. Theolog. cap. 6. sect. 2. qu. 2. Tom. 1. p. 261. seqq.

D. *Jo. Musæi* diss. de Gentilium Salute, contra Stephanum Curcellæum. Jen. 1670.

D. *Christophori Franckii* Exercitatt. anti-Arminian. VII. c. 4.

D. *Antonius Reiserus* de Atheismo p. 217. seqq.

D. *Mich. Waltherus* diss. de prætensa Ethnicorum Salute æterna, quoad infantes & adultos.

Jo. Frid. Corvini corpus Doctrinæ editum Germanice lib. 2. p. 249. seqq.

D. *Jo. Bartholdi Niemeieri* dissertationes II. de Gentilium statu atque conditione post hanc vitam. Helmst. 1704. 4.

D. *Io. Francisci Buddei* diss. de Fide naturali.

Digitized by Google

D. *Christoph. Matthai Pfaffii* de luminis Naturæ ad Salutem habitu, Tubing. 1720. 4. Confer ſcriptores, quos laudavi ſupra Cap. XXV. ubi de Neceſſitate Divinæ Revelationis.

Thoma Henrici Haveri diſſertatio de Gentilium Salute non ſperanda. Roſtoch. 1723. 4.

APPENDIX II.

De gravioribus ſuppliciis manentibus Chriſtianos, qui malitioſa impietate ſua conculcare, quo redemti ſunt ſanguinem, & Nomen CHRISTI blaſphemare ſcelerata vita ſua non dubitant.

JESU vox, Lucæ X, 11. ſeq. *Scitote ad vos Divinum veniſſe Regnum. Sic habetote, cum Sodomis in illa die lenius actum iri,* (quam vobiſcum, qui Evangelii prædicationem contemſeritis & rejeceritis.)

Lucæ XII, 47. *Is vero ſervus, qui quum heri ſui voluntatem ſciret, mandata non fecerit, nec voluntati ejus paruerit, pluribus vapulabit verberibus. Qui vero neſciverit, & plagis digna fecerit, levius vapulabit. At cuicunque multum traditum fuerit, ab eo multum exigetur, & quanto cuique plus commiſſum fuerit, tanto plus ab eo repoſcetur.* Confer Tillotſonum T. 2. ſerm. 60.

Paulus ad Hebr. II, 3. *Quomodo effugiemus nos, tanta ſalute neglecta?* idem VI, 4. ſeq. graviſſimis verbis teſtatur, nullum aliud ſacrificium neque perfugium ſupereſſe iis, qui colluſtrati cœleſtibus donis non ceſſant DEI Filium iterum crucifigere impietate ſua, & X, 28. *Si quis contra Moſaicam legem commiſit, is citra ullam miſericordiam ex duorum triumque teſtimonio moritur. Quanto graviore, putatis afficiendum pœna, qui DEI Filium proculcaverit, teſtamentique ſanguinem, per quem luſtratus eſt, pro profano habuerit, & Gratiæ ſpiritum affecerit contumelia.*

2. Petri II, 20. *Si ex mundanis fœditatibus per Domini & Servatoris JESU CHRISTI cognitionem elapſi, iisdem rurſus implicati vincuntur, fit eorum poſterior conditio, priore deterior. Satius enim fuiſſet eis juſtitiæ viam non cognoviſſe, quam ea cognita, à tradita ſibi ſancta diſciplina retro receſſiſſe.*

Ad

2. Tim. II. 19. *Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Christi.*

Ad Te denique, misericors & hominum amans DEUS, humili & confidente prece advolvor, Te per CHRISTUM Filium Tuum imploro, ut quod sine gratiæ Tuæ lumine fieri nequit, quod scribendo vel disputando nequicquam conamur assequi, Tu potenti & benigna Tua dextera efficias, torrentique impietatis & protervæ derisorum licentiæ ponas modum. Corda te non noscentium illumina, rebellium commove, confringe & emolli, ut ad pastorem animarum suarum reducti, errare & contra stimulum recalcitrare desinant, neq; provocare iram Tuam in se pergant. Confirma Tuos, & fidem, quam accendisti in animis nostris, Divinæ Gratiæ Tuæ igne fove & confirma augeque, ab impedimentis autem & scandalis, qualia vel Mundi carnisque illecebræ, vel falsæ scientiæ species, aut novitatis improbum studium superbiaque multis solent objicere, tutos & immunes nos præsta, ut unum necessarium ne negligamus, sed constanti fide juncti Filio Tuo neque vita neque morte ab amore Tuo in CHristo JEsu divellamur. Lumen Verbi Tui salutare nobis posterisque nostris conserva purum & integrum perpetuo, atque latius semper latiusque illius radios ac vim facito spargi ac propagari, ut nomen CHristi per totum Orbem celebretur. Ut

Primo à carcere Solis Eoi
Ad purpureos usque Occasus
Omnes Domini Nomen adorent.

Errores & peccata, in quæ miseri incidimus, condona nobis, & ne illa saluti nostræ noceant, pœnitentiæ gratiam largiendo suffice, atque ita nos digne Christiano more doce vivere, ut fide semper confirmatiores & in cognitione Tui, voluntatisque Tuæ, & in seriæ sanctitatis studio quotidie proficiamus.

INDEX SCRIPTORUM.

Buche-

Philippus

Digitized by Google

Salomo

Jo. For-

H.

Joanni

Joannes

I.

Jason

For-

Gerhard

N.

J. P.

Phi-

Qua-


Digitized by Google

Thad-

Tobias

Jo.

Digitized by Google



VA1 1507000

Digitized by Google

Digitized by Google

Animarum praejigt. p. 447

150
E
12





Digitized by Google

